logia est huiusmodi. ergo theologia
est speculatiua. Cõtra. theologia
est ꝓpter operari. ergo est practica.
cõsequentia patz ex. i. metha. ante-
cedẽs ꝓbatur. quia finis legis est di
lectio. teste saluatore Math. xxii.
In his duobus scz in dilectõne dei
et proximi tota lex pendet et ꝓphete
Circa istam questionẽ sunt qua-
tuor articuli. Primo videndũ ꝙ sit
praxis. ad quam cognitio practica
dicitur extendi. Secũdo que sit dif
ferentia inter habitum practicuz et
speculatiuum. Tercio vnde habitus
dicatur practicus. Quarto de prin-
cipali quesito. De primo dico ꝙ
praxis est actus alterius potẽtie q̃
intellectus naturaliter posterior in
tellectione natꝰ elici cõformiter ra-
tioni recte vt sit rectus. In ista dif
finitione sunt tres particule. Pri-
ma ꝙ praxis est actus alterius potẽ
tie q̃ intellectus. quod probatur sic
Nam praxis dicit quandam exten-
sionẽ qõ est extra se tendere. sz sistẽ-
do ꝓcise in actibꝰ intellectꝰ nulla est

talis extra se tensio. Diceres imo est
qꝛ actus intellectus est discursiuus.
Hoc non valet. quia tunc loica esset
scientia practica cum sit de actibus
discursiuis, quia loice primus actus
est ratiocinari. secundus discurrere
licꝫ ergo discursus dirigatur per ra
tionationem . non propter hoc loi-
ca est practica sed rationalis. quia
nunquā posterior actus intellectus
habet rationem praxis licet diriga
tur a priori actu intellectus. ¶ Se-
cunda particula est ꝙ praxis natu-
raliter est posterior intellectōne. qđ
probatur. qꝛ triplices sunt actus in
nobis. s. vegetatiuꝰ. sensitiuꝰ. appeti
tiuꝰ et apprehēsiuus. et oēs isti sunt
ꝯmunes nobis ⁊ brutis. et vt sic nō
sunt praxes. Omnis alia potentia
ab intellectiua vel ē vegetatiua vel
est sensitiua vel est volitiua. Praxis
nō est operatio vegetatiua vel sen-
sitiua ꝓpter duo. Primo quia prece
dūt actū intellectꝰ. Scđo quia sunt
cōmunes nobis et brutis. ergo voli
tiue. Si aūt aliquo mō dicantur esse
praxes in nobis hoc est inꝙtum mo
derant ab intellectōne et sunt natu
raliter posteriores ea. Ex his sequi
tur correlariū ꝙ praxis est actꝰ vo-
lūtatis elicitus vel imperatus. quia
praxis ē naturaliter posterior intel
lectione. Sed omnis actus naturali
ter posterior intellectione est actus
voluntatis. et oīs actus voluntatis
est elicitus vel imperatus. ¶ Tercia
particula est ꝙ praxis est nata elici
cōformiter ratōni recte vt sit recta.
qđ ꝓbatur ex. vj. ethicoꝝ. vbi đr ꝙ
electio recta eget recta ratōne vt sit
recta. Electō aūt est quedā praxis.
quia est actus voluntatis requirens

rationē rectā cui ꝯformatur ¶ Sed
ꝯtra hoc arguitur. quia dictū est in
correlario ꝙ praxis est actus volū-
tatis elicitus vel imperatus. sed ali
quis actus intellectꝰ potest esse im-
peratus a voluntate. ergo aliquis
actus intellectus potest esse praxis.
quod est contra primam particulaꝫ
positam in diffinitinoe praxis. Di-
cendum ꝙ actus intellectus impe-
ratus a volūtate nō est praxis. tum
primo qꝛ nō est ex sua natura poste
rior electione cū ipa volūtas possit
imperare actū intellectus. Tum se-
cūdo qꝛ nō est natus elici ꝯformiter
ꝑmo recte rōni. posito ergo ꝙ actus
intellectus esset imperatꝰ. adhuc nō
esset ꝓprie praxis. Unde conceditur
ꝙ omnis praxis est actus elicitꝰ vel
imperatus et non ecōuerso omnis
actus imperatus est praxis ¶ De se
cūdo articulo dico duas ꝯclusiones
Prima ē ꝙ practicū ponit duplicē
respectū ponit duplicem respectum
aptitudinalē scꝫ prioritatis ⁊ cōfor
mitatis ad obiectuꝫ. De prioritate
patet. qꝛ ordine essentiali praxis est
posterior intellectōne. quia est natu
raliter praxim precedens. De cōfor
mitate ꝓbatur. qꝛ. vj. ethicoꝝ dici-
tur ꝙ veritas cōfesse id est cōformi-
ter se habēs appetitui recto ē practi
ca veritas. qꝛ praxis ad hoc ꝙ sit recta
nata est sequi dictamen recte ratio-
nis qđ est ei ꝯformari. Secunda cō-
clusio ꝙ nō requirit necessario du-
plex respectus actualis. sed sufficit
ꝙ sit aptitudīalis quia alias idē ha
bitus quādoqꝫ esset practicꝰ et quā-
doqꝫ non practicus. nam faber actu
operans haberet actum practicū et
nō actu operans non haberet actū

practicū. Ex his dico q practicū et speculatiuū differunt penes positionē et priuationē horū respectuū. Nā practicū ponit duplicē respectū positiuū. Speculatiuum aūt priuat illos respectus. Ex quibus vlterius infert Scotus q practicū et speculatiuū nō sunt differentie essentiales habituū quia nullū respectiuū est de intrinseco cōceptu alicuius absoluti vel eius differentia essentialis. Cōtra hoc arguit sic Petrus aureolus. quia maior est differentia inter habituz practicū et speculatiuū q̄ inter naturalē et medicū. sed in illis ē distinctio specifica. ergo in istis. Respōdeo q obiectio nō vadit ad rem. q2 doctor iste nō negat habitū practicū et speculatiuū nō distingui specifice. sed dicit practicum et speculatiuū nō esse differentias essentiales habituū penes positionē et priuationē respectu p̄dictorum. De tercio articulo sunt opiniones. Vna Goffredi quolibet. x q. xi. q actus et habitus sunt practici ex obiecto rōne cōformitatis. intellectus aūt fit practicus p extensionem ad finem. Cōtra impossibile est alicui inesse accidēs et nō denoīare illud. sed si nō dicat ex eodē habit⁹ esse practicus et intellectus tunc habitus practicus erit in intellectu speculatiuo et nō denoīabit ipm. cōsequētia pbatur. q2 nō existēte extensione ad finem nō est intellectus practic⁹. et nō poterit habere p subiecto intellectum speculatiuū. Sed diceres. nō est incōueniēs habitū practicū esse in intellectu speculatiuo p accidēs. sed actus practicus nō potest esse in intellectu speculatiuo p accidēs. Cōtra. vbi potest esse habitus ibi pt esse actus. ex. ij. ethicoz. sed actus practicus nō potest esse in intellectu speculatiuo. ergo nec habit⁹. Preterea subiectū magis denominat̄ a p se cōditiōne sui accidētis q̄ a cōditione eius accedētali. ergo si intellectus p̄t dici practicus ex cōditione accidētali sui habitus. puta extēsione habitus ad finem multomagis ex cōditione p se sibi accidentis puta ex actu. sed actus dicit̄ p se practicus ex obiecto. ergo et intellectus. Alia est opinio Henrici quolibet. iiij. q. j. q tā intellectus q̄ habit⁹ dicunt̄ practici ex fine. De intellectu ptz. ex. iij. de aīa. vbi dicitur q intellectus extensione fit practic⁹ et differt a speculatiuo fine. Preterea medicina est de eodez subiecto. sz medicina diuiditur in practicā et speculatiuam. ergo hoc est ꝓpter finem. Preterea habitus dicitur practicus quia bonus vel malus moraliter. sed bonitas et malicia inest habitui ex circumstantia. et inter omnes circumstātias prima est circumstātia finis. Cōtra extensio ad finē nec actualis nec aptitudinalis faciunt habitū practicum. ergo habitus nō est practicus ex fine. consequentia patet. antecedens declaratur. nō enim habitus est practicus p extensionē actualem ad finē quia tunc faber actualiter operās nō haberet habitum practicū. nec etiā p extensionē aptitudinalē. quia tūc oporteret dare causam p se quare inesset tali cognitōni talis aptitudo cum sit aliquid intrinsecū sibi. cause aūt p se sunt intellectus et obiectū. Sed diceres q finis inter omnes causas est prior fm Auicen. ix. metha. Cōtra finis nō est causa nisi vt mouet efficiens. sed anteq̄ moueat efficiēs inest

habitui ista cōditio. Preterea scien-
tia moralis practica ē. ex. j. ethi. sed
hoc nō habet ꝑextensionē ad finem:
ergo habitus nō est practicus ex fine
Probatio minoris. finis sciētie mo-
ralis est felicitas. felicitas aūt cōsi-
stit in speculatione. ex. iiij. ethi. sʒ ni-
hil ꝑextensionē ad speculationeʒ est
practicū. Sequēdo igiť opinioneʒ
doctoris nr̄i est notandū ꝙ cognitio
diciť practica vt patuit ex ꝑcedenti
articulo ex duplici relatōe scʒ cōfor-
mitatis ad obiectū ⁊ prioritatis. Vi
deamus ergo a quo habitus habeat
relationē ꝯformitatis. et deinde a q̊
habeat relationē prioritatꝭ. et sic pa
tebit ꝓpositū. ꝓpter qꝺ dico duas cō-
clusiones. Prima ꝙ habitus practi-
cus habet relationē cōformitatis ab
obiecto. cuius ratio est. qꝛ ab eo tra-
hit habitus practicus ꝯformitatē ad
praxim vñ sumunť ꝓncipia rectitudi
nis praxis. sed illud est obiectū. ergo
ab obiecto habitus habʒ respectū cō
formitatis. Maior ptʒ. qꝛ ab illo qꝺ
virtualiter cōtinet ꝓncipia alicuius
habitus dependet tota deductio ha-
bitus. cū ex principijs deducanť cō-
clusiones. Minorē ꝓbo. nam obiectū
huius praxis que est diligere deū cō-
tinet virtualiter rectitudinem huius
praxis. Secūda cōclusio ꝙ habitꝰ
practicus habet respectū prioritatis
partim ex obiecto et partim ex ordīe
potentiarū. De ordīe potentiaꝝ ptʒ
quia omnes cōcedūt ꝙ intellectus et
volūtas se habent in agēdo ꝺm ordi-
nem prioritatis et posterioritatis.
Actus enī volūtatis ꝓsupponit actū
intellectus. De obiecto declaro sic.
qꝛ nulla intellectio ē practica nisi sit
determinata rectitudine ipiꝰ praxis
sed hanc determinationē habet intel
lectio tantū ab obiecto. igitur obie-
ctum cōcurrit ad hanc relationem.
Minor patet per philosophū. iiij. et
vj. metha. et. vj. ethicoꝝ. vbi facit di-
stinctiones habituum penes obiecta
Ad primum argumentum secunde
opinionis dico ꝙ nunꝗ̄ intellectꝰ spe
culatiuus fit practicus. sed Aris. po-
nit triplicem intellectum. vnū qui est
mere speculatiuꝰ et iste nunꝗ̄ fit pra
cticus sed cōsiderat tantū speculabi
lia. Alius intellectus est qui cōside-
rat agibilia. et iste licet sit practicus
potest tamen magis fieri practicus.
ex quo habetur tercius gradus intel
lectus. Ad secundum dicitur vno
modo ꝙ medicina vniuersalis est spe
culatiua. applicata autem ad curas
id est ad indiuidua est practica.
Hoc non placet doctori nostro. quia
tunc conclusio practica esset ex spe-
culatiuis principijs. Et ideo conce-
dit ꝙ tam medicina vniuersalis ꝗ̄ʒ
ꝑticularis ē practica. diciť aūt medi
cina ꝑticularis magꝭ practica. qꝛ ali
quantulū plus recedit a speculabili.
Ad terciū dicitur ꝙ nō omnis actꝰ
vel habitus est bonus a circumstātia
finis vt finis est. imo aliquis est bonꝰ
ex circumstantia obiecti et circumstā
tia finis: vt finis sumitur pro obiecto
nō pro fine precise. De quarto ar
ticulo sunt quatuor opiniones. Pri-
ma est Henrici i summa. que dicit the
ologiam esse speculatiuam. Ad cuius
euidentiam nota ꝙ duplex est actus
voluntatis. Vnus perficiens volun-
tatem. et iste est respectu vltimi finis.
Alius qui perficitur a voluntate. et
iste est respectu eorum que sunt ad fi-
nem. In primo autem actu volūtas

non indiget directiuo sed tantūmo-
do obiecti ostēsione. et quia iste actus
est finis huius scientie ideo debet di-
ci speculatiua, quod ꝓbatur sic, dire-
ctiuū ponitur vbi contingit errare.
sed beati non possunt errare, ergo nō
habent tale directiuū. Sed beati ma
xime habent istam scientiam. ergo nō
est directiua. et ꝑ ꝯsequens nec practi
ca. quia practicum et directiuū sunt
idem. Cōtra istam opinionē argui
tur. Finis in ꝑticulari est de quo tra-
ctat theologia. Sed circa finē in par
ticulari contingit errare. ergo circa
obiectum theologie contingit errare
ergo est necessaria cognitio directiua
et ꝑ ꝯsequens practica. Preterea vbi
cunq̄ contingit errare circa circum-
stantiā actus oportet dare directiuū
vt actus sit debite circūstantionatus
sed voluntate stāte circa finem in par
ticulari contingit eā errare in aliqua
circumstantia actus. ergo oportet po
nere habitum directiuum siue practi
cum. Minor ꝓbatur, quia voluntas
licet possit circa totam substantiam
actus. non tamen potest in omnem cir
cumstantiā, videlicȝ. vtrū sit in trib⁹
suppositis vel vtrū debeat acq̄ri per
habitum vel per actum meritorium.
et sic poterit deficere Preterea cuius
dilectō principaliter intēditur extra
genus cognitōnis eius cognitio prin
cipaliter intēditur infra genus cogni
tōis. Sed dilectio finis principaliter
intenditur extra genus cognitionis.
ergo eius cognitio principaliter intē
ditur infra genus cognitōis. Sȝ prin
cipia sumpta a fine inquantum finis
sunt principia practica scđm istum
doctorē. ergo tota theologia est pra
ctica. Ad argumentū oppositum di
co q̄ sicut agens intendit per se indu
cere formam. per accidens autem in
tendit remotionem contrarij, ita ha-
bitus per se dirigit, per accidens au-
tem excludit errorem. Vnde si habi-
tus intellectus est perfectus nō com
patitur secum errorem. sicut est in be-
atis. et ideo potest dirigere dato q̄
non sit exclusio erroris. quia istud se-
cundum sibi inest ꝑ accidens. Alia
est opinio Egidij libro primo scilicȝ
q̄ theologia est scientia affectiua.
Ad cuius euidentiam est sciendū q̄
finis est multiplex. Est enim finis
vltimus. et iste non denominat. Et
quia finis in scientia ista intentus est
dilectio, et delectatio habet afficere
ideo debet dici affectiua. Hoc pro-
bat̄ sic. denominatio fit a fine. ergo a
ꝑfectissimo fine fit ꝑfectissima deno-
minatio. sed perfectissimus finis scri
pture est dilectio. ergo ꝛc. Preter
ea theologia est sapiētia. Sed sapiē-
tia dicitur a sapore. sapor aūt habet
afficere. ergo affectiua. Cōtra istā
opinionem. Si ista scientia esset affe
ctiua. tunc esset dare tercium genus
scientie. sed hoc est contra multas au
ctoritates phi, et Auicen, et ꝯmenta
toris. qui diuidunt habitum scientifi
cum in habitum practicum et specu-
latiuum. sicut patet. ij. metha. et. j. me
tha. Auicen. Preterea a fine fit de
nominatio ſm te. sed finis huius sciē
tie est dilectio etiam ꝑ te. ergo deno-
minatur a dilectione, sed dilectio est
quedā praxis. ergo theologia est sci
entia practica. Preterea veritas
ꝯfesse se hn̄s appetitui recto ē practi-
ca veritas. ex. vj. ethico. sȝ tales sunt
omnes veritates theologice, ergo ꝛc.

¶ Preterea veritas directiua volun
tatis circa actiones humanas ē pra
ctica. ex. vj ethicoꝝ. sed tales sunt ve
ritates theoloice. ergo ⁊c̄. ¶ Ad pri
mum opinionis patet ꝙ nō valet. qꝛ
dato ꝙ habitus denoīaretur ab illo
fine qui est dilectio. cum dilectio sit
quedam praxis. sequitur ꝙ theolo-
gia sit practica. ¶ Ad scd̄m dico ꝙ
etiam non valet. imo per idem argu-
mentum ꝓbaretur ꝙ esset pure specu
latiua. quia ex illo medio ꝓbat philo
sophus methaphisicā esse speculati-
uam. per hoc qđ est sapientia. Ex his
sequitur correlariū ꝙ ꝓpter predicta
non potest stare opinio Varronis q̄
dicit theologiam esse ꝯtemplatiuam
tanq̄ꝫ sit medium inter practicum et
speculatiuū. ¶ Alia est opinio Tho-
me ꝑte pͥma. q. j. articulo. iiij. ꝙ theo
logia vna existens est sciētia practi-
ca ⁊ speculatiua simul. et hoc ideo qꝛ
deus qui est subiectum theologie con
tinet subiecta practice ⁊ speculatiue
scientie. Secunda ratio. nam illa sci-
entia que sic tractat speculabilia ac
si essent mere speculatiua. et practi-
bilia ac si essent mere practica. est si-
mul speculatiua ⁊ practica. Sed the
ologia est hmōi. quia tractat istā. de
us est eternus. que est mere speculati
ua. et istam. deus est diligendus. que
est mere practicabile ac si esset mere
practica. ¶ Dicendum ꝙ assumptuꝫ
est falsum ꝙ in theologia tractantur
speculabilia. qꝛ sicut dictū est in the-
ologia tractatur solū de vltimo fine
et de eius ꝯditōnibus ⁊ circumstan-
tijs et de alijs circa ipm̄ vnde est di-
rectiua in cognitionē vltimi finis. er
go ⁊c̄. ¶ Contra istam opinionē ar-
guit Varro sic. Idem nō specificatᷣ
a duobus hītibus ꝯtrarium modum
in specificādo. alias idem posset es-
se homo et asinus. Sed practicum et
speculatiuū habent ꝯtrarium moduꝫ
in specificando. ergo theologia vna
existens scientia non p̄t esse practica
et speculatiua. ¶ Preterea maior in
compossibilitas est inter practicū et
speculatiuū q̄ꝫ inter naturalem ⁊ me
thaphisicum. sed impossibile est vnū
habitū esse naturalē ⁊ methaphisicū
ergo impossibile est etiā vnam scien-
tiam esse practicā ⁊ speculatiuā. Mi
nor patet. maior ꝓbatur. Nam habi
tus diuiditur prima sui diuisione in
practicū ⁊ speculatiuū. ex. ij. matha.
habitus autē speculatiuus diuiditur
secūdaria diuisione in methaphisicū
et mathematicū ⁊ naturalē. ex. vj. me
tha. nunc aūt maior incompossibili-
tas est inter prima diuidentia q̄ꝫ in-
ter secunda quia magis opponuntur.
¶ Ad primū suum dico ꝙ nō valet. qꝛ
tūc sequitᷣ ꝙ methaphisica esset pra-
ctica et speculatiua. quia eius subie-
ctum est ens inquantū ens. et ens in-
quantum ens ꝯprehendit ens specu-
labile et ens opabile. ¶ Quarta opi
nio est doctoris nr̄i quem sequor. Et
premitto quedaꝫ dicta in prima que
stione scꝫ ꝙ est theologia necessario-
rum ⁊ theologia ꝯtingentiuꝫ. Item
est theologia in se ⁊ theologia in no-
bis. hic aūt non loquor de theologia
intellectu diuino. quia de illa erit spe
cialis sermo. infra. distinct. xxxv. Di
co ergo tres cōclusiones. Prima est
ꝙ theologia necessariorū intellectu
creato tam beato q̄ꝫ nō beato tam an
gelico q̄ꝫ humano est practica. Pro-
bo. illa noticia est practica que apti-
tudinalitᷣ est ꝯformis volitioni recte

et est naturaliter prior ea. sed tota theologia necessariorũ in intellectu creato est sic cõformis actui volun-tatis create et recte et prior eo. ergo 7c. Maior patet ex dictis in primo et tercio articulis. Minor ꝓbatur. nã primũ obiectũ theologie virtuali-ter est cõforme volitioni recte. quia a ratione eius scz obiecti sumuntur principia rectitudinis praxis in vo litõne. ipm etiã obiectũ determinat intellectũ ad noticiam rectitudinis praxis quo ad omnia theologica ne cessaria prius naturaliter ꝙ aliqua voluntas creata velit. Secũda cõ clusio ꝙ theologia cõtingentium in se est speculatiua. ꝓbatio. Omnis no ticia que nõ habet ex obiecto cõfor-mitatem ad praxim ante omnẽ actũ volũtatis nõ est practica. sz theolo gia ꝯtigentiũ in se est hmõi. ergo 7c. Probatio minoris. nam cũ cõtingẽ tia ante voluntatẽ determinate nõ sint nõ poterunt aliquã determina-tionez praxis ostẽdere. Tercia cõ clusio ꝙ theologia cõtingentium in intellectu creato est practica sed ꝑ accidens. ꝓbo. illa cognitio que ha-bet obiectũ virtualiter cõtinens re ctitudinẽ praxis ẽ practica. sed the ologia cõtingentiũ in intellectu cre ato est huiusmodi. ergo 7c. Sz oc currit ibi vnũ dubiũ. qꝛ tercia ꝯclu-sio nõ videtur posse stare cũ secũda nam quod in se est speculatiuũ nulli est practicũ. quia speculatiuũ 7 pra cticũ repugnãt. Sed theologia cõ-tingentium in se est speculatiua. er-go nulli est practica. Respondeo ꝙ maior nõ est simpliciter vera. Et cũ ꝓbatur practicum 7 speculatiuum opponuntur. dico ꝙ practicũ et spe culatiuum ex obiecto bene oppnun-tur sed speculatiuũ ex obiecto 7 pra cticum ex volũtate sic determinãte nõ opponuntur. Nunc autẽ theolo-gia cõtingentiũ in se est speculatiua ex obiecto. in intellectu aũt creato est practica ex volũtate determinã-te intellectũ ad noticiam praxis. er go 7c. Ad primũ principale dico ꝙ habitus practicus vel est contin gens vel est cõtingenter se habẽs ex ꝑte obiecti. vl' ẽ cõtingent' se hñs ex parte actus. In ꝓposito aũt licz ob iectum sit necessariũ ex parte actus tamen est cõtingens. Ad secundũ cum dicitur. omnis scientia practi-ca aliq̃ speculatiua est nobilior. con cedo de practica hũanitus inuẽta q̃ est respectu eoꝝ q̃ sunt ad finẽ. sz de practica que est respectu vltimi fi-nis nego. sicut est theologia. Ad tercium dico. ꝙ quedam sunt neces-saria extrinseca quedam intrinseca ante autem theologiam nõ erant o-mnia necessaria intrinseca homini. ideo data est theologia ꝓpter ista ne cessaria ad finẽ ꝯsequendũ. ergo 7c.

Ceteris ac nõ Quelegis

Ista est distinctio ꝑ ma. circa quã primo quero. Vtrũ fruitio sit actus volũ-tatis q̃ est dilectio aut sit passio re-cepta in voluntate vtputa delecta-tio. Et videtur ꝙ nõ sit actus volũ tatis tm̃. quia quelibet natura frui-tur suo fine. sed finis cuiuslibet potẽ tie est ꝓprius actus eius. ex. iiij. ethi.

ergo quelibet potentia fruitur suo
actu. et sic frui non est actus volun-
tatis tantũ. Preterea. fruitio est
quedã felicitas. sed felicitas ↄsistit
in speculatione. ex. x. ethicoꝝ. et spe
culatio ↄuenit intellectui. ergo frui
tio est actus intellectus ⁊ nõ volun
tatis. Cõtra. Aug⁹. libro. j. de do
ctrina christiana. dicit ꝙ frui est a-
more inherere alicui rei ꝓpter se. sed
amor est actus volũtatis que est di
lectio. ergo ⁊c̃. Circa istã questio
nem sunt tres articuli. Primus si di
lectio ⁊ delectatio sint idem realit̃.
Secundus. si fruitio est dilectio vel
delectatio. Tercius si fruitio sit act⁹
voluntatis Quantũ ad primũ est
opinio Thomistarũ que dicit duas
ↄclusiones. Prima. ꝙ dilectio ⁊ de
lectatio sunt idem realiter. Secũda
ꝙ differant ẜm rationẽ. Prima cõ-
clusio ꝓbatur tripliciter. Primo sic
actus qui sunt de eodẽ obiecto sub
eadem rõne sunt idem realiter. ſ3 di
lectio et delectatio que sequitur sũt
hmõi. quia sunt de bono sub ratõne
boni. ergo ⁊c̃. Scd̃o sic. illi actus
qui immediate ↄsequuntur ad idem
sunt idem realiter. sed dilectio et de
lectatio immediate consequuntur
ad intellectum et voluntatem. er-
go ⁊c̃. Tercio sic. impossibile est
in vna potẽtia simplici simul pone-
re duos actus realiter diuersos. sed
dilectio et delectatio simul sunt in
voluntate. ergo nõ differũt realiter
Secunda ↄclusio ꝙ dilectio ⁊ de
lectatio differunt ẜm rationẽ. Pro-
batio. delectatio ĩportat quietatio-
nem que est priuatio mot⁹. dilectio
autem vnionem et priuationẽ quie-
tationis. sed ille due priuatões dif-
ferunt sola ratõne Preterea. que
differunt in modo significandi illa
differunt rõne. sed delectatio et di-
lectio sunt hmõi. ergo ⁊c̃. Probatõ
minoris. quia dilectio videtur signi
ficare ꝑ modum forme egrediẽtis a
voluntate ad ipsum obiectũ amatũ
Sed delectatio significat econuer-
so ꝑ modũ forme egredientis ab ob
iecto. Contra istam opinionẽ ar-
guitur. Primo ↄtra primam ↄclusi
onem sic. Quecũqȝ pñt separari ab in
uicem illa nõ sunt idem realiter. sed
dilectio ⁊ delectatio sunt hmõi. er-
go ⁊c̃. Minor patet in demonibus
qui se diligunt ⁊ tamen non delectã
tur imo ↄtristantur. Preterea illi
actus non sunt idem realiter quorũ
opposita distinguuntur realiter. sed
odium et tristicia que opponũtur di
lectioni ⁊ delectatõni distinguũtur
realiter. ergo dilectio et delectatio
non sunt idem realiter. Minor pat3
in beatis qui odiunt peccata nostra
nec tamẽ tristantur de eis cũ in eos
non cadat tristicia. Preterea. de
lectatio est ꝑ se obiectũ dilectionis
sed dilectio non p̃t ꝑ se esse obiectũ
delectationis. ergo non sunt idẽ re-
aliter Preterea. illud quod est su
perueniens alteri nõ est idem reali-
ter illi. sed delectio est supueniẽs di
lectioni. ex. ij. ethicoꝝ. ergo ⁊c̃.
Contra scd̃am ↄclusionẽ arguitur
sic. qr dilectio realiter elicitur a vo
luntate et delectatio non. sed reali-
ter sequitur dilectionẽ. ergo nõ dif-
ferunt sola rõne. Dico ergo ꝙ di
lectio ⁊ delectatio differũt realiter
nec argumenta precedentis ↄclusio
nis ↄcludunt. Primum nõ quia ma
ior est falsa. nam duo actus subordi-

nati possunt esse de eodez obiecto et sub eadem ratione. quorũ vnus perficit alium. sicut sunt isti. Aliter potest dici ad minorem ꝙ dilectio ⁊ delectatio non sunt de eodem obiecto sub eadem ratione. quia delectatio semper est de obiecto presente. Dilectio autem non necessario semper concernit presentiaz obiecti. Ad secundum minor est falsa. quia dilectio et delectatio non immediate se habent ad potentiam. quia vt patet per Aristotilem. ij. ethicoꝝ. delectatio est superueniẽs dilectioni. et sic presupponit dilectionem. Ad tercium dico ꝙ duo actus possunt simꝉ esse in eadem potentia si sunt subordinati sicut sunt isti. Ad argumẽta pro secunda conclusione. Ad primuz dico ꝙ lꝫ dilectio et delectatio non dicunt priuationes. quia nõ sunt priuationes. nec formaliter includunt priuationes. quia vnio qua vnitur beatus deo non est priuatio. nec vnio qua materia ⁊ forma vniũtur est priuatio. Ad secundum dico ꝙ dilectio et delectatio non differunt solum in modo significandi. sed etiam realiter. vt dictum est.

De secundo articulo est notandum ꝙ dilectio est operatio elicita a voluntate presupponens cognitionem obiecti. sed delectatõ est quedã operatio recepta in voluntate causata ab obiecto. Alique autoritates videntur dicere ꝙ fruitio sit dilectio sicut ponit August. li. j. de doctrina christiana. vbi dicit ꝙ frui est amore inherere alteri. sed amor est dilectio. ergo ⁊c. Preterea Aug⁹. li. lxxxiij. questionum dicit ꝙ omnis ꝑuersitas que vicium nominatur est vti fruendis ⁊ frui vtendis. de ꝑuersitas spectat ad actũ volũtatis. ergo fruitio spectat ad voluntatẽ. et sic ẽ dilectio. Aliq̃ etiã auctoritates videntur dicere ꝙ fruitio sit delectatio. Vñ Aug⁹. j. ð trini. dicit. plenũ gaudiũ est frui trinitate. sed gaudiũ dicit delectationẽ. ergo fruitio ẽ delictatio. Sed tercio mõ dicit͛ et melius ꝙ fruitio importat taz dilectionem ꝙ̃ delectationẽ. Vnde Aug⁹. x de trini. Fruimur cognitis bonis in quibus voluntas ꝓpter se delectata q̃escit. Et sic fruitio importat vtrũ ꝗ et in suo noĩe nõ est ens ꝑ se vnũ. nec est incõueniens ꝙ vnũ nomẽ significet multa. sicut ptꝫ ꝑ phm. vij. metha. de hoc noĩe ylias. Hanc opinionẽ sequit͛ doctor noster.

De tercio articulo. si fruitio sit actus volũtatis dicit Egidi⁹ ꝙ frui aut dicit actũ quo attingit͛ finis sepatus prius nõ habitus. ⁊ sic fruitio est actus intellectus. qꝛ ꝑ intellectũ ꝓus attingit͛ obiectũ beatificũ. Aut frui dicit actũ ꝑ quẽ attingit͛ finis iã habitus. et sic est act⁹ volũtatis. et sic ꝭm eũ fruitio prius spectat ad actũ intellectus. secũdario aũt ad actum volũtatis inq̃tum dicit quandã delectationẽ cõsequentẽ actũ intellectus. Sed ꝯtra hoc arguit͛ ꝑ Aug⁹ x. de tri. Fruimur bonis cognitis in q̃bus volũtas delectata quiescit. Ex hoc arguit͛. qñ aliq̃d ĩtrat diffinitõꝫ alicuius in recto. illud qð diffinit͛ ꝓmo ꝑtinet ad illud qð ponit͛ ĩ recto. vt si dicat͛ ꝙ sinitas ẽ nasi curuitas sinitas ꝓmo ꝑtinet ad nasum. sed volũtas ponit͛ in diffinitiõe fruitionis ĩ recto cũ ðr. volũtas delectata ꝗq̃escit. ergo fruitio ẽ ꝓmo ipi⁹ volũtatis.

Preterea Aug. dicit .j. de doctrina christiana. Frui est amore inherere. sed amor primo ꝑtinet ad voluntatem. ergo ꝛc. Preterea cuiꝰ est mouere in finē eius est quiescere. q2 motus est ꝓpter quietē. sed voluntatis est mouere in finē ſm sanctos. ergo voluntatis est quiescere. sed fruitio dicit quietē. ergo fruitio primo spectat ad voluntatē. Et sic resumēdo dicta. dico ꝙ fruitio est actus voluntatis primo. ex tercio articulo. q̄ actus duo dicit scʒ dilectionē ꝛ delectationē. ex secundo articulo. et ꝙ dilectio et delectatio differūt realiter ex primo articulo. Ad primuʒ principale dico. ꝙ duplex est finis. scʒ finis simplex. et iste est tantū deꝰ qui est finis in fruitōne proprie sumpta. et est finis sub fine. et iste est actus potentie de quo hic nō querit̄. Vel per alia verba vt dicit Varro duplex est finis scʒ formalis et obiectiuus. licet ergo actus potētie sit finis formalis per quē attingit̄ finis obiectiuus. nō est tamen finis obiectiuus. et ideo ipo nō potest frui. q2 fruitio ē respectu finis obiecti queʒ perfectissime attingit voluntas. Ad secundū negetur vno mō ꝙ felicitas cōsistat in speculatōne ꝑcise. Sed melius potest dici ꝙ felicitas cōsistit in speculatione tanꝗ̄ in quodam previo eo mō quo ponit Augꝰ. ꝙ fruimur bonis cognitis. Ex hoc sequit̄ ꝙ fruitio ꝑsupponit cognitōnem et nō est in cognitōne. Sed hoc nō obstante fruitio ꝑfectissime spectat ad actū voluntatis. quia q̄ sunt priora generatione sunt posteriora ꝑfectōne ꝛ ecōuerso. sicut ponit phs ix. metha. de embrione. ergo ꝛc.

Secundo queritur. Utrū aliquid aliud a fine vltimo sit obiectū per se fruitionis. Quod sic videt̄ per August. libro. lxxxiij. questionū vbi dicit. Fruendū est bonis inuisibilibus. sed multa sunt bona inuisibilia citra deum. ergo ꝛc. Preterea capacitas finita potest satiari bono finito. sed capacitas anime est finita. ergo potest satiari bono finito. et per consequēs frui eo. Preterea sicut forma satiat appetitum materie intrinsice. ita obiectum satiat appetitum volūtatis extrinsice. sed quelibet forma satiat appetituʒ materie intrinsice. alias violēter quiesceret sub ea. ergo quodlibet obiectum siue bonum satiat appetitū voluntatis. et ita voluntas potest frui eo. Cōtra Augꝰ. ꝑmo de doctri. xp̄iana. Res quibus fruendū est sūt pater et filius et spiritussanctus. Circa istā questionē primo ponetur vna distinctio. secūdo dicet̄ ad questionem iuxta mēbra distinctōnis. De primo dico ꝙ fruitio accipit̄ dupliciter. quia est fruitio ordinata. et fruitio in cōmuni sumpta. Et voco fruitionē ordinatā illam que ordinatur ſm debitas circumstātias respectu debiti obiecti Sed fruitio in cōmuni sumpta dicitur siue habeat istas circumstantias siue non. et sic nō necessario requirit eas Iste fruitiones sic se habēt ad inuicē ꝙ fruitio in cōmuni sumpta est vniuersalior fruitione ordinata. Cuius rō est. q2 quecūqʒ potētia que nō determinatur ex se ad actū ordinatū. actus eius in cōmuni sumptus est vniuersalior actu eiꝰ ordinato. sed volūtas

nō determinatꝰ ex se ad fruitionē or dinatam. quia ſm Auguſ. li. lxxxiij. queſtionū. peruerſitas pt eſſe in fruendo vtendis. qđ nō eſſet verū ſi voluntas determinaretꝰ ex ſe ad fruitōnem ordinatā. ergo fruitio in cōmuni ſumpta eſt vniuerſalioꝛ fruitione ordinata. De ſecūdo articulo ſūt duo videnda. Primo quid ſit p̄ ſe obiectū fruitōnis ordinate. Secundo quid ſit obiectū fruitōis in cōmuni.

De primo eſt opinio Auiceñ. ꝙ aliquid aliud a fine vltimo ſiue a deo eſt obiectū fruitōnis ordinate. puta aliqua intelligētia ſecūda. Sꝫ iſtud eſt falſuꝫ. ideo arguitꝰ cōtra eum ſic. Impoſſibile eſt potentiā vltimate quietari niſi in eo in quo reperitur pfectiſſime ratio ſui primarij obiecti. ſꝫ obiectū potētie fruitōnis ſcđm ipm Auiceñ. eſt ens in cōmuni. ergo non quietatꝰ vltimate niſi in illo in q̄ reperitur pfectiſſima ratio entis. ſed hoc eſt ſolū vltimus finis. quia in oībus alijs ens habet ſe ſm dependentiā. ergo ⁊c. Secūdo ſic. potētia que ordinatꝰ ad multa obiecta nō quietatur vltimate niſi in illo in q̄ omīa illa cōtinentꝰ virtualiter. ſed hoc eſt tm̄ deus in quo omnia bona eminenter cōtinentꝰ. ergo ⁊c. Preterea iſtā intelligentiam ſecundā que eſt obiectum fruitionis ſm eū. aut aīa capit eā vt obiectū infinitū. et hoc non. qꝛ ſtultū eſſet dicere animā eſſe beataꝫ cum falſitate opinionis. aut eam nō intelligit nec vt finitā nec vt infinitam. et tūc nō beatificatꝰ in ea. aut videt vt finitā ⁊ tunc poterit aliqđ vltra appetere et ſic nō erit obiectū beatitudinis. Aliqui etiā arguunt ſic adidē. Anima eſt ad imaginē dei. g̃ nō quietatꝰ vltimate niſi ī deo. Preterea aīa creatur immediate a deo. ergo nō quietatꝰ immediate niſi i ſolo deo. Quicqđ ſit de efficacia iſtaꝝ duarū rationū. qꝛ forte nō ꝯcludūt prime tn̄ tres efficaciter cōcludunt cōtra Auiceñ. et ꝓ veritate ſcꝫ ꝙ ſolus deus ſiue vltimus finis eſt obiectum fruitionis ordinate. De obiecto aūt fruitōis in ꝯmuni ſumpto dico ꝙ eſt vltimus finis q̄ eſt finis ī natura rei vel finis apparēs qui oſtēditur a rōne errante tanꝙ̄ finis vltimus et finis ꝯſtitutus ſiue determinatus quē volūtas ex ſua libertate ſibi determinat tanꝙ̄ vltimū finem. qꝛ ſicut in poteſtate volūtatis ē velle. ita in eius poteſtate eſt modꝰ volendi. Nō eſt aūt intelligendū ꝙ rō finis inꝙ̄tum reſpectus ſit ꝓprie ratio obiecti fruibilis. ꝯcomitatꝰ tn̄ obiectū fruibile. qꝛ nulla relatio rōis ē de pfecta nobilitate obiecti btifici vt beatificū eſt. Ad primū ꝑncipale dico ꝙ Augꝰ accipit fruitōꝫ large ꝓ amoꝛe honeſti diſtincto cōtra amorem vtilis et delectabilis. Ad ſecundū dico ꝙ hec capacitas voluntatis licꝫ ſit finita formaliter eſt tn̄ infinita ꝑ participationē habitualiter vt dicitꝰ ad obiectū. et obiecti ad obiectū. et obiecti ad potentiā ē magis ꝓportio diſſimilitudinis ꝙ̄ ſimilitudinis. Et ideo bene pt capacitas in natura eſſe finita et tn̄ ad obiectū infinitū. Exemplū pt poni de ſpeculo modice ꝙ̄titatis repn̄tante obiectū maxīe ꝙ̄titatis. Etiā de potentia viſiua q̄ habꝫ obiectū maxīe ꝙ̄titatis quaſi īfinite excedēs qđ pt apprehēdere. Ad terciū dicendū qđ ē ad oppoſitū. qꝛ ſicut forma n̄ ſatiat

omnē appetitū materie nisi illa q̄ cō
tinet eminenter oēs formas alias.
ita nullū obiectū satiat totū appeti-
tū volūtatis nisi qȯ ꝯtinet eminēter
oīa bona. ſ3 h̄ est tm̄ vltimus finis.
ergo solus vltimus finis est ꝑ se ob
iectū fruitōnis ordinate.

Tercio cōsueuit queri hic
a q̄busdā. vtrū fine vltio
clare viso necē sit volūta
tē frui eo. ſ3 in isto dubio
nolo h̄ īmorari. q2 diffusi⁹ discutie꞉
ī li. ij. di. xxiiij. q. illa. vtrū voluntas
necessitet respcū vltī finis clare visi.

Hoc itaq3 vera
et pia. Circa istā distin-
ctionē scdam q̄ro p̄mo.
Vtrū deū esse sit ꝑ se notū. Q̄ ȯ sic ꝓ
batur. Illud est ꝑ se notū cuius no-
ticia oīb⁹ naturaliter est inserta. ex
ij. metha. sed eius qȯ est deū esse no-
ticia oībus naturalit꞉ est inserta ſm
Dama. li. j. g̊ ꝛc. Preterea verita
tem esse est ꝑ se notū. sed de⁹ est veri
tas. ergo deū esse est ꝑ se notū. Pro
batur maior. q2 sequit꞉ ex suo opposi
to nulla veritas ē. g̊ verū est nullam
veritatē esse. g̊ veritas est. minor ec̄
ptz. Cōtra. ꝑ se notū nō p̄t ab aliq̊
negari. sed deū esse negat꞉ ab aliq̊. te
ste ꝓphete dicēte. Dixit insipiens in
corde suo nō est deus. g̊ ꝛc. Prete
rea Auicen̄. j. metha. dicit deū eē nō
est ꝑ se notū. Circa istā questionē
sunt tres articuli. Prim⁹. q̄d sit de
rōne ꝓpositionis ꝑ se note. Secūd⁹
si deū esse sit ꝑ se notū. Terci⁹ si est
tm̄ vnus deus De primo articulo
dico ꝙ q̄n̄ dicit꞉ ꝓpositio ꝑ se nota. ly
ꝑ se nō excludit terminos ꝓpositōis
q2 p̄ncipia cognoscimus iu q̄ꝫ tū ter-
minos cognoscimus. ex. j. posterioꝝ.

Excludit꞉ aūt quecūq3 rō q̄ est extra
ꝑ se cōceptū terminoꝝ ꝓpositōnis ꝑ
se note. Et sic ꝓpositio ꝑ se nota di-
citur illa q̄ ex ꝓpriis terminis habet
euidentē veritatē. Est notanduz
ꝙ in ꝓpositionib⁹ ꝑ se notis ali⁹ cō-
ceptus importat꞉ ꝑ diffinitionē. ali-
us cōcept⁹ importat꞉ ꝑ diffinitū. qȯ
ꝓbat꞉ primo sic. Quicquid est alteri
us extremi siue diffinitio est mediuz
in demōstratione. ex. j. poster꞉. Aut
igit꞉ cōceptus diffinitōis est alius a
cōceptu diffinibili et habet꞉ ꝓpositū
aut nō. et tūc in demonstratōe potis
sima erit petitio principij. q2 p̄missa
nō differt a ꝯclusione. Preterea.
Impossibile est eundez ꝯceptū esse
priorē et posteriorē et haberi et non
haberi de eadē re. sed idez p̄t prius
cōcipi vt exprimit꞉ ꝑ nomē et nō cō-
cipi vt exprimit꞉ ꝑ diffinitionē. g̊ ali
us est ꝯceptus expressus ꝑ nomen et
alius exp̄ssus ꝑ diffinitionē. Confir
mat꞉ ꝑ ph̄m. j. phisico. dicentē. ꝙ no
mina subsistūt ad diffinitionē ſm ꝙ
totū ad ꝑtes. ita ꝙ nomē est pri⁹ no
tū diffinitōe. et nomē īportat aliq̄d
ꝯfuse. diffinio aūt aliq̄d distīcte. sic
exemplificat ibidē de circulo ꝛ eius
diffinitōe. Ex hoc sequit꞉ correlariū
ꝙ distinctio tho. de ꝓpositōne per se
nota in se et in nobis. ꝑte. j. q. ij. ar. j
est nulla distinctio. q2 quecūq3 ꝓpo-
sitio ꝑ se nota cuicūq3 intellectui est
ꝑ se nota. licet nō sit actu cognita.
tn̄ in q̄ꝫtum est ex terminis est euidē
ter nota. nā vt dicebat꞉ sup̄i⁹ ista est
ꝓpositio ꝑ se nota que ex ꝓpriis ter-
minis habet euidentē veritatē. De
secundo articulo dico. ꝙ deū esse nō
est ꝑ se notū primo. q2 ꝓpositio ꝑ se
nota cuilibet intellectui ex termini

ꝯgnitis est ꝑ se nota. sed deū esse nō est ꝑ se notū cognitis terminis. ſꝫ tales terminos cōcipimus anteꝙ̄ euidenter veritatē ꝓpositōnis teneam⁹ ergo deū esse nō est ꝑ se notū. Preterea. illa ꝓpositio ñ est ꝑ se nota cuius termini nō cadūt immediate sub sensu. sed termini huius ꝓpositionis deuꝫ esse nō cadūt sub sensu. igiť deum esse nō est per se notū. Preterea nihil est per se notū de conceptu nō simpliciter simplici nisi sit per se notū ꝑtes illius cōceptus ad inuicē vniri. sed nullus ꝯceptus quē habemus de deo ꝓprius sibi et nō cōueniens creature est simpliciter simplex nec est ꝑ se notū ꝑtes illius ꝯceptus ad inuicē vniri. sicut est deū esse. ergo deū esse nō est ꝑ se notū. Preterea nullū demōstrabile est ꝑ se notum. sed deū esse est demonstrabile. ꝑ phm. viij. phisic. et ꝑ Auiceñ. j. metha. c. j. ergo deū esse ñ est ꝑ se notū.

De tercio articulo dico ꝙ est tm̄ vnus deus. Sꝫ dicit hic vn⁹ doctor scꝫ Varro li. j. q. j. ꝙ ista ꝯclusio scꝫ vnitas dei nō est demōstrabilis sed accepta est ꝑ fidē. sicut ponit Rabi moises. ꝙ vnitas dei accepta ē a lege. doctor aūt noster dicit ꝙ vnitas dei est demōstrabilis. et est tm̄ vnus deus. qđ ip̄e ꝓbat primo ex infinito intellectu sic. Si sunt duo dij. aut vnus intelligit aliū aut nō. Si nō intelligit aliuꝫ. ergo est imperfect⁹ et per consequens non est deus. Si aūt intelligit aliū aut hⁱ ē ꝑ essentiā ꝓpriam aut ꝑ essentiaꝫ alterius dei. Si primo modo. ergo nō est de⁹. cū nō intelligat aliū deū perfectissime scꝫ per essentiaꝫ alterius dei intellecti ꝓpriam. quia nihil cognosciť ꝑfectissime nisi cognoscať ꝑ essentiā suam perfectius ꝙ̄ ip̄a sit in se. essentia aūt alterius dei in nullo includitur ꝑfectius ꝙ̄ꝫ in se. Si aūt deť aliud membrū. scꝫ ꝙ vnus deus intelligat aliū ꝑ essentiā dei intellecti. ergo deus intelligēs nō est deus. qꝛ eius actus est posterior obiecto. naꝫ oīs actus qui nō est idē obiecto ē posterior obiecto. Preterea eiusdē potentie nō sunt duo obiecta adequata sed si essent duo dij tūc eiusdē potentie essent duo obietta adequata. qꝛ vnus deus haberet ꝓ obiecto adequato ꝓpriam essentiā alterius dei. ergo est tm̄ vnus deus. Secundo principaliter ꝓbatur hoc ex infinita volūtate. qꝛ vn⁹ deus aut diligit aliū tantū ꝙ̄tuꝫ se puta infinite aut nō. non ꝑmo modo: qꝛ nihil diligit aliud tm̄ ꝙ̄tum se vel plus ꝙ̄ se cui⁹ nō est pars nec ab eo dependēs. sed vnus deus nō est ꝑs alterius nec ab eo dependēs. Nec scđo mō: qꝛ tunc volūtas eius esset ꝑuersa. qꝛ voluntas recta infinita diligit infinite bonum infinitū. Preterea vnus deus aut fruiť alio deo aut vtiť. nō primo modo. quia tunc haberet duo obiecta perfecte beatifica. non secundo modo. quia volūtas eius esset summe ꝑuersa. naꝫ summa ꝑuersitas est vti fruendis. Tercio principalter potest ꝓbari hoc ex rōne necesse esse sic scꝫ. si necesse esse potest esse essentialiter plurificatū qua ratione potest esse ī pluribus eadem ratione et infiniti. quod ē inconueniens. et hec est ratio Auicen. j. methaphisi. Preterea. deus est necesse esse. sed non possunt esse plura necesse esse. ergo non possunt esse plures dij:

Probatur minor. per Auicen. j.me tha.ca.j.sic. Si sunt plura necesse es se tū c aliquibus rōnibus distinguūtur ⁊ tunc quero de rōnibus illis. qꝛ aut sunt necesse esse aut nō. si non. er go necesse esse includit aliqd quod ē possibile esse. qd est falsum. Si vero sūt necesse esse tūc habebit duas rationes necessitatis. et hoc est inconueniēs. qꝛ aliqd esset necesse eē p ali quam rōnem qua apposita vel remota nihilominus esset necesse esse. Quarto pt hoc pbari p viam causalitatis et omnipotētie. ponatur enī ꝙ vnus deus velit petrū pducere et alius velit petrū non pduci. tūc quero an petrus pducitur an nō. Si pducitur. ergo scđs deus nō est omnipotēs cū velit petrum non pduci. et sic nō esset deus. Si aūt petrus non pducitur. ergo prior deꝰ nō ē omnipotēs. qꝛ vult petrū pduci. et sic nō est deus. Sed diceres ꝙ argumentū forte nō valet. quia illi duo dij fecerunt pactū adinuicē vt qđ vult vnꝰ vult alius. dico ꝙ nō. qꝛ eiusdē effectus non pūt esse due cause totales in eodem ordine cause. qꝛ ex quo causatus est ab vna impossibile est ꝙ fiat ab alia. ꝫ potētia infinita est causa totalis effectus in rōne cause prime. ergo. Quinto ꝯfirmat̄ p rōeꝫ phi. viij. phi. circa mediū. vnū inqt primū mouēs magis ꝙ̄ multa oportet estimare. in his enī que sunt natura. i. in rebus naturalibus sufficiens est vnū primū mouēs esse. ergo non oportet ponere plura. qꝛ nulla pluralitas est ponēda sine necessitate. Preterea hoc idem pbat in fine. xij. metha. p hoc ꝙ entia nō volūt male disponi. et tunc infert. vnus ergo dominatus et vnus pnceps. Nec valet dictū Rabi moisi. nā vnitas dei accepta est a lege pter populū. q̄ pnꝰ esset ad idolatriā ꝙuis in se esset demonstrabile. sic etiā esse dei acceptū est a lege. sicut habet̄ Exoď. iij. Ego sum qui sum. et tū esse dei est demonstrabile. Ad primū pncipale cum dicit Damas. ꝙ cognitio dei est oībus inserta. dico ꝙ cognitio pt accipi vel p actuali noticia. et sic illud ū est de mēte Damasceni. qꝛ ipe dicit ibi ꝙ nemo nouit deū nisi inqʒtū ipse se reuelat. Vel pt accipi p potentia cognitiua p quā possumꝰ cognoscere deū in quibusdā ꝯceptibus cōibus. et hoc nō est cōtra me. Ad secundū dico ꝙ veritatē esse in ꝯmuni est p se notū. sed cū infert̄. ḡ deū esse est per se notū notū. non sequit̄. sed est fallacia ꝯsequentis a supiori ad inferius affirmādo. ergo ⁊c.

Secundo querit̄. vtrū cum vnitate essentie stet trinitas psonarū. Et q nō videtur. qꝛ relatōnes opposite ~~ergo sunt~~ equalis dignitatis. sed relationes pducētis et pducti sunt opposite. ergo sunt equalis dignitatꝫ. sed relatio pducētis ꝯstituit tantū vnā psonā. ergo relatio pducti ꝯstituet tantū vnā psonā. et sic erūt tm̄ due psone in essentia diuina. Preterea filius est equalis dignitatꝫ cū pfe. qꝛ sunt eque oīpotentes. sed patre potest generare. ergo et filiꝰ potest generare. et sic erūt duo filij ī essentia diuina. Contra. j. Joh. v. Tres sunt qui testimoniū dant in celo. Circa istā questionē sic pcedēdum est. Quia enī trinitas psonarū inuestigat̄ ex ordīe pductionū. ideo

tria sunt videnda. Primo, si in diui nis sit aliqua productio intrinseca. Secundo quot sint iste productiones intrinsice. Tercio ex his videndum est principale quesitũ. Quantuz ad primũ est error cõmentatoris. ij. metha. et Auiceñ. j. metha. quorũ prin cipia sonãt nullaz in diuina essentia esse productionẽ intrinsecã. quod pri mo probant sic. nullũ productũ est ex se necessariũ. sed quicqd est in essentia diuina ẽ ex se necessariũ: ergo nihil est ibi productum. Maior probatur du pliciter. Primo sic. nihil ẽ simul ne cessariũ ex se et ab alio. sed productuz si est necessariũ/est necessarium ab a lio et ergo nõ a se. Secũdo sic. Omne productũ possibile est produci. sed possi bilitas repugnat necessario. igitur nullũ productum est necessariũ. Pre terea productio nõ est sine dependẽ tia. sed in diuinis nõ est dependẽtia quia tũc dependẽs esset imperfectũ ergo in diuinis nulla est productio. Maior probatur. qr alias natura essz ex equo in producente et in producto et nõ preexigeret in producente. quod ẽ contra rationẽ productionis. Con tra istam opinionẽ arguit sic. a qui busdam per rationẽ Rich. v. de tri. tum per rationẽ boni que est sui dif fusiua. tum per rationẽ potẽtie sum me actiue. tuz p rationẽ pfecti. quas rõnes obmitto. quia forte nõ cõclu dunt efficaciter. Et arguo cõtra o pinionẽ probando q in diuinis sit ali qua productio ad intra. primo sic. Quicquid de rõne sua formali ẽ prin cipium productiuũ illud in quocunq est sine imperfectione et a se est prin cipium productiuũ. sed memoria fecũ da summe perfecta siue intellectus summe intelligens habẽs obiectum intelligibile est principiũ productiuũ noticie genite. ergo cũ in deo sit me moria pfecta et a se ibidẽ est princi pium productiuum noticie genite. Et tunc vltra arguit sic. Vbicunq poni tur principiũ productiuũ pfectũ si est necesse esse et infinitũ necessario ibi ponit productio perfecta. sed ĩ deo po nit principiũ productiuũ pfectũ noti cie genite. ex pcedẽti silogismo. et ẽ necesse esse et infinitũ. ergo necessa rio ibi ponitur productio pfecta. et vo catur pfecta. quia adequate se habz ad principiũ productiuũ. quẽadmodũ eius intellectus est infinitus ita no ticia genita est infinita. Consimilit potest argui de volũtate. qr volũtas infinita habens obiectũ amabile in finitũ sicut ponitur in deo est princi piũ productiuũ amoris infiniti. Se cundo arguitur ad principale. In vnoquoq genere imperfectũ argu it perfectũ in illo. sed omnis productio in creatura est impfecta. qr ñ attin git finem pfectum vel cõpletum p fectionis qui est assimilatio pfecta in vnitate natnre. qđ nõ est in crea tura. et tamẽ hoc nõ includit cõtra dictionem. ergo oportet dare produ ctionẽ perfectã que sit in vnitate na ture. sed nõ potest poni nisi in deo. ergo. Nec rões cõmentatoris cõ cludũt. Prima nõ. quia possibile di citur multipliciter. Vno mõ dicit possibile quod distinguit cõtra im possibile. et isto mõ est possibile deũ esse. Secũdo modo dicitur possibile put distinguitur cõtra necessariũ et vt est idem q ptingens. et isto modo nõ cadit in deo. Tercio modo dicit possibile in rõe ad agens. et illo mõ

oñe producibile est possibile. et sic
negetur ista ꝓpositio. nullū ꝓductuȝ
ex se est necessariū. nisi ꝑ ly ex se in-
telligat̄ idem genus cause efficiētis
vñ filius est ex se necesse esse formali
ter. sed a patre est ꝓductiue necesse
esse. Et sic patet ad primā ꝓbationē
maioris. Et eodē mō dicit̄ ad secun
dam. quia possibile, ꝓut dicit̄ relati-
ue ad agens nō repugnat necessario
ex se formaliter. Ad secundā rōnem
dico ꝑ interemptionē maioris. nō enī
sequit̄ est ab alio. ergo dependet. et
cum ꝓbatur ꝑ independentiam. ꝯce
do ꝙ eque independēter est natura
in ꝓducēte et in ꝓducto. et cū argui
tur nō erit independētia. nego ꝯse
quentiā. qꝛ dependētia sequit̄ enti-
tatē formalē dependentis. et quia ī
diuinis est eadem entitas absoluta.
ideo nulla est ibi dependētia. De
secūdo articulo dico duas ꝯclusio
nes. Prima ꝙ in diuinis sunt due ꝓ
ductiones ad intra. Secunda ꝙ iste
due ꝓductiones nō sunt eiusdē rōis
Primā ꝯclusionē ꝓbat vnus doctor
Henricus quolibet. vi. q. i. Actꝰ no-
tionales fundant̄ sup essentiales im
manētes. s; actus essentiales imma
nentes sunt tantū duo scȝ intellige
re et velle. ergo sunt tm̄ duo actꝰ no
tionales siue due ꝓductiones scȝ ge
nerare et spirare. Scotus ꝓbat eam
sic. vbi sunt duo principia ꝓductiua
ad intra habētia ꝓductões adequa-
tas que semꝑ manēt ibi sunt due ꝓ-
ductōnes tm̄. sed ī diuinis sunt duo
principia ꝓductiua ad intra haben
tia ꝓductiões adequatas que semꝑ
manēt. ergo sunt tm̄ due ꝓductiões
Prima ps minoris ꝓbatur sic. plu-
ralitas principioꝝ actiuoꝝ in diui-
nis nō potest reduci ad vnitatem ꝓ-
pter oppositū modū principiādi. qꝛ
vnū inclinat̄ libere aliud naturalit̄
nō etiā vnū pt̄ reduci ad alteruȝ. qꝛ
tunc qd̄ reduceret̄ esset imperfectuȝ
ſm totū genꝰ suū. sed pluralitas pn̄-
cipiorū ꝓductiuoꝝ vel oportet ꝙ re
ducatur ad vnitatē qd̄ esse nō potest
vt pȝ ex ꝓdictis. vel ad tantā pau-
citatē ad quantā potest reduci. sed
nō potest reduci ad minꝰ ꝙ ad dua-
litatē. ergo sunt ibi duo pn̄cipia ꝓ-
ductiua. Secūda ps minoris ꝓbat̄.
qꝛ memoria infinita habet noticiaȝ
genitā infinitā adequatā que semꝑ
manent. et eodē mō volūtas infini-
ta habet amorē adequatū. Secundā
ꝯclusionē scȝ ꝙ iste ꝓductōnes nō
sunt eiusdē rōnis sed alterius ꝓbāt
aliqui sic. Illa que sunt eiusdē rōis
nō possunt multiplicari nisi ꝑ mate
riam. sed in diuinis nō est materia.
ergo nō sunt ibi due ꝓductōnes eius
dem rōnis Contra istā rationem
adducit doctor noster instantias de
angelis. qꝛ cū angeli ſm istū nō ha-
beāt materiā nō possunt esse plures
in eadeȝ specie. et sequunt̄ ꝯtra eum
tres articuli cōdemnati parisius a
dño Stephano. Pmꝰ dicit sic. qꝛ in-
telligentie nō habent materiā. ideo
deus nō potest facere plures ange-
los eiusdē speciei. error. Secundus
ꝙ deus nō possit multiplicare indi
uidua sub eadē specie sine materia.
error. Tercius ꝙ forme nō suscipi-
ant diuisionē nisi ſm materiā. error
Nisi intelligat̄ ď formis eductis de
potētia materie. ergo de formis nō
eductis de potētia materie sicut est
in ꝓposito hoc dicere est erroneū. Et
preterea contra fundamentū istius

opinionis sunt multe auctoritates.
Supponit enī ꝙ multiplicatio indi/
uiduoꝝ fiat per materiā. qđ impro
bat cōmentator. ij. de aīa. cōmento
ij. et. iij. Et Auiceñ. ij. metha. ca. vl/
timo. sicut melius declarabit. li. ij.
q. iij. Adeo ꝓbat ista aliter sic. quā/
do potētia exhaurit ꝑ vnū actū non
potest in aliū actum eiusdem rōnis.
sed in vnica filij generatōe exhauri
tur tota potētia generandi. ergo nō
potest in aliū actum eiusdē rōnis.
Alio mō ꝓbatur eadē cōclusio sic ꝑ
Scotū. Si possent esse ibi plures ꝓ/
ductiones eiusdē rōnis. ergo et infi
nite et si possunt esse infinite. ḡ ne/
cessarie sunt. q2 nihil est ibi necessa/
rium. vltimū cōsequens est impossi/
bile. ergo et antecedēs. cōsequentia
ꝓbatur. q2 quādo natura nō deter/
minatur vnū ꝑcise nō possunt eē plu
res et etiā infinite ꝑm Auiceñ. j. me/
tha. ergo si in diuinis essent plures
filij. ergo ⁊ infiniti. Probat ꝑ Aug⁹
cōtra maximū. li. v. vbi vult ꝙ si fili
us posset generare pater haberet ne
potē. et tunc generatio nō esset ter/
minata sed posset ire in infinitū.
Preterea qđ est ex se quedā singula
ritas nō ꝑt multiplicari ī plura eius
dem rōnis. sed filiatio siue spiratio
est ex se quedā singularitas. ḡ nullū
illoꝝ ꝑt multiplicari in plura eiusdē
rōnis. Vel sic. Quicquid est de se hȝ
impossibile est ꝙ plurificet q2 quod
nō potest ab alio determinari et est
ꝙtum est de se plurificabile qua ra/
tione potest esse in aliquibus pluri/
bus et in infinitis. sed qđlibet vnius
rōnis in diuinis est de se hoc. Pro/
batio. q2 si nō ꝑt esse in pluribus ⁊ q̄
ratione in pluribus et in infinitis.
ergo nihil vnius rōnis in diuinis est
plurificabile. Circa istas duas q̄/
stiones sūt aliqua dubia. Cōtra pri
mā ꝯclusionē arguit sic. vnius natu
re est vnus modus cōmunicandi ꝑm
cōmentatorē. viij. phisicoꝝ. sed essen
tia diuina est vna natura. ergo ꝯmu
nicatur vno mō et nō duabus ꝓdu/
ctionib⁹. Cōtra secundā ꝯclusionē
obijcit dupliciter. Primo sic. Mo/
tus et ꝓductiones specificant ex ter
minis. ꝑ ꝯmentatorē. v. phisi. sed in
generatione et spiratōe est vnus et
idem termin⁹ formalis scȝ essentia.
ergo generatio et spiratio sunt vni⁹
Secūdo sic. habēs principiū forma
le ꝓducendi potest ꝓducere. sed fili⁹
habet principiū formale generandi.
ergo ꝑt generare. et sic erūt due ge/
neratiōes. Ad primū dico ꝙ maior
est falsa. sicut ꝑtȝ ꝑ Ambro. libro de
incarnatione. nam adam ⁊ fili⁹ eius
fuerūt eiusdē nature specifice et ta/
men adam fuit a deo ꝑ creationē et
filius suus ab eo ꝑ generationē. Cō
tradicit etiā cōmentator sibiꝑpi li.
ij. celi ⁊ mundi. de igne excusso de la
pide et de igne ab alio genito q̄ sunt
eiusdem nature specifice. et tamē ꝑ
alium et alium modum producendi.
nec auctoritas est ad propositū. q2
idem dicit cōmentator cōtra Aui/
cen. cui imposuit ꝙ homo poterat
generari equiuoce. sicut et anima/
lia que generantur per putredinem
sine semine. Ad aliud dico ꝙ motus
non specificantur precise ex termi/
nis. quia motus rectus et mot⁹ cir/
cularis. vt ponit ph'us. v. phisi. pos/
sunt terminari ad idē numero. q̄ mo
tus tantum differunt ꝙ non sunt ad
inuicē cōparabiles. ex. vij. phisicoꝝ.

tionis. ergo et psona. pbatio mino ris. indiuiduū et vniuersale sunt op posita. q2 habent fieri circa idē. sed vniuersale dicit secundā intentionē ergo et indiuiduū. Preterea. ne gatio nō est nomē prime intentionis sed psona dicit negationē3. q2 dicit incōmunicabilitatē. ergo non dicit primā intentionē. Cōtra. secun da intentio nō est p se terminus rea lis pductionis. ergo psona nō est se cunda intentio. Preterea secūda intentio nō adorat̄. sed psona ado ratur. ergo. Preterea. trinitas non cōsistit in cōceptibus sicut sunt secū de intentionis. sed trinitas cōsistit in psonis. ergo psona nō dicit inten tionem secundā. Circa istā questi onem sunt duo videnda. Primo q̄d importet̄ per nomē prime vel secun de intentiones. Secūdo principale quesitū. De primo q̄tuz ad p̄ns spe ctat. dico q̄ res habet duplex esse. q2 habet esse in anima vt cognitū in co gnoscente. et hab3 esse extra animā vt esse reale. primo modo res est se cunda intentio et nomē sibi imposi tum dicit̄ nomē secūde intentionis. Sed res secūdo modo dicta scd̄m q̄ habet esse extra animā est prima in tentio. et eius nomē dicit̄ nomē pri me intentionis. Circa secundum articulū sunt opiniones vna Var ronis li. j. q̄ psona est nomē secunde intentōis. Rōnes aūt ad hoc posite sūt ad primā ptē q̄onis. Notāt aūt aliq̄ isti⁹ opinionis q̄ licet psona di cat aliq̄d scd̄e intentōis tñ nō dicit illud in abstracto sed in cōcreto. et iō p̄t p̄dicare de re p̄me intentōnis. et supponere p ea. sic̄ spēs puta hō vt ē scd̄a intētio p̄dicat̄ d̄ petro ⁊ p̄t sup ponere p eo. Alia opinio est ad op

positum. q persona dicat primā intentionē et nō secundā sicut ptz per rōnes factas ad secundā ptem q̄stionis. Et pterea cōfirmat sic. diffinitio exprimit id qd est esse rei cuius est. sed diffinitio psone exprimit primā intentionē. ergo nomē psone est nomē prime intentōis. minor pbat. p Richar. iiij. de tri. q dicit q psona est intellectualis natura indiuidua subsistētia. Preterea. secūda intentio est relatio rōis. sed psona nō dicit relationē rōis. ergo. Preterea psona est obiectū fruitōis. sed nulla intentio secūda est obiectū fruitōis ergo psona nō est secūda intētio. Istā opinionē tenēdo. Respondet ad primū argumentū sic. q nihil p̄me intentōis plurificat in diuinis. nego istā. qz relatōes originis dicūt primā intentionē et tn̄ plurificātur. Ideo est sciendū q aliqua pnt plurificari duobus modis. Vno modo q plurificata sunt eiusdē rōis. et sic cōcedo q nihil p̄me intentōis plurificatur in diuinis. Secūdo mō aliqd plurificat ita q plurificata sunt alterius rōnis. et sic negeē maior. Ad secundū dico q est ad oppositum. qz indiuiduū nō dicit secundā intentōz vt patebit. q. i. q. de indiuiduatiōe. Ad pbationē cum dicit. vniuersale dicit scdam intentionē. ergo et indiuiduū. nego ꝯsequentiā. Aliqñ eniz vnū oppositoꝝ pt dicere relationez rōnis. et aliud oppositū relatōz realem. nā idemptitas est relatio ꝯmunis in creatura et tn̄ distinctio est relatio realis. Ad terciū negeē minor. qz psona dicit subsistentiā et subsistētia nō dicit negationē sed positōem et cū pbat dicit incōmunicabilitatem que est negatio. dico q ista īcōicabilitas dicit entitatē alteri nō cōmunicabilē et sic est in ꝯposito ꝛc.

Opia vero ī penultimo capitulo isti⁹ distinctōis scz ibi. iā sufficiēter. tractat magister de vno. Ideo q̄ritur. Vtrū ens et vnū dicāt eandē rem. Et videt q non. qz passio dicit aliā rē a subiecto. sed vnū est passio entis. g dicit aliā rē ab ente. Preterea. qñ aliqua dicūt eandē rē si vnum addat alteri facit nugatōz. sed dicēdo ens vnū nulla est nugatio. g nō dicūt eandē rem. In ꝯtrariū est phs. iiij. metha. Idē inqt est homo et vnus homo. Circa istā q̄stionem sunt tres articuli fm tres modos dicēdi. Quia vn⁹ modus dicendi est Auicen. scz q ens et vnū nō dicunt eandē rem. qd pbat sic. Nō abstrabit ab aliquo et ab eius opposito nō dicit eandez rē cū illo. sed ens abstrabit ab vno et eius opposito. g ens et vnū nō sunt idē. minor pbat p Auiceñ. v. metha. ca. j. vbi dicit q equinitas ex se nec est vnū nec multa. Preterea. si ens et vnū est idez. g qd nō est vnū nō est ens. sed mūltitudo nō est vna. ergo multitudo nō est ens. quod falsum est. Istam rationē ponit Auicenna. viij. methaphisice sue. capitulo sexto in principio. et dicit sic. Si illud quod intelligitur de vno omnino esset idem quod intelligitur per ens tunc multū fm q multum non esset ens sicut nō est vnum. Preterea. accidēs nō est idez cū subiecto. sed vnum est accidens entis. ergo nō est idem cum ente. Ista

ratio trahitur ab Auicen̄. iiij. meth. circa medium tercij capituli vbi dicit q̄ vnum nō est substātia. quia nō recipitur in certificatione vel in rectificatōne. id est in diffinitione q̄ddidatis substantie. sed est concomitans substantiā sicut iam nosti. ergo vnum nō est substantia. Alius modus dicēdi est cōmentatoris. iiij. methaphi. vbi distinguit duplicē vnitatem. scz vnitatem que est passio entis. et vnitatem que est principiū numeri. et dicit q̄ vnitas que ē passio entis dicit eandem rem cum ente. Ista cōclusio cōmentatoris potest probari multipliciter. Primo sic. Quecūq̄ duo addita vni nullaz diuersitatem faciunt dicunt eandē rē et sunt penitus idem. sed ens et vnū sunt huiusmodi. ergo. Minor ꝓbat̄. quia idem est homo et vnus homo. Preterea. quecunq̄ vna generatione generantur et vna corruptiōe corrumpuntur dicunt eandem rem. sed ens et vnum vna generatōne generantur et vna corruptione corrūpuntur. ergo ꝛc̄. et ambe rōnes sunt phi. iiij. meth. Tercio arguit cōmentator in speciali cōtra Auicen̄. sic. Si vnum dicit realitatē aliaz ab ente tunc aut realitas vnius est eadem cum sua vnitate aut nō. Si sic. eadem rōne fuit standū in primo scz q̄ vnitas entis nō dicit aliā realitatem ab ente. Si non querā de illa sicut de priori in infinitū. Preterea q̄d predicat̄ equalit̄ de oī ente nō dicit eandē rē ab entitate. sz vnitas p̄dicat̄ eq̄lit̄ de oī entitate. g̃. Preterea Si vnitas entis dicit aliam rem ab ente. eadē rōne vnitas substantie dicit aliā rez a substātia. aut ergo ista est substantialis aut accidentalis. Si accidentalis. ergo substantia est vna per accidens. quod est falsum. Si substantialis aut est materia aut forma aut compositum. sed non est aliquod istorū. ergo vnitas substantie nō dicit aliam rem a substātia. et similiter vnitas entis nō dicit aliaz rem ab ente. Tercius modus dicendi quem sequor ponit duas ꝯclusiones. Primo q̄ ens et vnū dicunt eandem rem fundamentalem. Secūda q̄ ens et vnū nō idem per se primo. sed differūt formaliter. Prima cōclusio p̄t ꝓbari per rōnes cōmentatoris et alias que posite sunt in p̄cedenti articulo. Secunda cōclusio ꝓbatur sic. quod ponitur in diffinitione alicuius vt additamentū non includitur per se primo mō in rōne quidditatiua illius. Ista patet. qꝛ oppositū predicati infert oppositum subiecti. Sz ens cadit vt additamētum in ratione cuiuslibet sue passionis. minor ꝓbatur ex primo posteriorum. et. vij. metha. vbi dicit̄ q̄ subiectum cadit in diffinitōne sue passionis vt additamentū. Preterea. que differunt diffinitōne non includunt se primo modo. sed ens et vnū sunt huiusmodi. ex. iiij. metha. scd̄m translationē ꝯmentatoris. ergo ens et vnum nō sunt per se primo idem. Preterea. Si vnum includit ens quidditatiue vel per se primo modo aut includit ipm̄ p̄cise aut nō p̄cise. Nō primo modo. quia idez ens esset passio suipius. g̃ includit aliq̄d aliud. Sit ergo illud aliud a. aut ergo a. includit ens quidditatiue vel per se primo modo aut nō. Si non. ergo vnum bis includit ens. et sic erit

processus in infinitum. Si autē includitur habetur ppositum. Respondet ad illa Guilhelm⁹ ockam. et dicit q̄ rationes nō valent. quia supponitur in eis q̄ ens habeat pprias passiones et hoc est falsum. quia entis nō sunt passiones sed quasi passiones sm Auiceñ. j. metha. Et etiā quia eius passio esset nihil. quia passio est extra ratione subiecti ⁊ quod est extra rationē entis nihil est. Cōtra illud obijcitur. quia clare est cōtra phm. iiij. metha. vbi vult q̄ sicut linea in q̄tum linea habet passiones et numerus in q̄tū numerus / ita sūt alique passiones entis in q̄tum ens

Preterea scientia realis cōsiderat passiones entis in q̄tum reales sunt circa pprium subiectum. sed methaphi. est scientia realis cuius subiectum est ens ex. iiij. et. vij. metha. ergo entis vt sic sunt passiones vere Nec valet q̄ ipse adducit quia tunc passio entis nihil essz. quia lʒ ens nō dicitur de suis passionibus primo. dicitur tamē de eis denominatiue. Tunc respondeo ad argumenta pro opinione Auiceñ. cum dicit̄ primo: Quando aliquid abstrahit ab aliq̄ et ab eius opposito nō est idem cum illo. cōcedo q̄ hoc est veruz de idem ptitate omnimoda que est omnino adequata re et modo sed nō est simpliciter vera. quia essentia abstrahit ab esse et nō esse. et tamē idem est re aliter cum esse licet nō formaliter.

Ad secundum dicitur vno modo q̄ multitudo includit vnitatem. et sic etiam includit entitatem. Aliter dicitur sic. q̄ sicut multitudo nō est vna ita non est ens. sed sicut est vna ita est ens. Sed multitudo nō est tū vna vnitate simplici et tamē vna vnitate aggregationis. ergo similit̄ multitudo nō est ens simplici entitate. sed ens entitate aggregata. Ad tercium dico. q̄ vnū nec est accidēs nec substantia. sed sicut ens inquantum ens abstrahit a substantia et accidente ita et eius vnitas. Ad primum principale cōcedo q̄ passio realiter distincta a subiecto dicit aliam rem a subiecto. sed vnitas nō est talis passio. quia licet distinguatur formaliter ab ente est tamē idem realiter cum ente. Ad secundum respondet cōmentator. iiij. metha. q̄ non sequitur nugatio. quia licet dicant eandem rem dicunt tamē eam diuersis modis et pter diuersitatē istā modalē nō intendit cōmentator tm̄ differentiam rōnis sed aliquam differentiā ex natura rei que vocat̄ ab alijs virtualis vel formalis vel intentionalis.

Hic diligēter inquiri. Circa istā distinctionē. xxiiij. et sequentem queritur primo. Utrum in diuinis sit pprie numerus. Et videtur q̄ sic. quia vbi est vere vnitas et trinitas ibi est vere numerus. Sed in diuinis est vere vnitas et trinitas. quia vnitas essentialis et trinitas psonalis. ergo in diuinis erit pprie numerus. Preterea trinitas est numerus. sed in diuinis est trinitas. Cōfirmat̄ p phm primo de celo et mundo. p hūc quidem numerum scʒ ternariū adhibuimus nos magnificare vnum deū Cōtra. numerus est species quātitatis discrete. vbi g̃ nō est q̄titas

non est numerus. sed in diuinis non
est quantitas. ergo nec numerus.
Circa istam questionem sunt tria vi
denda. Primo si numerus habet a//
liquā entitatē in re. Secūdo si habꝫ
aliquam vnitatē. Tercio ꝓpositum.
De primo sunt due opiniones cō
trarie. Vna ꝙ numerus nō habet a//
liquam entitatē in re. Cuiꝰ ratio est
ista. illud quod habet entitatē in re
existit anima non existente. sed nu//
merus nō existit anima nō existen//
te. ergo numerus nō habet entitateꝫ
in re. minor patꝫ. iiij. phisi. vbi dicit̄
ꝙ numerus nō est sine numerante. i.
sine anima. Alia opinio est in cōtra//
rium scꝫ ꝙ numerus habet entitatē
in re. vnde Auicen̄. iij. meth. ca. v. di
cit ꝙ numerus habet esse in rebus ⁊
habet esse in anima. et illud qᷓ dixe
runt quidā ꝙ numerus nō habꝫ esse
in anima hoc verum est. Preterea.
illud quod est per se sensibile habet
entitateꝫ in re. sed numerus est per se
sensibilis. ex. ij. de anima. ergo. Pre
terea. qᷓ est species p̄dicamenti po//
sitiui habet entitatē in re. sed nume//
rus est hm̄oi. qꝛ est species quantita
tis per quā numerus habet entitatē
in re. Si teneat̄ ista opinio potest di
ci ad argumentū p̄cedentis opinio//
nis sicut ponit cōmentator. iiij. phi
sicorum. ꝙ aliqua entia sunt totali//
ter extra intellectū. aliqua totaliter
in intellectu. aliqua partim in re. et
partim in intellectu. ⁊ in isto mēbro
ponitur numerus. vnde cum dicitur
numerus nō est anima nō existente.
cōcedo q̄tum ad illud qᷓ est ab aīa.
sed nego de entitate quā habet in se
Aliter p̄t dici ꝙ numerus nō est aīa
nō existente. verū est q̄tum ad per//
cip[illegible]ea nō q̄tum ad esse. De secū
do articulo sunt etiā opiniones cō//
trarie. Vna dicit ꝙ numerus nō ha
bet vnitatē. Cuius rō est ista. vnum
et multa sunt opposita. et opposita n̄
possunt esse simul. sꝫ numerus neces//
sario dicit multitudinē. ergo nō ha//
bet vnitatē. Alia opinio est ad oppo
situm. vnde Auicen̄. vbi supra. vnus
quisqꝫ numeroꝝ species est ꝑ se ⁊ est
vnus in se inq̄tum in se est ip̄a speci
es. Preterea Arist. v. metha. sex nō
sunt tria et tria. sed semel sex. Pre//
terea qᷓ habꝫ ꝓprias species siue di
stinctas habet vnitatē. sed numerus
est hm̄oi. ergo. maior ptꝫ ꝑ Auicen̄.
iij. metha. ca. v. Si teneat̄ secūda o//
pinio p̄t dici ad argumentū ꝯtrarie
opinionis ꝑ Auicen̄. v. metha. c. vj.
ꝙ vnū et multa nō sunt ꝓprie opposi
ta. sed cōcomitatur ea oppositio. nā
vnū oppositum nō cōstituit alterum
sed vnū cōstituit multitudinē. ergo
nō sunt directe opposita. Sed est
dubiū si numerus dicit vnitateꝫ a q̄
sit eiꝰ vnitas. Et dicit̄ hoc primo ꝙ
vnitas vltimo adueniens est causa
vnitatis subiecti formalis numeri.
quia forme et numeri recipiūt simi//
litudinē cōparatorū ex. viij. metha.
Sed forma vltimo aduenies est cau
sa vnitatis subiecti. ergo vnitas vl//
timo aduenies est causa vnitatis nu
merari. Sed ꝯtra hoc arguit̄ sic. Si
vnitas vltimo aduenies est causa v//
nitatis numeri. aut hoc cōuenit sibi
inquantū vnitas. aut inq̄tum distās
nō primo modo. quia forma alicuiꝰ
informat omnes ꝑtes. sed illa vnitas
vltima nō informat omnes alias v//
nitatesq̄ sunt partes numeri. Nō se
cūdo mō. scꝫ inq̄tum distās. quia cu

ius formale cõstitutiuum est relatio
ipm cõstitutum erit relatiuũ. Sz di/
stantia est relatio. ergo si vnitas est
causa numeri inq̃tuz distans tũc nu
merus erit in predicamento relatio
nis qđ est cõtra phm in ꝑdicamẽtis
Ideo dicit̃ aliter q̄ vnitas numeri
est ex aggregatione vnitatũ. Cõtra.
in ista vnitate nõ cõsistit forma nu/
meri in qua nõ ꝯsistit rõ prioris ⁊ po
sterioris. Sed in aggregatione vni/
tatũ nõ est ordo prioris ⁊ posterioꝝ
ergo. Ideo aliter dicit̃ q̄ vnitas nu
meri cõsistit in aggregatõe facta ab
animo. et forte prima opinio est ve/
ra nec rõ cõtra eam cõcludit. Cũ em̃
dicit̃ q̄ vnitas vel est forma numeri
inq̃tum vnitas vel inq̃tum distans
Cõcedo q̄ inq̃tum vnitas alijs ad/
ueniens. Et cum obijcitur. Cõtra. q̄
ista vnitas nõ informat alias vnita/
tes ꝑcedentes. dicendũ q̄ verũ est im
mediate. sed informat omnes media
te sic̃ supposita pluralitate formarũ
vltima informat mediantibus alijs.
De tercio articulo dicit̃ vno modo
si numerus habet vnitatẽ formalem
ita q̄ vnitas adueniens vltimo siue
sit causa vnitatis numeri siue vnitas
habeat vnitatẽ ex vnitatibus aggre
gatis. tũc in diuinis nõ ponitur nu/
merus. si aũt numerus sit ab anima
tm̃. tunc in diuinis cõceditur nume/
rus. Et hec ẽ opinio Scoti. Alio mõ
dicitur sic q̄ omnis numerus funda
tur sup vnitatem. vnitas aũt est tri/
plex. vna que ꝯuertitur cũ ente. alia
que se habet in rõne partis. et tercia
que est principiũ cõtinui. Ad ꝓposi/
tum in diuinis est numerus cuius ꝓn
cipium est vnitas que cõuertit̃ cũ en
te. et h̃ supposita pluralitate suppo

sitorum. sed non est in diuinis nume
rus qui aspicit vnitatẽ secundo mõ
et tercio modo dictam. quia in diui/
nis nõ est ratio partis nec rõ ꝯtinui
et per hoc patet ad argumenta prin
cipalia.

Secundo queritur. Vtrũ
persona in diuinis dicat
substantiã vel relationẽ.
Et videt̃ q̄ dicat substan
tiã. quia ad interrogationẽ factam
per quid respondet̃ substantia. Sed
querendo quid est. Respondet̃ ꝑso/
na. per Aug⁹. vij. de trini. ca. vij. er/
go ꝑsona dicit substantiã. Cõtra.
substãtia nõ plurificat̃ nec numera/
tur in diuinis. sed ꝑsona plurificat̃
et numerat̃ in diuinis. ergo nõ dicit
substantiã. Ad istã questionẽ dico
tres ꝯclusiones. Prima q̄ persona
nõ dicit relationẽ originis. Cui⁹ ra
tio est ista. nulla relatio originis si/
ue ꝓpria est cõmunis tribus. sed ꝑso/
na est nomẽ cõmune tribus. secundũ
Aug⁹. vij. de trini. ca. vij. si sunt inq̃t
tres persone cõmune est eis hoc qđ
est persona. ergo persona nõ dat re/
lationem originis siue ꝓpriã. Secun
da cõclusio est ista. q̄ persona nõ di
cit relationẽ cõmunez. quod ꝓbatur
sic. Ad quodcũq₃ relatiuũ dicit̃ infe
rius ad idem dicitur relatiuũ supe/
rius licet nõ eque primo. Exempluz
huius. nam ad quodcunq₃ dicit̃ du/
plum dimidij ad idem dicitur multi
plex dimidij. Sz pater dicit̃ filij pr̃
ergo si ꝑsona dicit relationẽ com/
munem tunc persona patris dicere/
tur persona filij quod est falsum.

Tercia cōclusio est ista. q̄ psona nō dicit quidditatē id est, substantiam. accipiendo substantiā p essentia. Cuius ratio est: quia substantia siue q̄dditas p essentia accepta nō numeratur nec multiplicatur in deo. sed psona multiplicatur et numerat. ergo. Restat ergo videre si persona nō dicit relationem pꝛiam nec cōmunē. nec essentiam. quid ergo dicit. Et dico hic duas cōclusiones fm duas opiniones. Nam si teneatur opinio ista que ponit personā dicere negationem. tunc persona aliquid cōnotat. et primo illud de quo dicit̄ primo scʒ patrem et filiuʒ et spiritū sanctum. et secūdario cōnotat relatōes cōstitutiuas patris ⁊ filij et spiritus sancti. et tercio cōnotat essentiam. Si autem teneat̄ alia opinio q̄ psona dicit aliquid positiuum: tunc nō dicit nec substantiam nec relationē sed abstrahit ab vtroq̄. et hanc viā sequitur Scotus. Ad argumentū in cōtrarium dico q̄ ad interrogationem factam per quid nō semper respondet̄ substantia. quia quid q̄n q̄ querit diffinitionē. quādoq̄ q̄rit illud de quo aliquid dicitur. Unde Heretici querebant ab Aug⁹. quid tres. vt si diceret essentiā tunc illi inferrent tres essentias. Ideo Aug⁹. respondebat personas diuinas substantiuū determinatū adiectiue.

Hunc de proprietatibus psonarū. Circa istā distinctionem. xxvj. queritur. Utrum persone diuine cōstituantur in essentia personali per relationes originis. Et videt̄ q̄ non. quia vbicū q̄ cōstituēda sunt alterius rationis ibi cōstituta sunt alterius ratōis. Sed relationes originis sunt alterius rationis. ergo persone diuine cōstitute essent alterius rōnis. Sed vbi ↄstituta sunt alterius rationis ibi est pductio equiuoca. ergo in diuinis esset generatio equiuoca cuius cōtrarium probatū est supra in. ij. q. vij. distinctionis. Preterea. relationes cōmunes distinctiones requirunt in extremis sicut relationes originis et eque sunt eedem essentie diuine. sed relationes cōmunes nō cōstituunt personas. ergo nec relationes originis. Preterea. cui est notū constitutiuū ei est notum cōstitutiuū. sed cognita proprietate relatiua filij nō ↄgnoscitur filius. ergo filius nō cōstituit̄ pprietate relatiua filij. Probatio minoris dicit̄ puer. iiij. qd̄ nomen eius et qd̄ nomē filij eius si nosti. ⁊ sic ↄgnoscebat pprietatē filij et tamē ignorabat filium. Preterea relationes mouētis et moti sunt cōpossibiles in eodem supposito. sicut patet quādo voluntas vult. ergo similiter relatiōes pducentis et pducti sunt cōpossibiles in eodem supposito. et sic nō ↄstituunt suppositum. Cōtra Boeti⁹ libro de trinitate. Essentia cōtinet vnitatē. relatio aūt multiplicat trinitatem. Circa istam questionem oportʒ primo videre si generatio generaliter sumpta ponit alquā entitatem in re. et hoc patebit li. ij. q. iiij. dist. j. Insistendo ergo circa principale quesitum sunt tres articuli fm tres opiniones. Prima est magistri vicʒ q̄ psone diuine seipis ↄstituūt̄

et distinguuntur. et sic non oportet querere quo constituantur et distinguantur. Quod pbat primo sic. psona diuina est eque simplex sicut essentia. sed essentia diuina pter suaz simplicitatē a quocūq distinguitur seipa distinguit. ergo et psona seipa distinguit. Preterea abstractum et concretum idem significant. sed pater et paternitas habēt se sicut abstractū et cōcretuz. ergo idem significant. ergo dicere patrē paternitate distingui est dicere seipm seipo distingui. Cōtra istā opinionē obijcitur sic. que nō sunt primo seipis diuersa aliq mō distinguunt. et oportet querere de eis quō distinguūtur sed persone nō sunt primo seipis diuerse. qz cōueniunt in essentia. ergo oportz qrere de eis quō distinguunt Preterea ī pre est generatō actiua ꝛ spiratio actiua sz in filio ē spiratō actiua ꝛ n̄ generatio actiua. g̃ oporꝫ querere quomodo distinguat pater a filio. Preterea. si pater seipo distinguitur a filio pari rōne seipo distinguitur a spiritu sancto. ergo habet eandē relationē ad filiū ꝛ spiritū sanctū. ergo ecōuerso filius ꝛ spiritussanctus habebūt eandē relatōz ad patrē. qd est falsum. Ad primuz opinionis Magistri cōcedo q psona est eque simplex sicut essentia. tn̄ psona includit aliqua quoꝝ vnū nō est aliud formaliter vn̄ pater includit essentiā et paternitatē similiter filius includit essentiā et filiationez et pater ꝛ filius cōueniunt in essentia nō in pprietate relatiua. ideo qritur quo primo distinguunt. Ad secundum dico q cō cretū ꝛ abstractū idem significāt sed differūt ī modo significandi. quia cōcretum semper significat subsistens in forma vel natura. sed subsistens in supposito includit essentiā et relationē et psone subsistentes cōueniunt in essentia et in pprietate relatiua. ideo queritur quō distinguunt. Alia est opinio cōmunis q psone ꝯstituunt in essentia psonali p relationes. Quod pbatur sic. psone aut cōstituunt p relatōes aut p absoluta. sed nō cōstituuntur per absoluta. ergo constituunt p relationes. Probatio minoris psona nō ꝯstituit eodem absoluto quo conuenit cum alia psona. ergo alio absoluto. Sed absolutū additū absoluto facit cōpositionem. et sic in deo essꝫ cōpositio. quod est falsum. Preterea absolutū aut omnino manet aut omnino transit. si omnino trāsit tūc nō cōstituit psonam. si omnino manet facit ꝯpositionē. Preterea. eadem natura numero nō pt esse ī pluribus suppositis absolutis. Sz essentia diuina est eadē numero in pluribus suppositis. g̃ illa supposita non sunt absoluta nec ꝯstituuntur p absolutum. Preterea. relationes originis sm omnes sunt in psonis. aut ergo iste relationes ꝯstituunt personas aut non. Si constituūt habetur ppositum. si non ꝯstituūt. ergo sunt aduenticie et accidētales ꝛ relationes rationis. quia supponūt psonas iam ꝯstitutas. Preterea esse absolutum dicit perfectionē simpliciter ergo psone nō ꝯstituuntur p absoluta. Minor pbat. qz ꝯstitutiuū vnius psone non est in alia psona. et sic aliqua pfectio simpliciter esset in vna psona q non esset in alia. Si ergo qratur p qd ꝯstituunt psone dicit q

ꝑ relationes origis. q2 iste relatiões
primo cõstituunt que primo pullu//
lant in essentia. sed hmõi sunt relatõ
nes originis. ergo relationes origi//
nis ꝯstituunt ꝑsonas. Et si vlterius
queraẽ quõ eadem natura pt esse in
pluribus suppositis realiter distin//
ctis. dicit ꝙ hoc est ꝓpter infinitatẽ
essentie et q2 supposita sunt relatiua
Idem enĩ illimitatũ pt esse funda//
mentum pluriũ relationũ opposita//
rum. Alia opinio dicit ꝙ ꝑsone con//
stituanẽ ꝑ modos intrinsecos abso//
lutos qui modi sunt nobis incogniti
determinanẽ aũt nobis ꝑsone trini//
tatis per relatiuas ꝓprietates ita ꝙ
quasi a posteriori ꝑ istas relatõnes
aliqualiter cognoscimus ꝑsonas.
Q2 aũt ꝑsone ꝯstituanẽ ꝑ absoluta
et nõ ꝑ relatõnes ꝓbatur sic. Illud
qđ ꝓsupponit ꝑsonã iam cõstitutam
nõ ꝯstituit eã. sed relatio ꝓsupponit
ꝑsonã iam ꝯstitutã. ergo. Probatio
minoris. Nã illud quo aliquid refer
tur nõ ꝯstituit ipm qđ referẽ. sed ꝑso
na referẽ relatione. ergo relatio pre
supponit ꝑsonã iam ꝯstitutã. Pre
terea. originãs est pri⁹ gñatione ori
ginato. q2 agere ꝓsupponit esse in ali
quo priori in quo queriẽ. q2 supposi//
tum vel est ad se vel ad aliud. Si ad
se tũc cõstituiẽ ꝑ absolutũ. Si ad ali
ud puta ad originatũ. ergo agere ꝓ//
supponit esse. Preterea. cõstituti
uũ suppositi in aliqua natura facit ꝑ
se vnũ cuz illa natura. sed relatio nõ
facit ꝑ se vnũ cum esse substantiali.
ergo nõ cõstituit ꝑsonã diuinã q̄ est
aliq̃d in esse substantiali. Prete//
rea. qđ est extra rõnem substãtie nõ
cõstituit aliquid in esse substantiali
sed relatio est extra rationẽ substan
tie. ergo nõ cõstituit ꝑsonã diuinã.
Dico ergo ꝙ inter tres opiniones
secũda est verior ⁊ magis catholica
q2 Saluator Math. vltimo volens
exprimere personarũ trinitatẽ ipas
expressit noĩb⁹ relatiuis dicẽs. Eun
tes baptisauit eos in noĩe patris ⁊ fi
lij et spiritussancti. Preterea Jo
hannes in canonica sua. Tres sunt
qui testimoniuz dant in celo. pater.
verbũ. et spũssanctus. Preterea Da
masce. li. j. Omnia sunt vnũ in deo ꝓ
ter generare ⁊ generari et spirare et
spirari. quib⁹ ab inuicẽ differũt san//
cte tres hypostases. Preterea Au
gust. in multis locis li. de trini. quic
quid ad se diciẽ ꝯmune est tribus. sꝫ
cõstitutiuũ ꝑsone nõ est ꝯmune tri//
bus. ergo nõ est ad se. et ꝑ cõsequẽs
nõ est relatio Preterea Boetius
de trini. Essentia cõtinet vnitatẽ re
latio multiplicat trinitatẽ. Prete
rea arguiẽ ꝑ rõnes sic. Inter perso
nas diuinas est maxima cõnexio. sꝫ
nõ esset inter eas cõnexio si ꝯstitue//
rentur ꝑ absoluta. g. Preterea. cui⁹
cõstitutiuũ est absolutũ pt intelligi
ꝑ se esse sine alio absqꝫ ꝯtradictione
Sed pater nõ pt intelligi vel esse si//
ne filio. ergo. Vltimo sic. illa sunt
formalia cõstitutiua aliquoꝝ quib⁹
circumscriptis ipa remanent penit⁹
indistincta. Sed relationibus circũ
scriptis a ꝑsonis ipe remanẽt penit⁹
indistincte. ergo ꝑsone ꝯstituũtur ꝑ
relationes. Ad argumenta tercie
opinionis que posuit ꝑsonas distin//
gui ꝑ modos intrinsecos absolutos
siue ꝑ ꝓprietates absolutas. Respõ//
deo ad primũ ꝑ interemptionẽ mi//
noris. Ad ꝓbationẽ cũ diciẽ ꝙ illud
quo aliq̃d referẽ nõ cõstituit ipsum

dico q hoc verum est in relatio͂ibus creaturarũ q͂ sunt accidẽtia. sed ista ꝓpositio est falsa de relationibus diuinis que nõ sunt accidẽtia sed sunt relationes subsistẽtes. Ad secundũ dicit multipliciter. primo q relatio dupliciter pt accipi. scz inq̈tum relatio vel inq̈tũ ꝓprietas. Et isto mõ relatio diuina ↄstituit ⁊ ꝓcedit. Aliter dicit q relatio dupliciter dicit in diuinis scz relatio inq̈tũ relatio et relatio inq̈tũ origo. et isto secundo modo relatio diuina ↄstituit ⁊ ꝓcedit. Aliter dicit q in relatiuis est simultas ⁊ ꝓoritas. Simultas q̈dem nature ⁊ prioritas originis. q̈ harũ solutionũ sit verior dicetur infra dis. xxviij. Ad terciũ dico q relatio ẽ duplex scz inherẽs sicut icre aturis ⁊ p se subsistẽs sicut in diuinis prima relatio nõ facit p se vnũ cum natura sed secũda. Sic eodẽ mõ ad quartũ. Cõcedo eni q relatio inherens nõ ↄstituit suppositũ in esse substãtie. sed relatio diuina nõ est inherẽs sed subsistẽs. Ad primũ ꝑnci pale dico q generatio equoca nõ accipitur penes suppositũ sz penes terminũ formalẽ ipius geniti. Et ideo vbi est similitudo imo summa idemptitas inter generãs ⁊ genitũ respectu termini formalis ibi est maxima gñatio vniuoca et nõ equiuoca. Sic aũt est in ꝓposito. q: essentia q̈ est terminus formalis gñationis est penitus eadem in pr͂e et filio. Ad scõm dicũt antiqui et bene q̈uis aliq̈ arguant ↄtra. q relationes origĩs cõstituũt ⁊ nõ relatões ↄmunes. q: ille relationes q̈ primo pullulãt in essentia. Relationes aũt ꝓmo pullulãtes sunt relationes originis. Ad terciũ dico q eodẽ modo cognoscit filius quomodo cognoscit relatio constitutiua filij. Et quia relatio cõstitutiua filij cognoscit in cõmuni. ideo filius cognoscitur in ↄmuni. Ille autẽ sapiens querebat noticiã filij magis in speciali. Ad vltimũ dico q quedam sunt relationes cause ⁊ causati. quedã sunt relationes ꝓducentis et ꝓducti. quedã sunt relationes mouentis et moti. Relationes cause ⁊ causati nõ sunt cõpossibiles nec in eadẽ natura nec in eodẽ supposito Sed mouẽtis ad motum sunt cõpossibiles in eodẽ supposito et in eadem natura. et hoc quia mouentis ad motum est dependentia accidentalis. Non est aũt inconueniẽs aliquid accidentalit dependere a seipõ. Ideo nõ est simile de relatione mouentis ⁊ moti et de relatione ꝓducentis et ꝓducti. eo q relationes ꝓducentis et producti sunt compossibiles in eadẽ natura si illa natura est illimitata sicut est natura diuina. sed nõ sunt cõpossibiles in eodẽ supposito.

Hic queri potest. Circa istam vicesimam septimã distinctõnem queruntur duo. vnum de verbo nostro: aliud de verbo diuino. De verbo nostro queritur. Vtrum verbuz mẽtis create sit intellectio actualis.

Videtur ꝙ nõ. per Aug. xv. de tri. Verbũ qḋ foris sonat signum est eiꝰ verbi quod intus latet. Sed verbũ quod foris sonat significat obiectuꝫ nõ actualẽ intellectionẽ. ergo verbũ est obiectũ. Preterea Augꝰ. viij. de trini. dicit. fantasma cartaginis hoc est verbũ eiꝰ. sed fantasma sumitur ꝑ specie cartaginis. ergo verbũ est species et nõ intellectio actualis Cõtra Augꝰ. in sermone de natiuitate Johannis baptiste assignãs differentiã inter vocẽ et verbũ dicit ꝙ vox est index cogitationis. verbũ autem est ipa cogitatio. Circa istaꝫ questionẽ ꝑter dubiũ primi articuli oportet videre si verbum qḋ foris sonat. id est verbum sensibile significet principaliter conceptum mentis vel rem extra. Secundo dicetur ad questionẽ. De primo sunt quatuor modi dicendi. vnus ꝙ verbũ sensibile principaliter significat conceceptum mẽtis. qꝛ phs dicit in libro periarmenias. ꝙ voces sunt signa eaꝝ que sunt in anima passionũ. Preterea. Augꝰ. in Encheridion dicit ꝙ nõia sunt imposita ad significandũ cõceptiones animoꝝ. Preterea verbum sensibile illud principalit significat in quo cõsistit veritas vel falsitas. Sed veritas vel falsitas ꝯsistũt principaliter in mente. ergo verbuꝫ sensibile principaliter significat cõceptuꝫ mentis. Alia opinio dicit ꝙ verbum sensibile principaliter significat rem ad extra. quia alias nulla esset ꝓpositio vera nisi in qua ꝑdicaretur idem de seipo. dicendo enĩ. homo est animal. esset dicere cõceptus hominis est cõceptus aĩalis. Preterea. illud principalit significat verbum quod primo cõcipitur a loquente. sed illud est res extra. ergo. Alia opinio dicit ꝙ verbum sensibile habet duplicẽ habitudinẽ. vna ad ꝓferentẽ. et sic significat cõceptum mẽtis. aliam ad audientẽ. et sic significat rem extra. Quarta opinio dicit ꝙ verbũ sensibile duo significat scꝫ cõceptum mentis vt a q̃ emanat ⁊ rẽ extra quã imponitur ad significandum. Sꝫ obijcit ꝯtra istã opinioneꝫ Omne verbũ siue omnis vox est sic equiuoca vel analoga. qꝛ significat diuersa. Respondet ꝙ vox nõ est equiuoca ex eo ꝙ significat diuersa tñ. sed qꝛ significat diuersa obiectiue. sꝫ verbũ non sic significat. quia significat cõceptum mentis vt a quo emanat. rem aũt significat vt obiectum.

De scḋo articulo sũt opiones due Vna Henrici q̃ dicit ꝙ verbũ nõ est intellectio actualis sꝫ est noticia declaratiua. Modus aũt suus ponẽdi est iste pmo dicit intellectum esse nudum ⁊ iste intellectus nudus recipit noticiam ab obiecto q̃ vocat noticia essentialis in qua intellectione intellectus est pure passiuus. Secũdo ꝙ intellectus est immaterialis et ꝯuertit se sup se. et intellectus informatus noticia ꝑori exprimit noticiã declaratiuã in qua intellectꝰ sic informatus se habꝫ actiue. et ista noticia declaratiua dicit verbũ. Et cõsimiliter ponit verbum in diuinis. ponit enim ꝙ generat verbum diuinũ per cõuersionem intellectus paterni supra intellectum informatuꝫ noticia simplici Cõtra istã opinionẽ obijcitur sic. quia irrationale videt eandem potentiã esse actiuã respectu vniuꝰ actꝰ ⁊ passiuã respectu alterius

visus enim nō est passiuus respectu vnius actus videndi et actiuus respectu alterius. ergo intellectus nō est actus respectu noticie simplicis et passiu⁹ respectu noticie declaratiue. Preterea. si illa noticia essentialis vel simplex est principiū declaratiue noticie. hoc est aut quādo est aut quādo nō est. Si quādo est tunc duo actus erūt simul in eadē potentia. Si qñ nō est ergo ñ ens est causa gignendi ens. Preterea. imperfectus nō est causa gignendi pfectius sed noticia simplex est imperfectior noticia declaratiua. ergo nō est ratō gignendi eam. Preterea illud quod dicit de cōuersione intellectus diuini ad formatiōẽ verbi videẽ esse falsum. q2 cōuersio est actio sed actōes sunt supposito℞. ergo illa cōuersio ē alicuius suppositi. et tunc quero cuius suppositi sit. q2 aut ē suppositi filij aut suppositi patris. si est suppositi filij cum illa cōuersio p̄cedat generationem filij p te. sequiẽ q̄ ante filium sit filius. quod est hereticū. si dicas q̄ est suppositi patris. tūc arguitur sic. Cuius est intellectus vt ḡuertit se supra intellectū informatū noticia simplici eius est vt recipiat noticiā declaratiuā. vt ptz p pħm. ix. metha. Existēte enī passo summe disposito statim sequitur actio siue receptio. sed prime psone scz suppositi patris est intellectus vt cōuertit se supra intellectū informatū noticia simplici. ergo eius intellectus est vt cōuersus recipiat noticiā declaratiuam. sz noticia declaratiua est ipm verbum. ergo verbū siue filius idem est quod pater. qđ est hereticū. Alia est opinio doctoris nostri q̄ verbuz est intellectio actualis. Adcui⁹ euidentiam sciendū q̄ verbū est actus intelligentie pductus vel genitus a memoria pfecta nō habens esse sine actuali cognitione representās secūdam psonā in trinitate. i. verbū diuinum. prima et secūda ḡditio ptz p Aug⁹. ix. de trini. ca. vltimo. tercia cōditio ptz p Aug⁹. xv. de trini. q̄rta ḡditio patet. p verbū enī nostruz inquisiuit beatus Aug⁹. de verbo diuino. Ex his colligitur q̄ verbū spectat ad actū intelligētie. sed intelligentia stricte sumēdo est intellectus actualis et obiectū cognitū est species. sz verbū nec est species nec obiectum. ergo est intellectio actualis. Sed remanet dubiū. si quelibz actualis intellectio est verbū. Et dicitur vno modo q̄ nō. q2 oportet addere noticiā declaratiuā. Cōtra. si verbum est noticia declaratiua. ergo in quocūq3 est noticia declaratiua formaliter ibidē est formaliter verbū. sed in patre est formaliẽ noticia declaratiua. ḡ in p̄re est formaliter verbum. qđ est falsum. Minor pbatur. q2 pater diligit se et ista dilectio est suṗius declaratiua. Ideo aliter dicitur q̄ verbū est intellectio actualis q̄ est terminus inq̄sitionis. q2 verbum est ꝓles ⁊ partus sed nō est partus nisi q2 repertū nō aūt est repertū ñ q2 inquisitū. ḡ verbū dicit terminū inq̄sitōis. Cōtra h obijciẽ. tū q2 deus nō haberet verbū de se. tum q2 angeli nō haberēt verbū de naturaliter sibi cognitis. tū q2 beati ī patria nō haberet verbū de essentia diuina. q2 nō est in eis talis inquisitio Ideo aliter diciẽ et meli⁹ q̄ verbuz est actualis intellectio q̄ est noticia

genita ⁊ propter hoc in patre nō est formaliter verbū. q₂ nō est in eo formaliter noticia genita. Notandū aūt q verbū est duplex scz pfectū et impfectū. Impfectū qdē reqrit actualē ordinē inquisitōis Perfectū aūt verbū nō. sz sic sufficit hitualis cognitio vel noticia eius q est verbū Ad primū pncipale si teneat quarta opinio posita in pmo articulo patet q verbū est signū ꝯceptus vt a q emanat ⁊ est signum rei ad quā ponit significandū. Ad scōm patz cū dr q fantasma cartaginis est verbū eius dico q verū est effectiue sz nō formaliter. nā verbū pducit a memoria et meōria nō includit intellectū sz obiectū vel aliqd supplēs vicē obiecti: vn̄ fantasma cartagīs. i. spēs ei⁹ est verbū ei⁹. q₂ effectiue vl causatiue se habet ad verbū. quia supplet vicē obiecti. quare ⁊c.

Secūdo querit. Vtrū verbū diuinū sit pprium pso ne genite. vel p alia verba. vtrū verbū diuinū dicat qd essentiale vel psonale. Et videt q dicat essentiale. Quia fm Aug⁹. li. de tri. verbū est cū amore noticia sz oīa posita in ista diffinitōe verbi sunt essentialia. g verbū est qd essentiale. Cōtra Aug⁹. vij. de tri. dicit. Eo est verbū q filius. sed fili⁹ est qd psonale. g est verbū. Circa istā qstionez sunt duo articuli fm duas opiniōes vna est singularis quā nullus tenet excepto vno et est fris durandi scz q verbū nō dicat psonalit in diuinis. qd pbat sic. Qd nō dicit emanatiōz realē nō dicit aliqd psonale. sz vbū nō dicit emanatōz realē. g verbū nō dicit psonaliter. Probatio minoris Verbū dicit emanationē intellectualē als intelligibilē ab intelligente sed talis emanatio nō est realis immo est emanatio rōnis. g. Preterea verbū et dicere ꝯsimilit se hnt in deo. sz dicere est eēntiale et nō psonale. g et verbū. Probatio minoris. q₂ qd est cōe tribus est essentiale. sz dicere est cōmune tribus. q₂ fundat sup actum creandi q ꝯuenit tribus. iuxta illud ps. dixit et facta sunt. g dicere est essentiale. Preterea de rōe verbi ē q sit declaratiuū ⁊ declarare cōuenit rōe essentie. g verbū est qd reale. Alia opinio est ad oppositū. et illaz teneo scz q verbū est psonale ⁊ pprium psone genite. Et istā opinionē tenet magister in lra ca. vj. isti⁹ distinctionis. Pro qua arguit sic. Abstractuz et ꝯcretū idē significāt Exemplū huius. nā pt̄nitas significat relationez silr pater significat relationē. sz verbū et verbatio se hnt sicut ꝯcretū et abstractū. g idē significāt. sed verbatio significat relatōz. g et verbū. sed talis relatio est psonalis. ergo verbū dicit qd psonale. Preterea. illud qd de sua rōne importat rōem imagis est psonale. sed verbū de sua rōe importat imaginē. p Aug⁹. vj. de tri. c. vl. ergo verbū est psonale. Preterea illud qd dicit fili⁹ in natura n̄ intelligente hoc dicit verbū i natura intelligēte. sed filius in natura nō intelligente est relatiuū. g et verbū in natura intelligēte (sicut est natura diuina) dicit relatiuū et p ꝯsequēs est psonale. Vltimo sic. qd dicit emanationē realē in diuinis est psonale. sz verbū est hmōi. p Aug⁹. vij. de trini. vij. c. ergo verbū est psonale. Per h

patet ad primū alterius opinionis. qr minor est falsa. et cū pbat̄ ꝙ verbū dicit emanationē intellectōnis. dico ꝙ emanatio ab intellectu ē duplex. Una dicit relationem rōis et ista ꝯuenit creaturis. Alia dicit relationē realē et ista habet locū in deo. Ad scđm dico ꝙ minor est falsa nec pbatio valet. qr dicere dupliciť dicitur in diuinis. Uno mō p̄ imparare. et isto mō accipiť dicere respectu creationis. Alio mō accipiť dicere ꝓprie vt dicit pductōꝫ p̄ modū memorie. et illud dicere ꝯuenit formaliť soli filio. Ad vltimū dico ꝙ declarare p̄ modū emanatōnis ꝯpetit soli filio. qr ex vi sue emanatōis ipe solus est imago pr̄is. Ad argumentū in cōtrariū Aug⁹. dicit illud de verbo creato et nō de verbo diuino. Nā ad informationē verbi creati cōcurrit volūtas q̄ copulat actū intelligētie obiecto cognito. ideo dicit verbum est cum amore noticia.

Preterea considerare oportet. Circa istā dis. xxviij. et. xxix. q̄runť tria. pmo. Utrū ingenitū sit ꝓprietas pr̄is. Et videť ꝙ nō. qr ꝓprietas p̄sonalis nō d̄r de essentia. ſꝫ hec est vera. essentia est ingenita. ḡ ingenitū nō est ꝓpriū pr̄is. Minor pbať sic. Ad affirmatiuā de p̄dicato finito sequiť negatiua de p̄dicato infinito. ex. ij. piarme. ſꝫ hec est vera. essentia est nō genita. et hec est de p̄dicato finito. ḡ hec est vera. essentia ē ingenita. de p̄dicato infinito. sic eā pbat Aug⁹. v. de tri. c. ix. vbi vult ꝙ idē sit ingenitū ⁊ nō genitū. Preterea. qđ est ꝓpriū vni p̄sone nō diciť de altera. sed ingenitum diciť de spū sancto. ergo nō est ꝓprietas pr̄is. Minor pbať sicut minor p̄cedentis rōis. In ꝯtrariū est magister i lr̄a. Circa istā questionē sūt duo vidēda. Primū quō ingenitum cōuenit pr̄i. scđo si est ꝓprietas pr̄is Quantū ad primū dico ꝙ ingenitū est multipliciter multiplex. Cui⁹ rō ē ista. dictio ꝯposita ex p̄ticula multiplici ⁊ ex p̄ticula p̄uatiua ē multiplex multiplicitate p̄ticule affirmatiūe et multiplicitate p̄uatōis. ſꝫ ingenitū ē hmōi. qr cōponiť ex genito et ex in. qđ dicit p̄uationē. Genitū aūt et p̄uatio dicunť multipliciter. ḡ ingenitū diciť multipliter. Maior patꝫ ex ix. metha. vbi pħs distinguit impotentiā penes multiplicitatē potētie et penes multiplicitatē p̄uationis. Prima ps minoris scꝫ ꝙ ingenitum dicať multiplr ptꝫ. qr genitū d̄r vno mō p̄ respectū ad terminū totalē sic̄ ponit pħs. vij. metħ. ꝙ solū ꝯpositū p̄ se generať. scđo d̄r genitū termin⁹ formalis puta forma. tercio diciť genitū q̄dlibet. pductū large tn̄. Similiter p̄uatio diciť multipliciť. Nam aliqđ priuať aliq̄ qn̄ caret eo qđ cōpeteret ei ƀm suā speciē. sicut homo diciť priuatus visu. quia videre cōpetit homni scđm ꝙ homo. secundo priuatur aliquid quādo caret eo qđ debet habere ƀm rationem. generis propinqui. sicut talpa priuatur visu quē deberet hr̄e ƀm ꝙ aīal qđ ē genus ꝓpinquū. Tercio p̄uať aliqđ qn̄ caret aliq̄ ꝙ deberet hr̄e ƀm rōꝫ gnīs remoti. sic lapis p̄uať aīalitate q̄ dēret ei ꝯpetere ƀm rōꝫ entꝫ ł substātie. Ex his dico ꝙ sicut īgenitū d̄r tripl̄r

Uno modo sm quod dicit negationem extra genus predicamenti. quia non est ab aliquo nec per generationem nec per spirationem nec per aliquam productionem. et sic ingenitum competit soli patri. Alio modo dicitur ingenitum prout dicit negationem infra genus. i. sm quod negat unum modum procedendi qui dicitur generatio et sic spiritussanctus potest dici ingenitus quia non generatur. Alio modo dicitur ingenitum prout dicit negationem productionis in ratione termini producti totaliter ut totalitas aspicit suppositum puta in communicabilem subsistentiam. et sic essentia potest dici ingenita. De secundo principali scilicet si ingenitum est proprietas patris dicit una opinio duo. primo quod ingenitum proprie non dicit proprietatem personalem. quia nihil dicit proprietatem personalem nisi quod spectat ad dignitatem. sed ingenitum cum dicat negationem non spectat ad dignitatem. ergo non dicit proprietatem personalem. secundo dicit quod ingenitum dicit proprietatem ratione connotati in quantum connotat fecunditatem que est in patre respectu generationis filii et productionis spiritussancti. Contra primum dictum obiicitur. quia proprietas personalis dicit dignitatem sive nobilitatem cum proprietas unius persone non sit in altera. sequitur quod unius persone non sit in altera. sequitur quod aliquid dignitatis et nobilitatis sit in una persona quod non sit in alia. Contra secundum obiicitur sic. Ingenitum aut connotat fecunditatem respectu generationis et hoc per Augustinum. vi. de trini. Si pater non genuisset filium nihil prohiberet eum ingenitum esse. aut connotat fecunditatem respectu productionis spiritus sancti. et hoc non. quia dato per impossibile quod non produceretur spiritussanctus adhuc poneretur aliud suppositum ingenitum. Ideo dico quod ingenitum sub propria ratione ut dicit non esse ab alio est proprietas patris et non oportet quod dicat dignitatem sufficit tamen sibi quod non dicat oppositum scilicet indignitatem. Unde sicut relationes originis non dicunt perfectionem simpliciter nec imperfectionem ita innascibilitas non dicit dignitatem nec indignitatem. Si autem velis omnino concedere quod proprietas dicat dignitatem. Respondeo distinguendo. quia dignitas est duplex scilicet absoluta et personalis. et sic licet ingenitum non dicat dignitatem absolutam. potest tamen concedi quod dicat dignitatem personalem. Ex dictis in primo articulo patet ad argumenta principalia quomodo ingenitum dicitur de essentia et de spiritu sancto.

Secundo queritur. Utrum innascibilitas sit proprietas constitutiva patris. Videtur quod sic. quia pater aut constituitur paternitate aut innascibilitate. sed non constituitur paternitate. ergo constituitur innascibilitate. Probatio minoris. prius est suppositum quod agat et generet. quia agere presupponit esse ergo pater in illo priori. aut est suppositum aut est suppositum ad se. et sic non constituitur paternitate. aut est ad aliud puta ad filium. et sic filius esset antequam generetur. Preterea hec est vera. in divinis innascibilitas est prenitas ergo si pater constituitur prenitate sequitur quod constituatur innascibilitate. Contra. si filius constituitur filiatione. ergo pater constituitur prenitate. et sic non constituitur innascibilitate. Circa istam questionem primo ponetur una opinio. secundo una alia. tercio dicetur ad argumenta prime opinionis. Quantum ad primum dicit una opinio antiqua quod innascibitas est proprietas constitutiva patris. quod probatur sic.

Persona patris cum sit prima cōsti stuitur per primā ꝓprietatem sed innascibilitas est prima ꝓprietas. ergo cōstituit patrem. Minor ꝓbat mul tipliciter. Primo ꝑ Aug. v. de tri. Si pater nō genuisset filiū nihil ꝓhi beret eum ingenitum esse. Secundo sic. quia innascibilitas dicit moduz essendi. paternitas aūt dicit moduz cōmunicandi. sed modus essendi est prior modo cōmunicandi. ergo innascibilitas est prior paternitate. Tercio. illa est prima ꝓprietas ad quam stat vltima resolutio. sed vltima resolutio stat ad innascibilitatē. ergo innascibilitas est prima ꝓprietas. Minor ꝓbatur. dicimus eni ꝙ spiritussanctus est a patre et filio. filius autē a solo patre. pater aūt a nullo. sed esse a nullo est esse ingenitum. Quarto sic. innascibilitas dicit carentiam originis ad primū. paternitas aūt dicit ordinē ad secundū. Sz prior est cōparatio ad primū ꝙ̄ ad secundum. ergo innascibilitas ē prior paternitate. Secundo arguiť principaliter ꝓ opinione sic. Illud constituit patrē quo pater generat. sed pater generat innascibilitate. ğ innascibilitas cōstituit patrē. Probatio minoris. filius nō generat. qr est genitus. ergo pater generat. qr ē ingenitus. Tercio sic. ꝓprietas cōstitutiua est incōmunicabilis. sz paternitas nō est incommunicabilis. cum repereatur in creaturis. Innascibilitas aūt est incōicabilis. ergo innascibilitas cōstituit patrem. Pro ista opinione possunt adduci quinqȝ rationes que sunt posite superius dist. xxvij. ꝓ tercia opinione illius questionis, require supra cum solutionibus. Alia est opinio quā teneo ꝙ innascibilitas nō est ꝓprietas cōstitutiua patris. pro qua congrue arguit Scotus, sic in reportatione. primū suppositum diuinuz nō potest constitui per illud quod dicit priuationē formaliter. sed innascibilitas dicit priuationem formaliter. ergo. Maior patet. quia suppositum in diuinis constituitur per illud quod habet esse reale. priuatio autem nullam realitatē dare potest. Preterea. si illa ꝑsona cōstitueretur in esse ꝑsonali per innascibilitatem sequiť ꝙ esset magis necesse esse ꝙ̄ alie persone. sed hoc est incōueniens. ergo prima ꝑsona nō constituiť ꝑ innascibilitatē. Maior ꝓbatur. qr ista ꝓprietas cum sit relatiua nō habet esse per cōnexionē cum alijs. Preterea. persone sunt eque ꝑfecte in ꝑsonalitate. sed filius et spiritus sanctus cōstituuntur in esse ꝑsonali ꝑ ꝓprietates relatiuas. ergo et pater. Vltimo sic. Inter ꝑsonas diuinas est essentialissima cōnexio. sed si pater cōstitueretur ꝑ innascibilitatem nō esset talis cōnexio inter ꝑsonas. quia magis sunt cōnexa relatiua ꝙ̄ absoluta. ergo pater nō cōstituitur per innascibilitatē. Ad primum alterius opinionis respondeo per interemptionē minoris. Ad primam ꝓbationē ꝑ Aug. dicitur vno modo ꝙ Aug. nō respexit ad naturam essendi sed ad naturā intelligēdi tm̄ ꝙ intellect potest fieri super ingenitum et nō super genuisse sicut intellectus potest fieri super siccitatem nō ferendo se sup corruptionez. humorū. Aliter diciť ꝙ illud verbū

nō est Augustī. principaliter et ex intentione sed habet illud verbū ab arrianis cōtra quos disputabat. et idō accipit illā ꝓpositionē nō tanq̄ suā sed tanq̄ datā ab aduersario. Ad secundā ꝓpositionē illi⁹ minoris. dico ꝙ paternitas dicit modum cōmunicandi et modum essendi. Ad terciā ꝓbationē minoris dico ꝙ nō est ab alio. bene tamē est vltima ꝓprietas ĩ resoluēdo sed nō in ꝯstituendo. In resoluendo dico. quia relatio paternitatis dicit esse a nullo. Ad quartā ꝓbationē dicit Scotus ĩ reportatōne ꝙ negatio respectus ad prius est prior in absolutis nō tn̄ in respectiuis q̄ cōstituunt relatione positiua. sicut est in ꝓposito. Ad secundū nego minorē. ad ꝓbationē quare filius nō p̄t generare dico ꝙ ratio est non q̄ est genitus sed habet p̄ncipiū generandi ꝑ ꝓductōez adequatā sicut patuit dist. ij. Ad terciū dico ꝙ ꝓprietas cōstitutiua nō tm̄ debet esse incōmunicabilis sed etiā positiua. ⁊ quia ingenitū nō dicit ꝓprietatē positiuā. ideo nō cōstituit. paternitas aūt est ꝓprietas positiua et cōstitutiua. Et cū dicis paternitas est cōmunicabilis. dico ꝙ paternitas inq̄tū paternitas est cōmunicabilis sꝫ nō inq̄tum diuina. Ad primū p̄ncipale negeť minor ad ꝓbationē diciť vno mō ſm viam Thome ꝙ paternitas p̄t dupliciter cōsiderari scꝫ inq̄tum relatio et sic nō p̄cedit. vel inq̄tum ꝓprietas et sic cōstituit et p̄cedit. Cōtra ꝓprietas inq̄tū ꝓprietas cōstitutiua aut dicit entitatē ad se aut ad aliud. si dicit entitatē ad se ergo cōstituit suppositū absolutū. si aūt dicit entitatē ad aliud. i. ad filium. ergo filius est anteq̄ generetur sicut suppositū primū puta patris p̄cedit generationē. Aliter dicitur distinguendo de relatione. q̄ est relatio vt relatio et est relatio vt origo. et isto secūdo modo cōstituit et p̄cedit. Cōtra istā solutionē arguitur sicut cōtra p̄cedentē. q̄ relatio vt origo aut dicit entitatē ad se aut ad aliud. si ad se. ergo cōstituit suppositum absolutū. si ad aliud puta ad filium. ergo filius est ante generatiōē origine. Ideo diciť aliter ꝙ pater et filius sunt relatiua. relatiua autē sunt simul natura. sed cū ista simultate stat p̄oritas originis sicut ponitur ꝑ Auicen. vj. metha. vbi vult ꝙ causa et causatū sunt simul natura ⁊ tn̄ origine causa p̄cedit causatū. Ad secundū diciť ꝙ ista nō ē vera idemptitate vel formaliter. paternitas ē innascibilitas. q̄ quādo vna formalitas verificať de alia p̄dicatōe idēptica oportet ꝙ ambe vel adminus altera dicat infinitatē. sed nec p̄nitas nec innascibilitas sunt infinite cum nō dicāt ꝑfectionē simpliciť ⁊c̄.

Tercio queriť ꝙ materia ⁊ cōclusione distinctōnis. Vtrum in diuinis sit rō principij. Videť ꝙ nō. q̄ principiū et causa sunt idē. sed in diuinis non est ratio cause. ergo nec rō p̄ncipij. Cōtra. Magister in lr̄a et Aug⁹. iiij. de trini. pater est p̄ncipiū totius trinitatis. Circa istā questionem pono quinq̄ cōclusiones. Prima est ꝙ in deo est vere rō p̄ncipij. que ꝓbatur sic. vbi est vera ꝓdu-

ctio ibi est principiū. sed inter perso-
nas diuinas est vera ꝓductio. ergo ē
vere principium. Secūda cōclusio
est ista ꝙ in deo nō est principiū sub
ratione cause. Cuius ratio est ista.
Causa est ad quā sequit̃ effectus in
diuersitate nature. sed ī diuinis nō
est diuersitas nature. quia eadē est
essentia numero in tribus personis.
ergo nō est ibi principiū sub ratione
cause. Tercia ꝯclusio est ꝙ perso-
ne diuine ꝑ cōparationē ad creatu-
ram sunt principiū et causa. q: vbi
est effectus cum diuersitate nature
ibi est principiū et causa. sed crea-
ture sunt effectus dei in diuersitate
nature. quia creaturis nō cōmunica
tur diuina natura. ergo respectu cre
aturarum persone sunt principiū et
causa. Quarta cōclusio ꝙ princi-
pium dictum de principio ad intra
nō dicit̃ vniuoce. quia enti reali et
enti rationis nihil est cōmune vni-
uocum. sed principium ad intra di-
cit relationē realem. principium aūt
ad extra dicit relationē rationis vt
ꝑ principium accipitur habitudo. g
principiū nō dicitur vniuoce de eis
Equiuoce patꝫ. quia dei ad creaturaꝫ
nō est relatio realis. Quinta con
clusio ꝙ principiū dictum de princi
pio ad intra respectu generatōis fi
lij et de principio ad intra respectu
spirationis spiratio sancti dicit̃ vni
uoce. quod probatur sic. Ratus neu
tra respectu aliquorum essentialiter
inclusa in eis dicit̃ vniuoce. sed prin
cipium est huiusmodi. vt dicitur de
principio generationis ⁊ spiratōis
q: potest esse certa certitudo de pn-
cipio vt sic ignorato. vtrum sit hoc
vel illud principiū. igitur dicit̃ vni-
uoce de hoc ⁊ de illo principio. Ad
argumentū in contrariū dico ꝙ pn-
cipium in plus se habet ꝙ̄ causa. q:
omnis causa principiū. sed non ecō
uerso. Ideo in deo ponitur ratio pn
cipij ad intra sine ratiōe cause. quia
causa est ad effectū cum diuersitate
nature.

Sunt enim que
dam que. Circa istam
distinctionē. xxx. que-
ritur. Utrum deus re
feratur relatione rea-
li ad creaturas. vel sic. Utrū dei ad
creaturas sit relatio realis. Videt̃
ꝙ sic. quia scientia refertur realiter
ad scibile. ex. ix. metha. sꝫ deus habꝫ
scientiā realē de creaturis. ergo re
fertur realiter ad creaturas. Pre
terea. relationes fundate sup actio
nem vel passionem vel sup potentiā
actiuam vel passiuam sunt reales.
ex quinto metha. sed tales sunt rela
tiones dei ad creaturas inquantum
deus est causa effectiua creaturarū.
ergo. Preterea. relationes funda
te super quantitates sunt reales. sed
tales sunt relationes inequalitatis
dei ad creaturas. quia illa inequali-
tas est in virtute infinita dei ⁊ in vir
tute finita creature. ergo. Prete-
rea. illa relatio est realis que manet
circumscripto opere intellectus sed
circūscripto oīo ope intellect' de' est
dñs creature. g ista ē relatio realis.

Preterea. sicut forma denomi-
nat subiectum ita est in subiecto. Sz
dñs realiter denominat deũ. qz de-
us realiter est dominus creature. er
go ista relatio est in deo. et sic dei ad
creaturam est relatio realis. Pre
terea distinctio realis dicit relatiõz
realem. sed inter deum et creaturaz
est distinctio realis: ergo dei ad cre
aturam est relatio realis. Cõtra
relatio realis nõ est sine dependen-
tia. sed deus nõ dependet a creatu-
ra. ergo nõ habet relationẽ realẽ ad
creaturã. Circa istam questionez
sunt duo videnda. Primo si relatio
in creaturis differat realiter a fun-
damento. Secundo principale que-
situm. primũ articulum queras li. ij.
q. iiij. articulo. iij. De secundo ar-
ticulo scz si dei ad creaturã est rela-
tio realis cõmuniter doctores ꝯcor
dant in partez negatiuam. sed diuer
sitas est in modo ꝓbandi Henricus
ꝓbat eam sic. Illud qđ est realiter
relatum est realiter ad aliud ordina
tum. quod autem est ad aliud ordi-
natum dependet ab eo et quod depẽ
det est mutabile. quod aũt est muta-
bile est imperfectum. quia caret ꝑfe-
ctione ad quã mutatur. quod autem
est imperfectum est limitatũ. sed de
us nõ est limitatus nec imperfectus
nec mutabilis nec dependet a crea-
tura. ergo deus nõ refertur realiter
ad creaturam. Et quia aliquis possz
instare cõtra primã deductionẽ. qz
in personis diuinis est vera relatio
et tamẽ vna nõ est imperfecta respe
ctu alterius nec dependet. Ideo in
telligendum est cum dicitur relatuz
ad aliud ordinari de relatiuo diuer-
so in natura. persone aũt diuine nõ
sunt diuerse in natura. Cõtra istã
rationem obijcitur primo sic. Si es-
sent duo albissima ĩ summo inter ea
esset relatio similitudinis et tñ vnũ
nõ dependeret ab alio sicut a quo re
ciperet perfectionẽ. Preterea a-
gens creatum licet sit imperfectum
tamẽ inq̃ztuz agit est perfectũ. quia
agere cõpetit sibi rõne actus. sed a-
gens inquantũ agit dicit̃ relatiue. g̃
nõ est de ratione eius quod dicat̃ re
latiue esse imperfectũ. Preterea.
si a. inq̃tũ causat b. dicitur ad b. re-
latiue depẽderet ab eo. ergo pari ra
tione b dependeret ab a. et sic idem
dependeret ab alio et terminaret de
pendentiam eius a quo dependeret.
et sic ess et circulatio in essentialiter
ordinatis: qđ est incõueniens. ex. j.
posterioꝝ. Aliter ꝓbatur cõclusio
pricipalis a Thoma sic. Relatio re
alis est sub ordine reali. sed deus nõ
habet ordinem realem ad creaturaz
quia est supra omnẽ ordinẽ. ergo de
us nõ refertur realiter ad creaturas
hec ratio nihil valet. quia in ea est
fallacia cõsequentis. arguit eniz ab
inferiori ad superius negando. ac si
diceretur nõ est hõ. ergo non est ani
mal. nam omnis ordo est relatio. sz
non omnis relatio est ordo. quia or-
do dicit relationem prioris ad po-
sterius. sed nõ omnis relatio dicit ta
lem realem ordinem sicut patet ĩ re
lationibus equiparantie. Prete-
rea. ordo dicit habitudinem prioris
ad posterius. sed deus est prior re-
spectu creature. ergo nõ est extra to
tum ordinem ad creaturam. Si di-
cas ꝙ ordo ille nõ est relatio patz ꝙ
petis principium. quia hoc debes ꝓ
bare. Ideo ꝓbatur aliter cõclusio a

doctore nostro sic. nam in deo inueniunt̃ duo scʒ ꝙ est necesse eẽ ⁊ ꝙ est summa simplicitate simplex. Et primo arguitur sic In eo qd̃ est summe necesse esse nõ ponit̃ aliquid qd̃ non est necesse esse. sed deꝰ est summe necesse esse. ergo non est in deo aliquid quod nõ est necesse esse. sed talis relatio que esset dei ad creaturã nõ esset necesse esse. ergo dei ad creaturã no ẽ relatio realis. Probatio assumpti ꝓsilogismi. Relatio nõ est plus necesse esse q̃ terminꝰ. sed terminus huius relationis nõ est necesse esse. quia est creatura q̃ est possibilis esse ergo illa relatio nõ est necesse esse.

Ex secũdo sic. Ex simplicitate dei ꝓpter diuinã simplicitatẽ quicquid est in deo est ideʒ qd̃ deus. sed ista relatio si ponatur nõ potest esse idem quod deus. ergo dei ad creaturam non est relatio realis. Probatio minoris. quia si ista relatio esset idẽ quod deus. ergo deus esset corruptibilis. Probatio cõsequentie quãdo aliqua duo sunt vnũ realiter si vnuʒ est corruptibile et reliquũ est corruptibile. sed illa relatio est corruptibilis. ergo deꝰ est corruptibilis. Minor ꝓbatur. quia ad corruptionẽ termini corrumpit̃ relatio. sed terminꝰ huius relatiõis puta creatura ẽ corruptibilis. ergo relatio est corruptibilis. Posses forte dicere ꝙ argumentũ nõ cogit qꝛ relatio nõ potest manere termino n̄ manẽte sicut motus habet relationẽ realẽ ad terminum anteq̃ȝ terminus sit imo postq̃ȝ terminus est motus nõ est. quia habitibus presentibus in materia cessat motus. ex ꝓmo de generatione.

Cõtra. vnumquodq̧ plus dependet ab eo per quod diffinitur q̃ ab eo ꝑ quod nõ diffinit̃. sed relatio diffinit̃ per terminũ et nõ ꝑ fundamentũ. ergo plus dependet a termino q̃ a fundamẽto. sed relatio nõ potest esse sine fundamento. ergo nec sine termino potest esse. Preterea. essentialius est relatione esse ad q̃ȝ esse in. sʒ vt est in necessario ꝓsupponit fundamentum. ergo vt est ad necessario habet terminũ. Nec instantia de motu valet. quia motus habet terminũ intrinsecum. Ad primũ principale dico ꝙ scientia est duplex. quedam est que est causa rerũ. et quedaʒ est q̃ est causata a rebus. Scientia autem isto secũdo modo sumpta refert̃ ad scibile. sed scientia primo modo sumpta que est causa rerũ sicut est scientia diuina nõ referrur relatione reali ad res creatas. Ad secundũ dicit̃ ꝙ maior ẽ vera quãdo agens est possibile. quãdo aũt agens est ex se necessarium et perfecte simplex tũc nõ est verũ sicut in ꝓposito. Aliter dicit̃ ꝙ agens inquantũ agẽs actione nõ dependente a termino non habʒ relationem realem ad ip̃m. de agente aũt dependente est verum quod assumitur. deus aũt est agens independens. Eodeʒ modo ad aliud dico ꝙ relatio fundata in quantitate est realis. sed inequalitas dei ad creaturas principaliter fundatur in q̃tita te virtutis infinite q̃ nõ dependet. Ad quartũ dico ꝙ deum esse dominum ꝑt intelligi dupliciter scʒ relatiue et substantiue. Circumscripto ergo omni intellectu adhuc deus esset dñs substantiue q̃tum ad totã realitatẽ. sed nõ relatiue sicut hic querit̃ Eodẽ mõ ad quintũ de denoĩatõne

sicut habetur in reportatione q̃n̄ dicitur deus est realiter dñs si li reali ter determinat ꝯpositionē sic est vera ꝓpositio, q꞉ verū est ꝙ deus est dominus. si aūt determinat p̄dicatū in cōpositione ad deū absolute nulla est ibi realitas nisi essentia diuina. si aūt determinat p̄dicatū diuinū in cōparatione ad creaturā in qua est realiter. sic deus realiter est dñs q꞉ creatura realiter est serua. sed nihil reale ponitur in deo p̄ter suā essentiam diuinā. Ad vltimū dico ꝙ distinctio sumit̃ duobus modis. Uno mō per positionē et sic est relatio realis. Alio mō ꝑ abnegationē inq̄tū hoc realiter n̄ est illud. et isto modo distinctio nō dicit relationem realē Inter deū aūt et creaturā cadit distinctio isto secūdo modo et non primo modo.

Secundo querit̃. Utrū noua relatio creature ad deum exigat nouā relationē dei ad creaturā. Uidetur ꝙ sic. per Augustinū. ix. de trinita. Sicut non potest esse seruus qui nō habet dominum ita non p̄t esse dominus qui nō habet seruū sed deus habet seruū de nouo. ergo. Preterea. relatiua sunt simul natura. ꝑ ph̄m in p̄dicamentis. sed creator et creatura sunt relatiua. ergo sunt simul natura. sed hoc nō est nisi noua relatio in creatura exigat nouā relationē in deo. Cōtra. sicut se habꝫ eternum ad temporale ita se habet temporale ad eternū. sed nullū eternum dicit̃ ō tpali. ergo nullū tpale dicit de eterno. et sic noua relatio in creatura non exigit nouā relationē in deo. Ad istā questionē dico tres cōclusiones. Prima ꝙ creatura de nouo refertur ad deum. que ꝓbatur sic. vbi est nouū fundamentū ibi est noua relatio posito termino. sꝫ creature capiunt nouū esse f̄m nouū fundamentū alias nihil reale crearet̃ et est ibi terminus deus. ergo est noua relatio in creatura ad deū. Preterea. creatio passiua de nouo est ĩ creatura. sꝫ relatio passiua dicit relatōnem ad deuꝫ. ergo in creatura est noua relatio ad deū. Secūda ꝯclusio est ꝙ ꝓpter istam nouā relationē in creatura nulla noua relatio exigit̃ ĩ deo corꝛespondēs. Cuius rō est ista q꞉ si exigeret̃ in deo noua relatio ad creaturā. aut illa esset realis aut rationis. nō primo mō. quia ꝓbatū est in p̄cedenti questiōe ꝙ in deo nō est relatio realis ad creaturā. nō etiam secūdo modo. quia ista relatio rōis aut esset fabricata ꝑ actū intellect⁹ creati. et hoc non. q꞉ dato ꝙ nullus esset intellectus creatus adhuc creatura diceret̃ relatiue ad deū. aut esset ꝑ actū intellectus diuini. et hoc nō. quia tunc intellectus diuin⁹ mutaretur. et hoc nō. q꞉ non p̄t aliquid transire de vno cōtradictorio ad aliud sine mutatōne. Sed creare ⁊ nō creare sunt cōtradictoria. ergo de⁹ nō potest aliquid de nouo in se creare sine mutatione. Tercia cōclusio est ꝙ nouā relationē creature ad deum terminat deus sub rōne absoluti. Ad cuius euidentiā notanduꝫ ꝙ ph̄s ponit. v. metha. tres modos relationis. scꝫ modū numeri. modū

potentie. et modũ mensure. Et poit differentiã per hoc ꝙ in duobus primis modis ē mutua relatio. In tercio autem modo non est relatio mutua sicut patet de scientia et scibili. Nam scientia dicitur ad scibile. sed nõ omne scibile dicitur ad scientiã. Exemplũ de quadratura circuli. Sz omnes relationes que sunt inter deum et creaturam sunt de tercio mõ ergo nõ est ibi mutua relatio ita ꝙ creature dicuntur relatiue ad deuz. sed nõ ecõuerso. ergo deus terminat illam relationē sub rõne absoluti. Preterea. aut deus terminat nouaz relationē creature ad ipm sub rõne absoluta vel sub ratione relatiua. Si primo mõ habet ppositũ. Si secũdo modo. aut ille respectus est relatio realis. et hoc nõ. vt ptz ex pcedenti questione. aut est relatio rõis. et hoc nõ. quia vel esset per actũ intellectus creati vel p actum intellectus diuini. non primo modo. qz dato ꝙ nullus essz intellectus creatus adhuc creatura diceretur relatiue ad deum. nõ etiaz secundo modo. qz tunc intellectus diuinus esset mutabilis vt arguebat in precedenti questione. Ad primum principale dico ꝙ p tanto nõ potest esse seruus nisi sit dominus. quia dominus denominatur ab ista relatione q̃ ad ipm terminatur tanꝙ ad aliquid sui non tamē ꝙ fiat aliqua nouitas in ipso. Ad secundum dico ꝙ relatiua de primo modo et secundo modo sumpta sunt mutua. et sic sunt simul natura. sunt enim relatiua secundũ esse sed relatiua de tercio modo nõ sunt mutua. Sunt enim relatiua ꝑm dici. Et isto modo ponitur relatio dei ad creaturam. Est enim illa relatio scdm dici et nõ secundũ esse.

Preterea considerare oportet. Circa istam distinctionez xxxj. queritur. Utrũ equalitas sit relatio realis. Uidetur ꝙ non. quia quod dicit negationē vel priuationē non dicit relationem realem. sed equalitas dicit priuationē. ergo nõ est relatio realis. minor patet per philosophum quarto methaphi. Equale inquit opponitur priuatiue magno et paruo. Preterea. quod dicitur secundum substantiaz non dicit relationem realem. sed equalitas dicitur secundũ substantiam. ergo nõ dicit relationem realem. minor probatur per magistrum in litera q̃ adducit pro se August. quinto de trinitate. Preterea. Si equalitas diceret realem relationē. tunc constitueret personas sicut relatio originis. Sed hoc est falsum. quia psona haberet duo cõstitutiua. ergo equalitas nõ dicit relationem realem. Cõtra. aut equalitas dicit absolutum aut relatiuũ. Sed non dicit absolutum. quia posset predicari de essentia. ergo dicit relationem. Sed non dicit relationem rationis. ergo dicit relationem realem. Circa istam questionem sunt duo videnda. Primo si equalitas dicit relationem in creaturis. Secundo si dicit relatioz realē in diuinis.

Quantū ad primū dicit vna opinio. q̄ equalitas nō dicit relationē realem in creaturis. quod pbat̄ sic. illa relatio nō est realis. cuius fundamentum non est reale. sed fundamentum equalitatis in creaturis nō est reale. ergo equalitas in creatura nō dicit relationē realem. probatio minoris. fundamentū equalitatis ī creaturis est vnitas in quantitate per pħm. v. metha. Illa inquit sunt eq̄lia quoꝝ quantitas est vna. sed due res nō habent vnitatē realem. ergo fundamentū equalitatis nō est reale. Preterea. non plus facit relationem realē vnū in quātitate q̄ȝ vnum in substantia. sed vnū in substātia nō facit relationē realem. probatio minoris p pħm v. metha. q2 fundamentum idemptitatis est vnitas in substantia. et idemptitas non est relatio realis. Alia est opinio quā teneo q̄ equalitas in creaturis est relatio realis. quod pbatur sic. illa est relatio realis que manet omni opere intellectus circumscripto. Sȝ circumscripto omni opere intellectus si essent due res eiusdeȝ quantitatis essent equales. ergo equalitas dicit relationē realem. Preterea. qđ est pceptibile sensu est aliquid reale. sȝ equalitas est hmōi. ergo. Preterea. relationes primi modi sunt reales. sed equalitas est de relationib⁹ primi modi. ergo equalitas est relatio realis. Preterea si vnum cōtrariorum quod est ignobilius in natura est reale et aliud est reale. sȝ equalitas est nobilior inequalitate. et inequalitas est aliquod reale in natura. ergo equalitas est relatio realis. Ad primum aūt pcedentis opinionis dico q̄ minor est falsa. Ad pbationem. Respondeo q̄ fundamentū equalitatis est vnitas realis specifica. nō aūt vnitas numeralis. De clarabitur aūt in secundo li. questione de indiuiduatione. q̄ vnitas realis specifica est minor vnitate nūerali. Ad secundū cum dicitur q̄ vnitas in quantitate nō facit plus relationē realem q̄ȝ vnitas in substantia cōcedo ceteris paribus ita q̄ vtrobiq̄ȝ sit realis distinctio extremoꝝ. sed nō est sic in pposito. Nam equalitas habet extrema realiter distincta. idemptitas aūt non. De secūdo articulo est cōmunis opinio antiquoꝝ que dicit. q̄ equalitas in diuinis nō dicit relationē realē. qđ pbat sic. vbi non manet fundamentuȝ relationis ibi non manet relatio realis. sed in diuinis nō manet fundamentum equalitatis. ergo in diuinis nō manet equalitas nec relatio realis. pbatio minoris. fundamentū equalitatis est magnitudo. sed magnitudo transit in idemptitatem. idemptitas aūt dicit relationē rōnis. ergo equalitas est relatio rationis. Preterea. ad hoc q̄ equalitas sit relatio realis requiritur ibi magnitudo. et magnitudo ꝯmensuratio magnitudinuȝ. sed in diuinis nō est magnitudo. ergo equalitas in diuinis nō est relatio realis. Preterea. illa relatio que cōpletur p actum intellectus est realis. sed equalitas est huiusmodi. quia cōpletur ex hoc q̄ intellectus idem bis accipit. ergo. Preterea. relatio realis necessario requirit extrema realiter distincta inquantū sunt relatiua. Sed pater et filius nō distinguunt̄ realiter inq̄ȝtū

sunt equales. ergo equalitas in diui nis nō dicit relationē realem. minor patet. q2 licet pater et filius distinguā tur relationibus originis. nō tū distī guunt realiter inquātū sunt equales. q2 inquātum sunt equales habēt eandē magnitudinē nūero. Preterea inter eadē extrema et sup idē fundamētū nō fundātur due relatōes reales. sz inter patrē et filiū est vnū fundamentum scz essentia diuina. ergo nō est ibi nisi vna relatio realis. Sed est ibi relatio originis ppria. ergo nō est relatō cōmunis realis. scz equalitas. Vltimo sic. Omnes sancti ponūt in diuinis quatuor relatōes reales. scz paternitatē. filiationē. spirationē actiuam. et spirationē passiuā. sed si equalitas diceret relationē realem essent plures relationes q̄ quatuor. qd̄ esset cōtra sanctos. g̊ equalitas nō dicit relationē realē. Alia est opinio doctoris nostri q̄ equalitas est relatio realis in diuinis siue inter personas diuinas. qd̄ pbatur sic. vbi sunt illa q̄ requirunt ad relatiōem realē ibi est relatio realis. Sed equalitas inter psonas diuinas habet oīa q̄ requiruntur ad relationē realē. ergo ipsa est realis. pbatio minoris. Ad relationē realem tria requirunt. Primo realis distinctio extremorum. pter qd̄ eiusdē ad se nō est relatio realis. Secūdo requirit q̄ vtrūq3 extremorū sit aliqd̄ reale. q2 semp alterū cōtradictorioz est nō ens. Tercio requiritur q̄ habitudo exurgat a natura fundamēti. et ideo dei ad creaturā nō est relatio realis. Sz omnes iste cōditiones reperiūt inter psonas diuinas vt sunt equales. Est eī i eis realis distinctio. q̄libet eī istarū psonarum est aliquid reale. Illa etiam habitudo exurgit ex natura fundamēti scz ex infinitate virtutis. ergo ibi sunt oīa q̄ requirunt ad relatioz realē. Preterea. Si equalitas nō esset relatio realis in diuinis hoc maxime esset pter vnitatē fundamēti. sed nō obstante vnitate fundamenti aliqua relatio est realis. ergo equalitas in pposito est relatio realis. pbatio minoris. nam relatōnes originis sunt vere reales et tū habēt penitus idē fundamentū numero. Preterea. Si deus duas res essentialiter distinctas informaret eadē quātitate inter eas vere esset relatio realis. ergo eodē modo in pposito q̄uis psone sint realiter distincte. q2 tū habent eandem magnitudinē virtutis vere est inter eas equalitas vt relatio realis. Ad primū aūt alterius opinionis dico q̄ fundamentū equalitatis in diuinis manet et transit. manet quidē formaliter sed transit realiter. Ad secundum dico q̄ equalitas in creaturis requirit magnitudinem et magnū et cōmensurationē. et hoc quia creature sūt finite pter quā finitatē nō possunt habere eandem magnitudinē numero. Sed in psonis diuinis nō est sic. quia propter infinitatem essentie eadē magnitudo que est in vna persona est et in alia manente reali distinctione personarum. Ad tercium dico per interemptionē minoris. quia si essent due relationes einsdem quātitatis dato q̄ nullus esset intellectus in mundo adhuc iste res essent equales. Ad quartum cum dicitur q̄ relatio realis requirit extrema realiter distincta inquātum sunt relatiua. dico q̄ lz

inquantū vel reduplicat terminos relatos. et sic cōcedo maiorē ꝛ nego minorē. vel reduplicat fundamentū et sic dico ꝙ nō oportꝫ ponere talez distinctionē. imo in ꝓposito oportet ponere summā vnitatē. Ad quintū dicit̄ dupliciter falsificando maiorem. nā inter eadē extrema ꝛ super idem fundamentuꝫ possunt fundari plures relatōes reales. Exempli gratia. ignis generat aliū ignē realiter distinctū a se. inter hunc et istū ignē est relatio realis similitudinis ꝛ cause ad causatū. ꝙ relationes sunt reales et habēt idē fundamentuꝫ. Alio modo dicitur glosando maiorem sic ꝙ extrema realiter distincta non habent duas relatōnes reales sup idē fundamentum immediate. sed mediate potest esse. et sic est hic quia ista relatio communis presupponit relationem originis. Ad vltimum dico ꝙ sancti ponūt quatuor relatōnes reales in diuinis loquēdo de relationib⁹ originis que sunt proprie sed nō ꝓpter hoc intendūt excludere relatōnes reales que sunt cōmunes. Ad primū principale dico. ꝙ eqʒ lenō dicit negatiōꝫ simpliciter. Distinguunt tamē loici de veritate ꝓpositionis ꝑm rem et ꝑm vocem. ita ꝙ equale qūtum ad vocē dicit negationem et qūtum ad rem nō dicit negationem. Ad secundū dico ꝙ eqʒlitas pt̄ dupliciter accipi. scʒ fundamentaliter ꝛ formaliter. Primo mō dicit substantiā. quia fundamentum est substantia realiter. secūdo modo importat relationē. Ad vltimū ptʒ ex dictis dis. xxv. nam relatōnes primo ꝯstituunt ꝑsonas que primo pullulant in essentia. sed relatōnes originis prius in essentia pullulant ꝙ̄ relationes cōmunes. ideo relatōnes originis cōstituunt ꝑsonas et nō relationes cōmunes.

Hic oritur questio. Circa istam distinctionez. xxxij. queritur primo. Utrū pater sit sapiēs sapientia genita. Uidetur ꝙ sic. quia pater est sapiēs sapientia. sed illa sapientia est genita. ergo pater est sapiens sapientia genita. Preterea. pater dicit verbo ꝑm Augusti. vij. de trini. ca. ij. sed ꝑm Ansel. moñ. xxxvij. nihil aliud ē summo spiritui dicere ꝙ̄ quasi cogitādo intueri. ergo pater intuet̄ verbo. et ita sapit verbo. igitur pater est sapiens sapientia genita. Preterea sicut filius se habet ad sapientiā ingenitā. ita pater ad sapientiā genitaꝫ. Sed filius est sapiens sapientia ingenita ergo pater est sapiens sapientia genita. Preterea pater est sapiens sapientia quā habet. sed habet sapientiam genitā. quia habet filiuꝫ qui est sapientia genita. In cōtrariū est magister in litera. Circa istā questionem sunt aliqua primo ꝑmittenda. secundo est questio soluenda. Quantum ad primum est notandū. ꝙ sicut ī intellectu creato memoria gignit noticiam actualem que noticia habet duplicem relationē ad me

moriam. vnam ꝓducti ad producẽs
aliam declarantis ad declaratum. ꝓ
eo ꝙ declarat obiectum latẽs in me
moria. ita verbum diuinũ expressuz
a patre habet vnam relationẽ origi
nis ad patrem. quia generatur ab il//
lo. Et habet aliam relationẽ decla//
ratiuaz. quia declarat eum a quo est
et se et creaturas. Vt aũt declarat
se nõ dicit relationẽ realem. q2 eius//
dem ad se nõ est distinctio realis. q̄
reperitur in relationibus realibus.
Etiam vt declarat creaturas nõ di//
cit relationem realẽ. quia dei ad cre
aturam nõ est relatio realis. vt pa//
tuit supra dis. xxx. Secundo notan//
duz ꝙ sicut noticia genita declarat
obiectum latens in memoria sic et ꝓ
ducens noticiam genitaz etiã decla
rat. aliter tamẽ et aliter. quia noti//
cia genita declaratur formaliter. ꝓ//
ducens autẽ noticiã declarat quasi
effectiue. Exempluz huius est in spe
culo. nam speculũ representat ima//
ginationes formaliter. ꝓducens au//
tem speculum dicitur representare
quasi effectiue. Tercio notanduz ꝙ
in diuinis aliqua sunt pure essentia
lia sicut sapientia et similia. Aliqua
sunt pure notionalia vt genitũ. Ali
qua mixta ex essentiali et notionali.
vt cum dicit̃ sapientia genita. De
secundo articulo dico ꝙ illa est fal//
sa ꝓpositio. pater est sapiens sapien
tia genita. quod ꝓbatur ꝑ Aug⁹. li.
j. retractionũ qui retractat quod di
xerat. ꝙ pater est sapiens sapientia
genita. Secundo ꝓbatur ꝑ rationez
magistri in litera. In deo idez ẽ esse
et sapere. sed pater nõ est sapientia
genita. ergo pater nõ est sapiens sa//
pientia genita. Tercio sic. illa sapiẽ
tia pater nõ est sapiens qua ꝑ impos
sibile circumscripta adhuc esset sa//
piens. sed circumscripta ꝑ impossi//
bile sapientia genita adhuc pater es
set sapiens. ergo pater nõ est sapiẽs
sapientia genita. Ad primũ prin
cipale dico per interemptionẽ mino
ris. nam ista sapientia qua pater est
sapiens non est genita. Et ad Ansel
mum dicitur. ꝙ dicere accipitur ꝓn
cipiatiue vt pater principiat filium
et non personaliter vt dicit relatio//
nem originis in habitudine generan
tis ad genitum. Ad secundum di//
co. ꝙ minor est subintelligenda sub
hoc sensu. filius est sapiens sapien//
tia ingenita principiatiue vel origi
natiue nõ autem formaliter. et sic fi
lius est sapiens sapientia ingenita.
i. originat̃ a p̃re q̄ est sap̃ia ĩgenita.
Ad tercium dico ꝙ pater est sapi
ens sapientia quam habet formali//
ter. non autem sapientia quam ha//
bet vt correlatiuũ. nũc aũt pater h3
filiũ vt correlatiuũ. sed non est for//
maliter filius siue sapientia genita.

Secundo queritur. Vtruz
pater et filius diligant se
spiritu sancto. Videtur
ꝙ non. quia si diligerent
se spiritu sancto. aut diligere acci//
peret̃ essentialiter aut notionaliter
Non essentialiter. quia amor essen//
tialis non est proprius spiritui san//
cto. nec notionaliter. quia tunc ea//
dem ratione posset dici pater et fili//
us spirãt spũ sancto. q̃d est falsum.

Preterea eadem dilectōne pater diligit filium qua diligit se. sed se nō diligit spiritu sancto. ergo pater et filius nō diligunt se spiritu sancto. Cōtra. Aug⁹. vj. de trini. Spiritus inquit sanctus est quo genitus a generante diligit̄. Circa istā questionem sunt duo articuli. Primo referam diuersas opiniones. Secundo dicetur ad questionē f̄m veritatem. Quantū ad primū est vna opinio q̄ dicit illā ꝓpositionē esse falsaȝ. quia Aug⁹. retractat li. j. retractionū. in retractione cōsimiles ꝓpositōnes cū retractauit illā. pater est sapiēs sapientia genite. Cōtra. Aug⁹. non soluȝ diuersas materias sigillatim retractat. sed etiā eandē materiā[in diuersis libris positā distincte retractat. ergo multo magis retractasset istas. Alia est opinio ꝙ pater ⁊ fili⁹ diligāt se spiritu sancto scȝ in ratione signi. quia spiritussanctus est signum dilectōis patris ⁊ filij. Cōtra qꝛ eadē rōne posset dici ꝙ pater ⁊ filius diligūt se creatura. qꝛ creatura est signū dilectiōis eoꝝ. Alia opinio dicit ꝙ pater et filius diligūt se spiritu sancto ꝑ appropriationem. quia amor appropriat̄ spiritui sancto. Cōtra. eadē rōe posset dici ꝙ pater et filius sunt boni spiritu sancto. qꝛ bonitas appropriat̄ spiritui sancto. Ideo est alia opinio Tho. ꝑte. j. q. xxxvij. ar. ij. ꝙ pater ⁊ filius diligūt se spiritu sancto. isto mō. vt iste ablatiuus cōstruat̄ in rōne effectus formalis. qꝛ omne illud a quo aliud denominat̄ habet habitudinē forme q̄uis nō sit forma. Cōtingit autē aliquid denominari ab aliquo in rōne actionis et in rōne effectus. nā dicimus ꝙ ignis calefacit calefactōne q̄ calefactio nō est forma ignis sed actus ꝓgrediēs ab igne. Similiter dicimus ꝙ arbor floret floribus. et tū̄ flores nō sunt forma arboris sed ei⁹ effectus. Ad ꝓpositū dicit ꝙ diligere p̄t accipi essentialiter. et sic pater et filius diligūt se essentia diuina. p̄t etiā accipi notionaliter. et sic nihil aliud est dicere patrē ⁊ filiū diligere se spiritu sancto nisi spirare spiritu sancto. Cōtra hoc obijcit̄. qꝛ edificare distincte importat vnū terminum qui est edificiū. ⁊ tū̄ nō est bene dictū. edificator edificat edificium.

Preterea spirare distinctius importat spiritum sanctū q̄ȝ diligere. et tū̄ illud nō est bene dictū. pater et filius spirent spiritu sancto. Ideo eundo ad secundū articulū Dico ad questionē resumēdo aliqua prius dicta in p̄cedenti questione. Sunt enī in diuinis aliq̄ pure essentialia. aliq̄ pure notōnalia. et aliqua medio modo se habētia. Est aūt notandū ꝙ in diuinis dicere p̄t accipi tripliciter. Primo pure essentialiter. et tūc idē est q̄ intelligere. Secūdo pure notionaliter. et tūc idē est q̄ generare. Tercio partim essentialiter et partim notionaliter. et tunc ideȝ est q̄ rep̄sentare. qꝛ dicere includit respectū originis qui est actus notionalis. Includit etiā respectū declaratiui qui est essentialis. Ista aūt ꝓpositio esset falsa. pater dicit verbo. siue accipiatur pure essentialiter siue pure notionaliter. Sed si accipiat̄ ꝑtim isto modo et partim illo est vera sub hoc sensu. pater dicit verbo. i. ꝓducit verbum in quo representat se. Ad ꝓpositum applicādo sicut dictuȝ

est de dicere. ita accipitur de diligere quod potest sumi diligere pure essentialiter. et sic propositio est falsa. potest etiam accipi pure notionaliter. et sic adhuc propositio est falsa. sicut esset falsum dicere. pater dicit verbo. daretur enim intelligi quod verbum esset ratio producendi seipsum. et quod spiritussanctus esset ratio producendi se vt amorem spiratum. Si autem accipiatur tercio modo inquantum per diligere datur intelligi habitudo originis et habitudo quedam innominata. et tunc est vera sub isto sensu. pater et filius diligunt se spiritu sancto. id est producunt spiritum sanctum habentem habitudinem ad patrem et ad filium. Ad primum principale patet. quia intelligere non accipitur pure essentialiter nec pure notionaliter. Ad secundum dico quod pater diligit se spiritu sancto. Et si instatur quod diligit se in primo signo originis. Dico quod verum est. sed tunc diligit se voluntate vt in ipso est formaliter. Notandum autem quod magister reputat istam questionem difficilem. et propter eius difficultatem dimittit ea insolutam. dicens in vlti. ca. huius distinctionis. difficilem mihi hanc fateor questionem. precipue cum ex dictis oriatur questio que similem videtur habere difficultatem. quod mee intelligentie attendens infirmitas turbatur. Et in fine capituli ait sic. eam tamen questionem lectorum diligentie plenius deiudicandam atque soluendam relinquimus. ad hoc minus sufficientes. Ideo ego ipsam sic relinquo.

Post predicta intentius. Circa istam distinctionem. xxxiij. et sequentem scilicet. xxxiiij.

Queritur. vtrum proprietas relatiua in diuinis sit totaliter idem quod essentia. Videtur quod sic. quia que non sunt totaliter idem si constituunt aliquod tercium. vnum se habet vt actus aliud vt potentia. Sed essentia et proprietas relatiua constituunt personam. ergo si non sunt totaliter idem. vnum se habebit vt potentia. aliud se habebit vt actus. hoc autem est falsum. quia essentia non potest esse vt potentia. quia est actualissima. Similiter nec relatio. quia est distinctiua. distinguere autem non competit ei quod se habet vt potentia. Preterea. que non sunt idem totaliter si constituunt aliquod tercium illud est compositum. Sed persona constituitur ex essentia et proprietate relatiua. ergo si non sunt idem totaliter persona erit composita. quod est falsum. quia ita simplex est persona sicut essentia. Contra. August. vij. de tri. non inquit eo pater quo deus. Sed hoc non esset verum si proprietas et essentia essent totaliter idem. ergo. Circa istam questionem sunt quatuor videnda. quia primo ponuntur argumenta quibus euidenter ostenditur quod essentia et proprietas distinguuntur realiter. secundo ponetur opinio quod proprietas et essentia distinguuntur solum ratione. tercio dicetur ad questionem secundum veritatem. quarto ad argumenta mota in primo et secundo articulo que sunt contraria. Quantum ad primum articulum arguitur sex rationibus quod essentia et proprietas differant realiter. Primo sic. impossibile est idem realiter multiplicari et non multiplicari. Sed proprietas relatiua multiplicatur essentia autem non multiplicatur. ergo non sunt idem realiter. Secundo sic. idem realiter non est in seipso. sed proprietas est in essentia. ergo proprietas

nõ est idem realiter qđ essentia. Ter
cio sic. impossibile est qđ idem reali
ter sit infinitũ ⁊ nõ infinitũ. sed es-
sentia est infinita. ꝓprietas aũt non
est infinita. ergo nõ sunt idem reali
ter. Quarto sic. impossibile ē ꝙ idez
sit ꝑfectio simpliciter ⁊ nõ simplicit̃
sed essentia dicit perfectionē simpl̃r
ꝓprietas nõ dicit ꝑfectionē simplici
ter. ergo nõ sunt idē realiter. ꝙ autē
ꝓprietas nõ dicat ꝑfectionē simpli-
citer. ꝓbatur. qꝛ si diceret ꝑfectionē
simpliciter. sequeret̃ ꝙ carens ea nõ
esset ꝑfectũ simpliciter. et sic filius ĩ
quo nõ est paternitas nõ esset perfe
ctio simpliciter. Quinto sic. que sũt
idē realit̃ in q̃cũq; repitur vnũ repit̃
et reliquũ. sꝫ in filio reperit̃ essentia
in quo nõ est ꝓprietas ꝑsonalis pa-
tris. puta paternitas. ergo ꝓprietas
et essentia nõ sunt idē realiter. Vlti
mo sic. Aug̃. vij. de trini. dicit. nõ eo
pater quo deꝰ. Ex hoc argui t̃ sic. pa
ter est paternitate pater ⁊ nõ deita-
te. sed pater est deus deitate. ergo
paternitas et deitas non sunt idez
realiter. De tercio articulo est v-
na opinio Thome patte. j. q. xxviij.
arti. ij. q̃ dicit ꝙ ꝓprietas distingui
tur ab essentia tm̃ s̃m rõnem intelli-
gentie ⁊ nullo mõ ex natura rei. ꝑ q̃
sic arguit̃. Quod nõ est essentia diui
na est creatura. sed ꝓprietas non est
creatura. ergo est essentia diuina. et
hec fuit rõ Bernardi cõtra porreta
num. Preterea. vbi est res ⁊ res ibi
est cõpositio. sed in deo nõ est ꝯposi
tio. ergo nõ est ibi res et res. et sic ꝓ
prietas est idē qđ essentia. Prete
rea. ꝓprietas nõ excedit suũ subiectũ
sed differentia est ꝓprietas vel pas-
sio entis. g̃ nõ excedit rõnem entis.

Sed omne ens est reale vel rõnis ex
vj. metha. ergo omnis differētia vel
est realis vel rõnis. sed ꝓprietas nõ
differt realiter ab essentia. g̃ differt
tm̃ s̃m intelligentie rationē. Pre
terea. si relatio distinguit̃ ab essen-
tia oportet ꝙ tm̃ distinguatur ab ea
q̃tum distinguit̃ ab opposito. qꝛ nõ
habet esse nisi ad oppositũ. Sed ꝓpe
tas siue relatio distinguit̃ ab opposi
to realiter. ergo distingueret̃ realit̃
ab essentia. qđ est falsum. Prete-
rea. qñ aliquid manet adeo sicut si ñ
transiret nullo mõ trãsit in id a quo
ex natura sua distinguit̃. Sed si rela
tio est disticta ab essentia distingui-
tur sicut si nõ trãsiret. ergo nullo mõ
transit. sed hoc falsum. ergo et illud
ex quo sequit̃. ꝓbatio minoris. qꝛ re-
latio nõ distinguit̃ nisi ad aliud ⁊ de
se semꝑ est ad aliud. qꝛ nõ habet esse
absolutũ. Preterea. si relatio aliq̃
mõ ex natura rei distinguit̃ ab essen
tia sequunt̃ tria incõuenientia. pri-
mũ cõtra decretalē ex̃ de summa tri
ni. et fiđ. catho. vbi dicit̃. ꝙ in diui-
nis sunt tres res. sed si relatio nõ est
idem cũ essentia. sequit̃ ꝙ sunt qua-
tuor res. Et sic sequit̃ vlterius s̃c̃dm
incõueniens ꝙ ibimus in errorē ab
batis Ioachim. terciũ incõueniēs
ꝙ ibimus in errorē porretani scꝫ ꝙ
relationes essent extrinsecus assistē
tes. De tercio articulo dico duas
opiniones ꝑcedentes esse falsas. Ad
cuius euidentiam primo pono. ꝙ ꝓ-
prietas nõ est idem totaliter qđ es-
sentia. secũdo ꝙ distinguunt̃ forma-
liter. tercio ꝙ ista distinctõ nõ facit
cõpositionem. Primũ ꝓbo sic. Im-
possibile est intelligere ꝙ idez ꝑ idē
totaliter cõueniat cum aliquo. et d

stinguatꝰ ab eodē. Sed pr̄ cōuenit cū
filio in essentia ⁊ distinguitꝰ ab eodē
i ꝓpetate relatiua. g̊ eētia ⁊ ꝓpetas
relatiua nō sunt idē totalitꝰ. Preterea
cōtradictoria nō possunt verificari
de his que sunt totaliter idem. Sed
de essentia et ꝓprietate verificatur
ꝯtradictoria. ergo nō sunt totaliter
idē. ꝓbatio minoris. tū qꝛ ꝓpetas di
stiguit eētia. āt nō distinguit. tū qꝛ
ꝓpetas multiplicatꝰ ⁊ numeratꝰ essen
tia aūt nō. tū quia ꝓprietas non cō-
municatur. essentia aūt cōmunicatꝰ.
que omnia sunt cōtradictoria. Pre
terea que sunt totaliter idem vbi est
vnum ibi est reliquū. sed vbi est essen
tia nō est necessario ꝓprietas. nā in
filio est essentia et tamen in eo nō est
paternitas. ergo non sunt totaliter
idem. Preterea. que nō sunt idē
tantū quantū idem sibiipi. illa non
sunt idem totaliter. Sed ꝓprietas nō
est tantū idem essentie q̄tuz essentia
est eadem sibiipi. ergo ꝓprietas non
est idem totaliter qꝺ essentia. minor
patet. Si enim ꝓprietas esset tantū
idem essentie q̄tum essentia est eadē
sibiipi. tunc sicut essentia est ad se. et
sicut ꝓprietas est ad aliud. ita essen-
tia esset aliud que omnia sunt mani-
feste falsa. Preterea arguitꝰ ꝑ silo
gismum expositorū. hec paternitas
est totaliter idē qꝺ essentia hec. hec
filiatio est totaliter idē qꝺ essentia.
ergo hec paternitas est hec filiatio.
qꝺ est falsum. Ultimo sic. illa q̄ dif-
ferunt solū rōne oportet ꝙ vtrunq̄
eoꝝ vel alterū eorū sit ens rōnis tm̄
Sed in diuinis nec essentia nec ꝓpri
etas est ens rōis tantū. ergo. minor
patet. nam essentia nō est ens rōnis.
quia nihil reale esset in diuinis. nec
ꝓprietas est ens rōnis. quia tunc ꝑ-
sone in diuinis distinguerentꝰ solum
rōne. et sic rediret error Sabellij. ꝓ-
batio minoris. quia si tm̄ differrent
rōne tunc vnitas illa qua vnū distin
guitur ab alio rōne esset tm̄ ens rō-
nis. Sed vnumquodq̄ sicut se habz
ad vnitatē sic se habet ad entitatem
Secundū declarandū in hoc articu-
lo est. scz ꝙ ista distinguantꝰ formali
ter. ptz sic. Ad hoc eni ꝙ aliqua di-
stinguuntꝰ formaliter requirūtꝰ quin
q̄. Primū ꝙ vnū nō sit in alio sicut
in potentia materiali. nam actus et
potētia passiua nō distinguuntꝰ for-
maliter. Secundū ꝙ vnū nō sit in a-
lio virtualiter. qua alia est cōtinen-
tia formalis alia virtualis. Tercium
ꝙ vnū nō sit in alio sicut in quodaz
cōfuso. Quarto ꝙ vnū nō sit in alio
totaliter. Quintū ꝙ vnū nō includa
tur in cōceptu quidditatiuo alteriꝰ.
Sed ꝓprietas sic se habet ad essenti
am vt patet discurrēdo ꝑ omnia mē
bra. ergo proprietas nō est idem for
maliter qꝺ essentia. Tercium hic de
clarandū est ꝙ talis distinctio nō fa
cit cōpositionem in deo. quod ꝓbatꝰ
sic. Eque simplex est tota trinitas si
cut quelibet persona. sed nō obstan-
te illa simplicitate sunt ibi tres res.
ergo illa distinctio non facit compo
sitionem. Preterea pater est sim-
plicissimus. sed in patre sunt due ꝓ-
prietates. scz generatō actiua. ⁊ spi
ratio actiua. et iste nō sunt formali-
ter idez. vt patuit supra distinctōne
duodecima. ergo talis distinctio nō
facit cōpositionem. Preterea da
to ꝙ res et res faciant cōpositionē.
tm̄ res nō facit cōpositōz cū mō for-
mali. sz ꝓpetas dicit modū formalē

essentia aũt dicit rem. ergo nõ faciunt cõpositionẽ. Ultimo sic. Ista se habẽt ꝑ ordinẽ distinctõ. vnio. cõpositio. et resolutio. ita ꝙ distinctõ est ꝑor vnione. vnio est prior cõpositione. cõpositio est prior resolutõe. Sed pri⁹ ꝑt esse sine posteriori. ergo ꝑt esse distinctio sine ꝯpositõne. De quarto articulo. Ad primũ qñ ꝓbatꝰ ꝙ ꝓprietas et relatio distinguuntur realiter ab essentia. qꝛ idẽ ꝑt esse multiplicatũ ⁊ nõ multiplicatũ. dico ꝙ verũ est qñ illa sunt totaliter eadem ꝓprietas aũt et essentia nõ sunt eadem q̃uis sint idẽ realiter. ideo põt vnũ multiplicari alio nõ multiplicato. sicut dicimus in aĩa in qua multiplicanꝰ potẽtie sine multiplicatõe essentie. et tñ potẽtie sunt idẽ qꝺ essentia aĩe. licet nõ totaliter ꝑ Aug⁹. x. de trini. Et eodem mõ dico ad oẽs maiores quinq; rationũ que secũtur Idem enĩ nõ est realiter in se ipo nisi sit aliqua distinctio formalis. Et similiter de ꝑfectione simpliciter et de infinito et de aliĩs Ad argumẽta secunde opinionis ꝑ secũdo articulo. Ad primũ dico ꝙ paternitas ñ est creatura. et cũ inferꝰ. ergo erit essentia diuina. ꝯcedo ꝑ idemptitatez realẽ. sed nego formaliter et adeq̃te Ad secundũ cũ dicitꝰ res ⁊ res faciũt cõpositionẽ. ꝑtz ex dictis in fine tercij articuli. Ad terciũ cũ dicitꝰ ꝙ ꝓprietas nõ excedit suũ subiectũ. concedo. Cũ aũt additꝰ ꝙ ens distinguitur ꝑ ens reale ⁊ ens rõis. dico ꝙ alterũ membrũ habet latitudinẽ. quia ens reale qꝺ est ens extra animã accipitꝰ ꝓ re fundamẽtali ⁊ ꝓ mõ formali entis. vt patuit sup dis. viij. Ad quartũ cũ dicitꝰ ꝙ ꝓprietas cõpata ad essentiã tñ distinguaꝰ ab ea q̃tũ distinguitꝰ ab oꝑposito. dico ꝙ ẽ falsum. sed distinguitur sicut ꝓprietas modalis ⁊ modus a fundamẽto. Et eodẽ mod ad quintũ. Ad sextũ aũt dico. ꝙ ista positio nõ est ꝯtra decretalẽ. qꝛ nõ pono ibi q̃tuor res reales sed pono vnã rem fundamentalẽ in qua sunt tres ꝓprietates cõstitutiue cũ nõ idemptitate formali. nec ideo sequitꝰ error Joachim. nec porretani. Nam porretanus ponebat relationes realiter distinctas. et sic affixas essentie qꝺ ego nõ pono. Ad primũ principale dico ꝙ essentia et ꝓprietas non vniunꝰ in ꝑsona sicut actus ⁊ potẽtia. sed sicut actus ⁊ actus. Ad secundũ ꝑtz ꝙ illa non idemptitas siue distinctio formalis nõ facit ꝯpositionẽ. vt patet in tercio articulo.

Secundo queritꝰ. Utrũ ꝑsona sit idem qꝺ essentia. Videtꝰ ꝙ nõ. quia quecũq; vni et eidẽ sunt eadem inter se sunt eadez. ergo si ꝑsona est idem ꝙ essentia. sequitꝰ ꝙ ꝑsone sunt eedem inter se. quod est falsum. In cõtrariũ est magister in lr̃a. et Aug⁹ vij. de trini. ca. iiij. Circa istã questionem dico duas ꝯclusiones. Prima ꝙ ꝑsona est idem qꝺ essentia. Secunda ꝙ nõ est idem adequate sibi. Prima cõclusio sic probatur. In creatura totum est idem partib⁹ ꝺm multos. ergo in diuinis habẽs essentiam ⁊ proprietatẽ est idem essentie et proprietati q̃uis ille nõ sint partes. Sed persona est huiusmodi. ergo persona est idem quod essentia.

Secunda cōclusio patet. quia essentia nō est psona sed aliquid persone Ex hoc arguit sic. Quando aliquid cōstituitur ex duobus quorum vnuz nō est idem totaliter alteri tūc nullum cōstituentiū est idem totaliter toti et adequate. sed psona cōstituit ex essentia ꝛ ꝓprietate. et ꝓprietas nō est totalit eadez cum essentia. vt patet ex pcedenti questione. ergo psona nō est idem adequate qd essentia Sz diceres. est ne idē formaliter. dico ꝙ si essentia accipitur vt fundamentum formalitatis et persona vt terminus. sic essentia nō est idez formaliter. quia nō includit formalitatem persone. Ad argumentum in contrariū dico. ꝙ illa que sunt idez simpliciter ꝛ totaliter alicui tercio sunt eadem inter se. Sed patet ex dictis ꝙ psona nō ē eadez totaliter et adequate essentie. ergo nō oportet ꝙ sint eadem inter se.

Quorumqz supra disserui. Circa istā distinctionē. xxxvj. qritur. Utrum deus cognoscat aliud a se. Et videtur ꝙ non. quia intellectus patitur ab intelligibili ex. iij. de anima Sed deus nō patitur ab alio a se. ergo deus non intelligit aliud a se. Preterea intellectus refertur realiter ad intelligibile. sed deus non refertur ad aliud a se realiter. ergo. Preterea nulla potentia intelligit aliquid extra suum obiectū adequatum intellectus diuini est essentia diuina. ergo deus nō intelligit aliud a sua essentia. Cōtra. apls ad Hebre. oīa nuda et aperta sunt oculis eius ad quē nobis sermo. Circa istam questionem sunt tria videnda. Primo si in deo est formaliter intellect⁹ Secūdo si intellectus dei intelligit aliud a se sm mentē philosophorum Tercio si intelligit aliud a se secundum mentē theologoꝝ. Quantuz ad primū dico ꝙ in deo est intellect⁹ formaliter. quod ꝓbatur sic. Omne agens extra se aliquid agit ꝓpter finē. sz de⁹ cū sit pma cā effectiua oīm agit aliquid extra se. ergo agit ꝓpt finem. Iste aūt finis est precognitus ab eo. aut est sibi prestitutus ab alio Si primo modo habetur ꝓpositum. Si secūdo. ergo deus nō ens simpliciter primū. Preterea. natura agit ꝓpter finem. ij. phisi. ergo dirigit ab aliquo pcognoscente finē. sed dirigitur a prima causa siue a deo. ergo deus pcognoscit finem et sic habet intellectum. Preterea. in quo est formaliter voluntas in eo est formaliter intellectus. sed in deo est formaliter voluntas. ergo. Probatio minoris. eo modo mouent cause secunde quo mouentur a prima causa Sed secunde cause alique mouentur cōtingenter. ergo prima causa mouet cōtingenter. Sz causa prime cōtingētie est volūtas. ergo est in deo formaliter voluntas. Preterea. Aristo. xij. metha. ꝓbat eam sic. Intelligere aliqd est honorabilissimum sed prima substātia est honorabilissima. ergo prima substantia siue deus maxime habet intellectū. Preterea. quod dicit pfectionē simpliciter est ponendum in deo. sed intellectus dicit pfectionē simpliciter. ergo intellectus est formaliter in deo Ultimo ꝓbatur hoc idem ab aliis

sic. q̄to aliq̄d est plus immune a materia. tanto est magis intelligibile obiectiue et actiue. nam immaterialitas est causa intellectōnis p Auicen̄. ix. meth. et p Aris. iij. de anima. Sed deus est maxīe immunis a materia. ergo habet maxime intellectū. De scūdo articulo ptz hic error comentatoris. xij. metha. reprehendens themixtiū. dicit sic. Cū q̄ hoc ignorauerit themixtius dicit q̄ possibile est q̄ intellectus primi intelligat multa intelligibilia. hoc aūt cōtradicit sermoni nostro. et dicimus solum intelligere se nō aliq̄d extrinsecum. Est ergo opinio cōmentatoris ibi. q̄ deus nō intelligit aliud a se. Et colligunt ex illo aliquę rōnes. Prima ratio talis est. vbi obiectum nō est idem cū intelligente ibi intellectio nō est eadem cū substantia. sed intellectio dei est idē de substātia. g̃ nō intelligit aliud a se. maior patet. nam in deo est intellectio idē cum essentia. quia obiectū est idem. vbi ergo obiectū nō est idem ibi intellectō nō est eadem. Secūda ratio est talis q̄d intelligit aliud a se p̄ficitur p aliud a se. sed intellectus dei nō p̄ficit p aliud a se. ergo nō intelligit aliud a se. Tercia ratio est talis. aut simul intelligit se et aliud a se. aut successiue. nō primo modo. q̄ tunc intellectus simul intelligeret plura vt plura. nō secūdo mō. quia tunc intellectus eius esset mutabilis. ergo non intelligit aliud a se. Quarta est. Si intellectus dei intelligeret aliud a se scꝫ ista vilia. ergo intellectus eius esset vilis in intelligēdo vilia. et sic eius actio esset vilissima oīm actionum sed hoc est inconueniens. ergo deus nō intelligit aliud a se. Quinto sic. vna simplex potentia aspicit vnū simplex obiectum. sed intellect⁹ dei est vnus simpliciter. ergo intelligit vnū simplicissimū obiectū. et sic intelligit se et nō aliud a se. Vltimo p̄batur ab eodē. xij. metha. q̄ intellectus diuinus nō cognoscit particularia sic. Intellectus dei nō cognoscit nisi ea que sunt p' se intenta a natura. sed particularia nō sunt p se intenta a natura. ergo deus nō cognoscit p̄ticularia. Alique artiste p̄bant idem p aliquas rōnes sic. Quādo aliquid est primū obiectū alicuius potentie non potest cognosci ab alia potentia nisi moueat ab ip̄a potentia cuius est p se obiectum. Sed singulare sensibile est p se obiectum sensus. ergo singulare sensibile non potest per se cognosci ab intellectu nisi moueatur a potentia sensitiua. Sed intellectus dei nō mouet a potentia sensitiua. ergo. Preterea. quando aliquid est per se obiectum alicuius potentie nō potest apprehēdi ab alia potentia. nisi fiat reflexio super potentiam cuius est p se obiectum. Sed singulare est p se obiectū sensus. ergo nō p̄t apprehendi ab intellectu. nisi p reflexionē super sensum. Sed intellectus dei nō est reflexiuus supra sensum. ergo deus non cognoscit singulare. Preterea. intellectus diuinus cōformat intelligibili. sed intellectus dei semper est in actu. ergo eius intelligibile semp est in actu intelligibili. sed particulare nō est semper in actu intelligibili. g̃ deus nō intelligit particulare. Vl

timo sic, intellectio fit per abstractionem. sed singulare inquantum singulare non semper abstrahit. imo semper concernit hic et nunc. ergo deus non intelligit singulare. De tercio articulo dico secundum theologos. opinio commentatoris est heretica et falsa. Ideo teneo quod deus intelligat se et alia a se et etiam particularia. hoc probatur. Primo per philosophum. j. de anima. vbi dicit contra Empedoclem. quod si deus ignoraret litem esset imperfectus. deinde quod si deus ignoraret ea que nos cognoscimus esset fatuissimus. xij. metha. Preterea. xij. meth. dicit ipsemet commentator quod scientia dei est causa rerum quod non esset verum nisi cognosceret res alias a se. Preterea. ad hoc ipsemet commentator de celo et mundo dicit. quod ipse laborauit diu in isto passu et non potuit intelligere. deus autem duxit eum in cognitionem illius veritatis. Ex quo arguitur sic. Quia aut induxit eum a casu aut ex cognitione. Si a casu. ergo non debuit hoc dicere de illo plus quam de aliis casibus. Si autem induxit eum in cognoscendo habeo propositum. Preterea in virtute dei continentur virtutes causarum secundarum. Ex quo arguitur sic. Cognoscens perfecte virtutem suam cognoscit omnia ad que virtus illa se extendit. sed deus cognoscit virtutem suam. ergo cognoscit omnia ad que virtus illa se extendit. Sed virtus illa extendit se ad particularia que sunt extra deum. ergo. Preterea. sapientis est prima ordinatio ex. j. meth. Ex hoc arguitur sic. Ordinans aliquid vt ad finem cognoscit illud. sed deus ordinat alia a se vt ad finem. ergo cognoscit illa. Preterea. intellectus qui continet eminentissime perfectionem sensus et imaginationis potest intelligere obiectum sensus et imaginationis. Sed intellectus dei est huiusmodi. ergo potest intelligere obiectum sensus et imaginationis. Sed obiectum sensitiue potentie vel imaginatiue est singulare. ergo Vltimo arguitur ad idem sic per rationem theoloicam. deus particulariter iudicabit hominem. sed hoc non posset esse nisi cognosceret actus hominum et isti actus sunt singulares et aliud a deo. ergo deus cognoscit singularia que sunt alia ab ipso. Vt autem intelligatur qualiter deus cognoscit aliud a se est notandum. quod obiectum habet ad potentiam duplicem habitudinem. Vnam in ratione motiui. vt dicit philosophus tercio de anima. Aliam in ratione terminantis actum potentie. et hoc contingit dupliciter. Vel quia terminat actum potentie secundum propriam rationem sicut sensibile primo actum sensus. vel terminat secundario actum potentie inquantum includitur in ratione alicuius alterius obiecti primo terminantis actum potentie. Ad propositum dico. quod deus nihil aliud a se intelligit in ratione motiua. tum quia eius intellectio esset finita si posset moueri a singulari finito. tum quia eius intellectus vilesceret. tum quia eius intellectus esset finitus si posset moueri a singulari finito. Secundo dico quod deus non intelligit aliud a se. ita quod illud primo terminet actum intellectus diuini. sed terminet secundario. quia

habent esse in aliquo per inherentiã non permexistentiã per commentatorem .iij. de anima. Aliter dicit Scotus negando maiorem. quia esse in nullam dicit essentialem habitudinem ad illud in quo est. Esse autem ab dicit dependentiam ab illo a quo est et tamẽ plura possunt esse ab et ergo ñ esse in. Ad terciam dicit Varro quod ordo vniuersi attenditur sm situm partium principalium vt corpus celeste et elementorum nõ sm partes singulas. Quantũ ad quartum dico quod angelus de facto nõ est in diuersis locis simul quia scdm Damas. li. j. ca. xxiij. quando angeli sunt in celo non sunt in terra. De possibilitate autem eorum naturali videt probabile quod vnus angelus nõ possit esse in duobus locis simul q̃rũ vterque sit sibi adequatus. Sed dubium est si hoc posset fieri per potentiam diuinam quod vnus angelus sit simul in duobus locis adequatis sibi. Et pretermissis hic omnibus opinionibus quia diffusius dicetur d hoc in quarto libro de materia eucharistie sacramẽti. quãdo queritur vtrũ idem corpus localiter possit esse in pluribus locis adequatis per potentiam diuinam. quia hoc nullam contradictionem implicat. et adducitur vna pbatio de corporibus. sicut idẽ corpus potest esse localiter in pluribus locis simul. ergo et angelus. consequentia patet. pbatio ãtecedẽtis. non minus inconueniẽs est esse duo corpora simul q̃ vnum corpus esse ĩ pluribus locis simul. sed possibile ẽ duo corpora per potentiam diuinam esse simul sicut patuit in resurrectõe et quando cristus intrauit ad discipulos ianuis clausis et ĩn eius natiuitate quando natus est de matre virgine permanente. Preterea ad multiplicationem posterioris nõ sequitur necessario multiplicatio prioris. sed locus est posterior locato g̃ ad multiplicationem loci non sequitur multiplicatio locati. Ad principalia argumenta et ad omnes auctoritates que negant angelum esse in loco. dico quod verum dicunt de locatione circumscriptiua. quia circũscriptio includit commensurationẽ loci ad locatum que repugnat angelo. Eodem modo ad tercium dicitur quod maior est vera de locatõne circũscriptiua.

Tercio queritur Vtrum angelus possit moueri motu locali. Videtur quod non quia motus est actus entis imperfecti sed angelus non est imperfectus. g̃. Preterea quantum non recipitur in non quanto. sed motus est quantus. angelus autem non. ergo. Contra angelus custodit homines sm Jeronimum super matheum. Magna dignitas animarum. etc. sed homo mouetur. ergo et angelus. quia alias nõ posset eum custodire. Respondeo hic sunt quinque articuli. Primo q̃d sit motus. Secundo quomodo se habeat motus ad formam acquisitã Tercio ad ppositum principale scilicet si angeli mouentur. Quarto q̃ motu mouentur. Quinto sunt remouende difficultates philosophorum vj. phisicorum. quibus pbatur quod nullum indiuisibile possit moueri

Quantum ad primum dico cum phi sopho.iij.phisicoꝝ.ꝙ motus est ac tus entis in potentia ſm quod in po tentia. vbi tria sunt declaranda. Primo ꝙ motus sit actus.quod ꝓ batur sic. Illud quo aliquid reduci tur de potentia ad actum est actus. sed quo aliquid reducitur de poten tia ad actum est motus.ergo. Se cundo est declarandum ꝙ motus sit actus entis in potẽtia.⁊ ꝓbatur idẽ a philo.sic. Omnis actus eius ẽ act' in quo semper inuenitur. sed motus semper inuenitur in ente existente in potentia.ergo Tercio est declarã dum quare additur inquantũ in po tentia.et ostendit hoc philo.ibidem sic. Es est in potentia ad statuam et es inquantum es est in actu.vt autẽ respicit statuam est in potentia.mo tus autem est in ere inquantuz est in potentia ad statuam. Sed occur rit dubim. quia accidens reale ⁊ in actu habet subiectũ in actu.sed mo tus est accidens reale.ergo non ẽ a ctus entis in potentia vt sic. Respõ deo ꝙ subiectũ motus potest dupli citer considerari.vno modo vt subij citur motui.alio modo vtrespicit t'minum acquisitum per motum.ꝑmo modo est ens in actu.secundo modo est ens in potentia. Quantum ad secundum articulum est vna opinio que tenet ꝙ motus nõ differat a for ma.⁊ ꝓbat per commentatorem.iij. phisicorũ.vbi dicit ꝙ opinio que te net ꝙ motus sit idez cum termino q̃ est forma fluens est verior. Item.v phisicorum dicit cõmentator ꝙ mo tus nihil aliud est q̃ acquisitio ptis post partem. Itẽ sic se habet suc cessio ad formam sicut simultas ad formam simultatis.sed forma simul tatis non est aliud q̃ ipsa simultas. ergo successio motus est ipsa forma acquisita. Item quando aliqua duo differũt realiter realitate abso luta deus potest facere vnum sine a lio.ergo si motus differt realiter a forma tunc deus posset facere motũ sine forma quod est inconueniens. Itẽ si motus differt realiter a for ma tunc motus potest esse complet' anteq̃ acquireret forma. Istam opinionem non teneo. Primo qꝛ quando aliqua sic se habent ꝙ vnuz potest manere altero non manente ñ sunt idem vt ꝓbatum est supra.q. de relatione. sed forma introducta ma net motus nõ manet ꝑ philoso.j.de generatione.vbi dicit habitibus ꝑ sentibus in materia cessat omnis mo tus.ergo. Secũdo sic.entitas suc cessiua non est eadem cuz entitate ꝑ manẽte.sed entitas motus est succes siua.entitas forme permanẽs.ergo. Tercio sic.quia Auicen.iij.phisico. dicit ꝙ ipse abhorret dicere.ꝙ mot' est idem quod forma. Teneo ergo ꝙ motus est via ad formam acquisitã per motum. Ad primum argumẽ tum alterius opinionis dico ꝙ com mentator dicit illud recitatiue non assertiue.quia in.v.phisicorum ipse se corrigit. Ad secunduz concedo ꝙ motus in se est acquisitio partis post partem sed non est forma q̃ ac quiritur totalis. Ad tercium dico ꝙ si accipitur simultas in ordine ad partes sic successio in ordine ad for mam.minor est falsa. Ad quartũ vno modo negetur maior a quibus dam qui dicunt ꝙ esse et essentia dif ferunt realiter et tamen deus nõ po

test facere essentiam sine esse. eodem modo nec corpus sine figura. qr tūc fieret infinitum in actu. Aliter potest dici q non est inconueniens qd deus potest facere motū sine forma inquantum forma ē terminus extrinsecus. Eodem modo potest dici ad vltimum. Quantum ad terciū articulum dico q angelus potest moueri localiter. Cuius ratio est qr omne receptiuum formarū alicuius generis quod non est limitatum ad aliquam istarum formaruz recipiendā nec illimitatum ad omnes illas pōt moueri ab vna istarum formaruz ad aliam ad recipiendum aliquid. hec propositio est per se nota quia predicatum includitur in subiecto. sed angelus est receptiuus alicuius vbi diffinitiue sicut patet in questione precedēti. nec est illimitatus ad omnia vbi quia non est immensus. ergo. Secundo probatur idez sic. Anima beata videtur esse equalis angelo. sz anima beata potest moueri localiter sicut patet d anima cristi que descendit ad inferos. ergo. Circa pⁱmam rationem occurrit dubium qr si maior est vera sumpta minore sub ea videtur q graue se posset mouere actiue et erit causa sui descensus quod īprobat philosophus. viij. phisicorum. tum quia graue non est aliud a seipo. tum quia non potest sistere quibus proprie conuenit seipsum mouere. tum quia non potest seipsuz mouere motibus diuersis. tum quia continuum est eiusdem dispositōnis in toto ꝛ in partibus. Respondeo concedo consequens q graue sit aliquo modo causa sui descensus actiua. quod probatur per commentatorem. iiij. de celo et mundo. lapis inqt mouet seipsum inquantuz grauis in actu. Et confirmatur ratione primo sic. Omnis effectus quando causatᷓ habet causas in actu. Accipiantᷓ ergo duo grauia puta vnus saccus de arena ꝛ vnus de pluuia ꝛ ponantur in equali distantia respectu centri ꝛ in equali influētia respectu celi et sit equali pellens ꝛ equalis resistentia medij. quero tunc que est causa q arena citius descendit non enim est influentia celi nec distantia centri nec actio pellentis nec resistentia medij quia oīa ponūtur equali. ergo relinquitur q sit ipm graue. Ad alia que adducuntᷓ in contrarium de philosopho. viij. phisicorum. Ad tres primas ꝓbationes dico q non plus concludunt nisi q graue non mouet se sicut agens per cognitionē sz hoc non est contra me. Ad quartam ꝓbationem dico q continuum non est semper eiusdez dispositionis in parte ꝛ in toto. quia vt declarabitur in tercia distintione. Agens equiuocū est tale in actu virtualiter quale passum in potentia formaliter. Et si vlterius obicias per Aristo. ij. de generatione qui dicit q grauia ꝛ leuia nec actiua nec passiua sunt. dico q Aristo. loquitur de motu ꝛ accidente ad formam substantialem non autem de motu ad locum. quia in. viij. phisicorum capitulo vltimo videtur ponere quod grauia habeant potentiam actiuam respectu vbi.

m

Et in. iiij. phisicorum. ca. vlti. in tractatu de vacuo dicit q densum et rarum sm contrarietatē grauitatum et leuitatum motus actiua sunt. quere ibi quia auctoritas est expressa.
Quantum ad quartum articulū dico q mot⁹ diuiditur. quia alius cōtinuus alius discretus. Item motus alius instantaneus alius successiuus. Item motus alius de extremo in extremum nō per medium alius p medium. Et quolibet modo pt esse dubium. pmo Si mouetur motu continuo vel discontinuo. dico q sic vtroq modo. potest enī moueri motu continuo dimittendo partē post partem et applicando se parti post ptem. potest etiam moueri discōtinue dimittendo simul totum locum priorem et faciendo se totum in loco sequenti. sicut si moueretur sup quatuor poma ordinate posita. Adhuc est dubium si mouetur motu instantaneo aut non. Et est opinio vna q nō. pbatur primo sic. Sicut se habet punctus ad lineam sicut instans ad tempus ergo permutata proportione sicut pūctus ad instans ita linea ad tempus. sed punctus nō potest ptransiri in minori q̄ in instāti. ergo nec linea nisi in tempore. Preterea si angelus moueret se in instanti simul esset in medio et in termino ad quem. sed sm q est in medio mouet et sm q est in termino ad quem quiescit ergo simul mouetur et quiescit
Preterea. non minoris velocitatis est anima quam angelus. sed anima non potest moueri in stanti. ergo. pbatio minoris. Anima nō potest moueri separata q̄diu ē in corpore. qr corpus nō est sibi onus sm Aug. Sz dum est in corpore non mouetur ī instanti. ergo. Quarto sic. virtus finita et infinita nō possunt equari. sz angelus est virtutis finite. deus aūt infinite virtutis. et deus mouet ī instanti. ergo non angelus. quia tūc deus in minori q̄ in instanti moueret.
Ego autem dico q angelus pt moueri in instāti et in tempore sicut placet sibi. quod patet per loca a minori de luce que fit in instanti sicut deducit philosophus. ij. de anima. vnde angelus refrenans potentiam suam potest moueri in tempore. Agēs autem sm vltimum potentie sue mouetur in instanti. Ad primum aūt vltime opinionis dico q maior est falsa per compationē ad extra. quia sicut punctus nō potest signari in eodem instanti ita linea nō potest bis signari in eodem tempore. Sed p cōparationem ad intra bene sequitur. et tunc facta proportione argui sic Sicut se habet punctus ad instās sic indiuisibile ad diuisibile. ergo linea se habet ad tēpus sicut diuisibile ad indiuisibile. Ad aliud dico quod per idem argumentum si valeret probaretur q deus nō posset mouere in instanti. ideo dico q non quiescit in illo instanti in quo primum est vt in termino ad quem. quia quies non est nisi in tempore. ex. vj. phisicorum.
Bene autem volo q simul sint mutari et mutatum esse. Ad aliud potest negari maior quia anima deficit proportionabiliter a virtute angeli. poterit etiā negari minor. quia anima cum corpore glorificato poterit moueri in instanti. Et cū dicitur corpus nō est sibi in onus nō valet. nam anima alio modo itelligit sepa

ta alio modo coniūcta. quia vt sepa rata et glorificata clare quod nō facit coniūcta q̄ntūcūq̧ corpus nō sit sibi in onus. Aug. enim dicit non est sibi corpus in onus ad faciendum opus meritoriū sed potius est instrumentum. Aliud dico ꝙ maior ⁊ minor virtus nō potest sibi equari per comparationem ad mensuram diuisibilem nō autem indiuisibilē. quia si virtus finita posset moueri in tanto tempore virtus infinita in minori. non tamen tenet in mensura indiuisibili quia si virtus finita mouet in instanti non oportet ꝙ virtus infinita possit moueri in minori. quia non est dare minus ⁊ hoc accidit ex conditione mensure non ex parte agentium. Adhuc restat videre si angelus potest mouerere se ab extremo in extremum non transeundo mediū et dico ꝙ nō potest se mouere motu continuo ab extremo in extremū nō transeundo medium. maxime si medium est aliquid extremorū. quia tale mediū est causa continuitatis motus. Motu autem discontinuo p̄t se mouere de extremo in extremū non transeundo medium. Quantū ad quintum articulū sunt difficultates. philosophi. vj. phisicorū. quibus ꝓbatur ꝙ nullū indiuisibile possit moueri. Primo sic. omne quod mouetur partim est in termino a quo et partim in termino ad quem. sed indiuisibile nō potest esse partim in termino a quo ⁊ partim in alio termino quia nō habet partem et partem. ergo. Secundo sic. omne quod mouetur prius pertransit spacium sibi equale q̄ maius. sed indiuisibile n̄ potest prius pertransire minus se. nec maius. ergo oportet ꝙ pertranseat spacium sibi equale. sed illa sunt indiuisibilia. ergo numerabit puncta indiuisibilia. ⁊ sic illud spacium esset cōpositum ex indiuisibilib9. quod improbatur ex principio. vj. phisicorū. Tercio sic. omnis motus est in tēpore. sed omni tempore conuenit accipere minus tempus in quo potest minus mobile moueri. ergo om̄i maiori mobili potest accipi minus mobile in infinitum. sed hoc est inconueniens. ergo. Quarto sic: quod nō possit moueri localiter continue arguitur sic ex dictis commentatoris. iiij. phisicoꝝ. ꝙ successio in motu aut est ex resistentia mobilis ad motorē vel mediū ad mobile. vel mediū ad motorem. sed nulla istarum causarum ē in ꝓposito. ergo. Quinto sic. que ē ꝓportio mediū ad medium sub raritate vel subtilitate vel densitate eadē est ꝓportio motus ad motum in velocitate ⁊ tarditate. illa est ꝓpositō philoso. iiij. phisicoꝝ. ca. de vacuo. Et applicatur ad ꝓpositum sic. Que est ꝓportio mobilis ad mobile in velocitate eadē est ꝓportio angeli ad corpus in subtilitate. sed nulla est ꝓportio angeli ad corpus in subtilitate. ergo. Ad omnes illas rationes potest breuiter responderi sm̄ aliq̄s ꝙ verum concludunt de indiuisibili de genere quantitatis non tamen de indiuisibili de genere substantiali sicut est angelus vide Arist. vj. phisi. ca. xij. ꝙ recte est ꝓ p̄ma solutione. Sed forte istud non est verum scd̄m viam philo. j. de anima vbi dicit ꝙ spera mota super planum describit lineam in plano et tamen non tangit nisi in pūcto. dicit̄ hic ꝙ sp̄a ē spericū

in natura. Sed contra quia celum simpliciter est spericum. dico ergo aliter ad rationes philosophi. Ad primum secundum Varronem et Scotum quod illa partibilitas non est referenda ad ipsum mobile sed ad ipsum spacium sic ita quod illud spacium in medio se habet per respectum ad terminum ad quem et a quo ut sit talis sensus, partim habet de termino ad quem et partim de termino a quo. sic etiam vult philosophus illam partibilitatem intelligi sicut. vi. phisicorum refert commentator. cuius opinionis etiam fuit commentator aliquando ut ipsemet dicit. Ad aliud dico quod pertransiri potest intelligi dupliciter vel divisibili vel indivisibili. Si intelligitur pro pertransiri indivisibili propositio est falsa. tunc enim oportet concedere quod esset dare primam mutationem in motu locali quod est contra philosophum. vi. phisico. Si autem intelligitur de pertransiri divisibili tunc potest intelligi non de tota ratione totius sed de tota ratione partis. Et illo modo potest concedi maior sed non valet in proposito. Ad tercium concedo quod in omni tempore dato contigit accipere minus tempus, sed ex hoc non sequitur quod in isto minori tempore posset moveri minus mobile nisi loquendo de mobili continuo quod ex parte sui est causa continuitatis motus. Ad quartum et quintum dico quod ex quo angelus non agit ex infinitate virtutis active. est ibi resistentia aliqua que sufficicit ad successionem motus. Ad primum principale dico quod duplex est perfectio una substantialis ad quam angelus non movetur. alia accidentalis. et illa potest angelus carere et ad eam moveri. Ad secundum dico quod quantitas permanens non potest recipi in non quanto sed quantitas successiva potest sicut est motus qui potest recipi in non quanto. ergo.

Ecce ostensum est ubi. Circa distinctionem terciam tractat Magister aliqua que spectant ad angelorum comparationem et aliqua que spectant ad angelorum personalem distinctionem aliqua que spectant ad angelorum cognitionem. et aliqua que spectant ad angelorum dilectionem. Et secundum illa quatuor variantur hic questiones Quantum ad primam materiam queritur utrum in angelo sit aliqua compositio. Et videtur quod non. quia aut esset ibi compositio ex partibus quantitativis. et hoc non. quia est incorporeus. aut ex subiecto et accidente. et hoc non ex. xii. methaphi. quia in eis est idem esse et intelligere. aut esset ibi compositio ex esse et essentia, et hoc non. quia non differunt per commentatorem. vii. metha. aut esset ibi compositio ex materia et forma. et hoc non quia intelligentie sunt forme sine materia. ex. viii. et. xii. metha. aut esset ibi compositio ex genere et differentia et hoc non. quia genus et differentia dicunt eandem rem secundum Avicen. iii. meth. v. capitulo. ergo in angelis nulla cadit compositio. Contra forma est

actus. ergo pura forma est purus actus. sed nulla creatura est purus actus. ergo ¶ Confirmatur per Augusti. vj. de trinita. vbi dicit quod nulla creatura simplex est. ¶ Respondeo primo premittenda sunt duo preambula secundum que declarabitur questio ¶ Quantum ad primum nota quod compositio est idem quod cum alio positio et secundum quod est multiplex gradus alietatis ita est multiplex gradus compositionis. ¶ Est ergo prima alietas partium quantitatiuarum. ¶ Secunda alietas subiecti et accidentis. ¶ Tercia esse et essentie. ¶ Quarta alietas materie et forme. ¶ Quinta generis et differentie. ergo eodem modo est primo compositio partium quantitatiuarum. secundo compositio subiecti et accidentis. tercio compositio esse et essentie. quarto materie et forme quinto generis et differentie. ¶ Secundum preambulum est quod compositio et simplicitas opponuntur. positio autem vnius oppositi est remotio alterius directe sibi oppositi. vnde compositio partium quantitatiuarum est remotio simplicitatis quantitatiue et sic de aliis. ¶ Sic ergo sunt in ista questione quinque articuli. ¶ Primo si in angelis sit compositio partium quantitatiuarum. ¶ Secundo si in eo sit compositio subiecti et accidentis. ¶ Tercio si in eo sit compositio esse et essentie ¶ Quarto si in eo sit compositio materie et forme. ¶ Quinto si in eo sit compositio generis et differentie. ¶ Quantum ad primum articulum quamuis Magister dicat hic esse opiniones ambiguas quia Augustinus videtur sentire super Gen. ad literam quod angeli habeant corpora aerea. puto tamen quod in angelo nullo modo cadat compositio corporea vel quantitatiua. ¶ Et huius ratio est ista. circa naturam angelorum standum est sententie Dionisii qui fuit discipulus pauli qui habuit ex reuelatione multa de angelorum natura. sed ipse dicit. ij. celestis ierarchie quod angeli non sunt corporei. ergo. ¶ Confirmatur per rationem Richar. li. de trini. qui arguit de obsesso a legione in quo erant sexmilia sexingenti sexagintasex demones ¶ Aliqui tamen adducunt istam rationem. ¶ Si habeant corpora illa sunt nobiliora quam corpora humana. quia sunt nobiliores forme. quod non videtur conueniens cum corpus humanum sit optime complexionatum. ¶ Dicit hic Aureolus et bene quod ratio non valet. quia nullum inconueniens est esse aliquod corpus simplex nobilius quolibet corpore mixto. et forte celum est nobilius corpore humano. ¶ Si ergo ista conclusio debet resolui per rationem tunc probat eam Aureolus sic. ¶ Quando aliqua inueniuntur coniuncta et si vnum illorum inuenitur separatum et alterum potest inueniri separatum nisi sit accidens per commentatorem. viij. phisicorum. et. xij. metha. sed aliqua substantia intellectualis inuenitur coniuncta corpori sicut patet in homine. et corpora inueniuntur separata sicut patet in lapide. ergo intellectualis erit per se separata sine corpore vel quantitate. et hec erit angelus. ¶ Sed forte ratio non valet quia potest dici ab aduersario quod talis natura est deus non angelus. ¶ Ideo est alia ratio melior talis.

Quarum differentiaꝝ sub aliquo ge
nere si impfectior constituit speciez
in natura. ergo ⁊ nobilior. sed corpo
reum et incorporeum sunt differen
tie opposite sub genere substãtie. cor
poreum constituit speciem. ergo ⁊ in
corporeũ. ¶ Si vero obicias ꝑ aug.
super geñ. ad literã. et. iij: de trini. ⁊
viij. de. trini. vbi dicit ꝙ angeli sunt
corporei. Dico ꝙ hec cõclusio ẽ pla
tonis non Aug. nec aug. curauit eaz
ꝓbare sed tantũmodo recitare. vnde
Magister dicit. viij. dist. ij. ꝙ Aug.
dicit hoc recitatiue non assertiue.
Quãtum ad scd̃m articulum non est
dubium de accidente corꝑali qđ pa
tet ex articulo p̃cedenti. sed est dubi
um de accidẽte spũali puta de intel
lectione si intellectio est idem essen
tialiter in angelo. Et videtur philo.
sentire. xij. metha. ꝙ sic. Ad quod ar
guunt aliqui artiste sic. Mediuz me
dians inter duo extrema est magis i
dem alteri extremo ꝙ̃ illa sint eadez
inter se. sed intellectio qua intelligit
angelus se ꝑ suam essentiam mediat
inter intellectuz angeli et inter essen
tiaz angeli intellectam. ergo intelle
ctio angeli ⁊ essentia eius sunt idez
Ista opinio improbatur supius. q.
v. ar. ij. in p̃ma ratione contra Aui
cen. Require. Ad argumentum arti
starũ patebit in illa questione. vtrũ
angeli cognoscant se per suam essen
tiam. ¶ Quantum ad tercium arti
culũ sicut doctores diuersimode di
cunt de essentia ⁊ esse ita de compo
sitione essentie ⁊ esse. Est ergo vna
opinio que dicit ꝙ in creaturis essẽ
tia ⁊ esse distinguunt̃ p̃cise ratione.
Primo quia differunt sicut cursus ⁊
currere. sed cursus ⁊ currere differt
p̃cise ratione. ergo. Scd̃o quia essen
tia ⁊ esse se habent sicut ens ⁊ vnum
sed ens ⁊ vnum differunt sola ratio
ne. vt ꝓbat philo. iiij. metha. ergo.
Tercio quia si essentia distinguitur
ab esse realiter erit ꝓcessus in infini
tum. Quero ergo de illo esse si ẽ idez
realiter cum sua essentia si sic eadez
ratione fuit standum in p̃mo ⁊ habe
tur ꝓpositum. Si non quero de illo si
cut de priori ⁊ sic in infinitum. Con
tra illam opinionẽ arguit Richar.
li. ij. distin. iij. q. j. sic. Que differunt
sola ratione vnum predicatur de a
lio; exemplum de genere ⁊ specie. sꝫ
illa est falsa p̃dicatio. essentia ẽ esse
ergo. ¶ Sed obiectio nõ valet. quia
diuersus modus significandi ⁊ non
idemptitas formalis de qua dicet̃ i
fra variat predicationem sicut patz
quia illa est falsa. cursus est currere.
ꝓpter diuersum modum significãdi.
Ideo arguitur aliter sic. Quando
aliqua sic se habent ꝙ ab vno sumi
tur ratio predicabilis. ab alio vero
non ista differunt non sola ratione.
Sed ab essentia sumitur ratio predi
cabilis ab esse vero non. ergo. ¶
Ideo est alia opinio Thome que di
cit. ꝙ differunt realiter. quia esse est
aliquid impressum essentie sicut ac
cidens est impressum subiecto. Ad ꝙ
Thomiste adducunt diuersas ratio
nes Prima est talis. Illud quod
est indifferens ad esse ⁊ non esse non
potest esse idem realiter cum esse. ¶
Sed essentia est indifferens ad esse ⁊
ñ esse. ergo. Scd̃o ꝙ participat alio
differt ab illo ꝑticipato. sꝫ eẽntia ꝑ
ticipat esse. ergo. Tercio sicut se hꝫ ge
neratõ ad formã ⁊ ad materiam sic
se habet creatio ad essentiam et esse

Sed si materia esset ide3 realiter cū forma nō posset saluari generatio. ḡ si essentia esset idē realiter cū esse nō posset saluari creatio. quod est inconueniēs. Quarto si essentia esset ide3 cum esse tunc esset idem dicere essentia est. et essentia est essentia. sed hoc est falsu3. Probatio minoris. q2 hec semper est vera. essentia est essentia. Sed hec nō semper est vera. essentia est. ergo. Item ꝙ essentia sit essentia nō habetur per creationē. ꝙ vero essentia sit habetur ꝑ creationem Quinto si essentia ⁊ esse essent idem tunc esse creature esset fixum ⁊ stabilitum et ꝑ consequens nō esset depēdens nec deficiens. In ista ratione fundat se multū Egidius in tractatu de essentia ⁊ esse. Sexto sic. qñ cū ꝙ est aliquid idem alicui nō pt intelligi sub opposito illius. sed essentia pt intelligi sub opposito esse. ḡ Septimo sic. essentia est in potentia ad esse ⁊ non esse. vel ergo sicut gen⁹ est in potentia ad differentiam. vel sicut materia est in potentia ad formā ⁊ priuationē. non pmo modo. q2 vtraq3 differentia dicit aliquid positiuū non esse autē dicit aliquid negatiuū. Restat ergo vt essentia sit in potentia ad esse ⁊ nō esse sicut materia ad formā. Sed materia distinguitur realiter a forma ergo. Istam opinionē nō sequor. quia ē clare cōtra Aristo. et eius ɔmentatorē. vij. metha. vbi queritvtrū quidditas et id cuius est quidditas realiter distiguunt. Et respondet ꝙ nō ⁊ ꝓbat id quatuor rationibus sicut patet īspicientibus litteram suā. Item. iiij. metha. querit. vtrum ens ⁊ vnū sint idem. Et respondet ꝙ sic. et probat illud tribus rōibus vt patet ibidem Dico ḡ sequēdo opinione3 Henrici quodlibeto. j. q. ix. Aliqua differunt realiter. sicut accidens et subiectum Aliqua ratione sicut diffinitio ⁊ diffinitum. aliqua intentione siue formalitate fm verba scoti. Ista distinctio est minor ꝙ̄ distinctio realis et maior ꝙ̄ distintio rationis. Et illo modo ꝙ̄uis esse et essentia sint realiter idem distinguunt tū formaliter. de qua distinctōe dictū est diffusius in pmo distin. viij. ⁊. xxxiij. Sunt autem hic duo videnda. quid intelligitur pmo ꝑ essentiam et esse essentie et existētie. Et dico ꝙ essentia dicit quidditatē nude acceptā sine omni respectu. sicut patet ꝑ Auicen. v. metha. ca. j. vbi dicit. ꝙ equitas ē tātū equinitas nec est vna nec plures. Esse vero essentie dicit in compatōe ad deum sub ratione cause formalis Esse vero existentie dicit in compatione ad deum sub ratione cause efficientis. et habet gradū determinatū Scōo est notandum ꝑ solutione argumento ꝛ alterius opinōis qd̄ esse in potentia pt esse duobus modis. sc3 obiectiue ⁊ subiectiue. Est ḡ aliquid in potentia subiectiue sicut materia est in potentia ad formā. obiectiue sicut creature fuerunt in potētia ante creationem. Tercio ē notandum ꝙ aliquid potest ꝑticipare aliud subiectiue sicut subiectum ꝑticipat albedinē. ⁊ obiectiue sicut omnes colores ꝑticipant albedinē. Dico ergo qd̄ in angelo est cōpositio ex esse ⁊ essentia tanquā ex duobus intentionaliter vel formaliter vel modaliter distinctis. Ad primum argumentū alterius opinionis potest

deduci ad oppositum sic. Quod ē indifferens ad aliud nō est idem cū eo sed omne creatum cū possit non esse est indifferens ad esse et non esse ergo non est idem quod suum esse. qđ tu negas. Dico ergo ꝙ esse indifferens ꝑt esse dupliciter. scʒ obiectiue ⁊ subiectiue. et illo vltimo modo essentia ⁊ esse sunt indifferentia essentialiter loquendo. Sumēdo autem maiorem ꝓ indifferentia subiectiua sic est falsa. Ad scđm si ꝓpter hoc ꝙ essentia ꝑticipat esse nō ē idē ꝙ esse tunc cū esse sit q̄dam similitudo dei. ⁊ ꝑ consequēs participat esse nō erit idē ꝙ esse. quod ipi negāt. Ideo dico ꝙ ꝑticipare est dupliciť subiectiue ⁊ obiectiue. ꝑmo modo ē verum quod assumitur scđo modo ē falsum. Ad tercium dico ꝙ nō est simile qꝛ ꝑ generationem nō acquiritur totum. sed necessario materia ꝑsupponitur. In creatione autēʒ nihil ꝑsupponitur sed simpliciter totum ꝓducitur. Ad quartū dico ꝙ modus significandi vel nō identitas formalis īpedit illam ꝓdicationem. Ad quintū dico qđ eo ip̄o ꝙ creature habēt esse participatū pn̄t deficere obiectiue ⁊ indigent virtute diuina cōseruante. Ad sextum dicitur ꝙ essentia dupliciter accipitur. vno modo in effectu. alio modo in conceptu. ꝑmo modo essentia non vere potest intelligi sub ratione non esse. scđo modo sed tunc nihil ad propositum. Ad septimū dicit Varro ꝙ partim conueniat cū vno et partim cum alio. conuenit enim cū genere in hoc. quia sicut genus ⁊ differētie dicunt eandeʒ rem sic esse ⁊ essentia. Conuenit etiaʒ in materia in cō-

patione ad formam et ꝑuationē. qꝛ sicut materia ꝑ priuationē habet nō esse sic essentia sub non esse habet nō entitatem. Sed quod dicitur de genere ⁊ differentia qđ dicant penitus eandem rem. non est verum sicut patebit in vltimo articulo istius q̄stionis. Ideo posset negari maior. nam essentia non ē in potentia ad esse nec sicut genus ad differentias nec sicut materia ad formam. ergo. Quantum ad quartum articulum dicūt q̄dam sicut Thomas ⁊ egidius ꝙ in angelo nō est compositio ex materia et forma. Istam conclusionem probat Thomas ꝑte prima. q. l. ar. ij. sic. operatio rei sequiť eius substātiā. sed operatio angeli est immaterialis sicut est intelligere. ergo ⁊ essentia. Scđo sic. Dionisius dicit in libro đ diuinis nominibus ꝙ substantie spirituales sicut sunt incorporales ita et immateriales ītelligūtur. Tercio sic. Anima rationalis non habet materiam. ğ nec angelus. consequentia patet antecedens ꝓbatur ꝑ Tho. parte ꝑma. q. lxxv. arti. v. dupliciter. Primo sic. Anima est forma. sed forma iformat. ergo aut tota anima informat totum aut pars partem. non ꝑmo modo. quia tunc materia informaret materiam. Si secundo modo tunc illam partem informantem voco animam ⁊ partem informatā corpus. Secundo sic. quod recipitur in aliquo recipitur per modum recipientis. sed spiritussanctus recipiť in anima immaterialiter. ergo ē immaterialis. Quarto arguitur ad principale ꝑ Egidium sic. Si in angelis esset materia tunc materia vnius esset distincta a materia alterius

Sed hec materia distinguitur ab illa p quantitatem. ex. v. metha. et in angelis non est quantitas. ergo nec materia. Quinto sic. materia est illud p quod res potest esse et non esse. ex vij. metha. et sic est principium corruptionis cum sit in potentia contradictionis. sed in angelis nō cadit corruptio pmo. g ic. Sexto sic. Si in angelis esset materia aut esset eiusdē rationis cum materia inferiorum aut alterius. nō pmo modo. quia tunc angelus esset corruptibilis. nec secūdo modo. tum quia materia nō dicit actum et distinctio fit p actum. tum quia essent plures materie prime. Item arguit Varro efficaciter p illa conclusione. Primo sic. nulla forma materialis est sup seipam reflexiua. sed angeli et anime sunt forme super se reflexiue. quia intelligunt se intelligere. ergo. Secundo sic. Quando aliquid competit alicui ratione alicuius partis non competit ei primo et per se. Sed si anima esset composita ex materia et forma competeret sibi informare ratione forme et non ratione materie. et sic nō esset per se et pmo forma corporis. Tercio sic. Impossibile ē quod vna forma det vni materie esse incorruptibile et alteri esse corruptibile. sed corpus corrumpitur per materiam non tamen anima cum anima sit incorruptibilis. Alia est opinio omnino in contrarium sicut Richar. et multorum aliorum. et est ratio potissima vna eorum ista. ppria passio alicuius nō pt reperiri sine subiecto suo. Sed pati est pprium materie. ex primo de generatione et fere ex tota philosophia. ergo ñ reperitur proprie realis passio in aliquo sine materia. Sed anime et angeli fm nostram fidem patiuntur passione reali. ergo. Itez secundo sic. nihil est per se in genere substantie nisi compositum ex materia et forma fm Boetium super predicamenta in commento. Sed angelus est per se in predicamento substātie. ergo. Tercio arguūt aliqui sic quicquid est vnum ex coniunctione potentie et actus est compositum ex materia et forma. sed angelus est huiusmodi. ergo. Ista ratio videt mihi peccare in maiore per fallaciā cōsequentis. quia in plus se habet potentia et actus q materia et forma. quia actus et potentia ambiunt omne genus entis. materia vero et forma non. Si quis vult tenere istaz secundam opinionem que meo iudicio est probabilior. potest dicere ad argumenta alterius opinionis. Ad primum dicitur dupliciter. Primo sic q deficit. quia angelus et anima non solum intelligunt vniuersale et immateriale sed etiaz particulare et materiale. Secundo deficit sicut dicit Guilh. correptor Thome. quia aūt intelligit in maiori de omni modo operationis aut de aliquo. Si de omni tunc propositio est falsa. quia modus operationis est transiens sz modus substantie est manens. Si intelligit de aliquo modo aut de illo modo aut de aliquo alio. Si de alio tūc nihil ad propositum. Si de illo tunc petit principium. Et illa est via philosophi. s. priorū contra illos qui dicebāt volūtatē simpliceter eē bonā.

Potest dici tercio modo p instanti am de visu q visio e immaterialis et tamen potentia visiua est in organo materiali. Ad scdm dico q angelus est immaterialis p respectu ad nos non simpliciter et ita intelligit Dionisius et etiam philo. in. j. de generatione. vbi dicit q terra vt comparatur ad ignem est non ens q̄uis in se sit ens. Ad tercium nego antecedens. Ad pmam pbationem dicitur q sic solum copositu agit et no forma nec materia sed totum ratione materie et forme. Sic in pposito anima tota informat corpus ratione sue forme Aliter potest dici q actus et pfecto forme dicitur p compatoem ad appetitum materie. Iste aut appetitus vel excedit actu ipsius forme vel excedit vel adequatur. Si excedit sic non potest informare aliaz materia sed accidit corruptio. Si autem adequatur sic est in corporibus supcelestibus. Si autem excedit sic est aia. Et sic non est inconueniens q informet materiam anime et corporis. Ad scdam pbationem dicit Rich. et bene p instantiam de specie que recipitur immaterialiter in oculo et tamen oculus est materialis. Ad argumentum Egidij concedo q materia vnius esset distincta a materia alterius. Et cum dicit q hoc non sit nisi p quantitatem dico q hoc est falsuz sicut declarabitur in questioe sequenti. Et probatur. quia aut intelligit q quatitas immediate ante formaz substantialem sit in materia et distinguat et tunc talis intellectus est falsus et contra phm. j. phisicoz vbi dicit q materia cuz forma est causa eoru que insunt. Aut intelligit q sequatur formam substantialem et tuc potest habere veritatem de forma educta de potetia materie. sed angelus non est talis forma. vt patet per id quod dictum est. Ad aliud argumentu Thome qd pbat q anima non habet materiam. potest dici qd illa materia no est eiusdem rationis cum materia inferiorum q̄uis scotus hic sentiat oppositu. Sed de hoc infra dicetur distinctione. xiiij. Eodem modo ad sequens cum dicitur. aut illa materia est eiusdem ratiois aut alterius. dico q no est eiusde rationis. Tu arguis contra. quia materia no dicit actuz dico q q̄uis no dicat actum formalem dicit tn actu entis. Et cu vltra dicis. tuc erut due materie pme. concedo qr vna e spiritualium et alia corporalium. Ad aliud dico q q̄uis materia corporalis impediat reflexionem potetie supra actum non tamen materia spualis. qualiter est in pposito. Aliter pt dici negando maiorem. quia est contra phm. ij. de anima. vbi pbat q sensus sentit se sentire et tamen e materialis. Ad sextum dico q quando aliquid competit alicui ratione partis novltimate actuantis. isto modo maior est vera. Sed informare copetit anime ratioe partis pncipaliter eam actuantis. Ad vltimu concedo maiorem quando forma eque immediate pficit istas materias. sed no e sic in pposito. nam aia pficit materiam ppria immediate. sed corpus mediante aliqua forma substatiali educta de potentia materie. vnde argumentum esset demonstratiuu posita vnitate forme substantialis in homine de quo alias erit sermo. Quatu

ad quintum articulũ est opinio philosophoꝝ maxime Auicēne ꝙ nō . qꝛ angeli q̄s ipse dicit itelligētias sunt necesse esse. ⁊ necesse esse nō est compositum ex genere ⁊ differentia sic̄ ipe ꝓbat viij. metha. sue ca. j. Sed ista opinio habet maiorem falsam. quia angeli nō sunt necesse esse. sed solus deus est necesse esse. Adeo est opinio theologoꝝ qui ꝑm ꝙ diuersimode loquũtur de natura generis ⁊ differentie ita diuersimode dicunt in ꝓposito. Illi enim qui dicunt ꝙ natura generis ⁊ differentie sumitur ab eadem realitate negant compositionem illam ⁊ dicunt ꝙ est ibi compositio tantum ex duobus conceptibiliter distinctis. Et hec ē opinio Aureoli. Cuius ratio est ista. Que differunt penes implicitum ⁊ explicitum terminatum ⁊ interminatum sumũtur ab eadem realitate. Sed genus et differentia sunt huiusmodi. vt patet ꝑ Auicen. v. metha. ca. de diffinitione. ergo. Contra sumo minorē sub maiore tua sic. materia ⁊ forma differunt penes terminatum ⁊ interminatum. ergo dicunt eandem rem ꝙ improbat philo. j. phisi. Illud autem quod assumitur ꝑ Auicen. non ē ad ꝓpositum. quia hic sumimus genꝰ ꝓ genere naturali Auicen. autem loquitur ibi de genere logico. vnde. v methaphi. in ꝓncipio ⁊ tercij ca. dicit sic. Genus in hac parte nō signat nisi intentione logicam. Est ergo opinio Scoti quam sequor ꝙ genus et differentia sumuntur ab alia ⁊ alia realitate. hoc ꝓbat Scotus libro j. distinctione. viij. q. iij. tum quia genus alias complete diffiniret. tu3 qꝛ in diffinitione esset nugatio. Ego autem confirmo illam conclusione3 dupliciter primo. Quia color ē qualitas. aut ergo color est color inquãtum qualitas. et sic omnis qualitas erit color per argumentum philosophi de reduplicatione. Aut per alia3 realitatem superadditam ⁊ habetur ꝓpositum. Secundo sic. illud quo aliqua conueniunt non sumitur ab eadem realitate cum illo quo ipa distinguuntur. sed diuerse species conueniunt in genere ⁊ differunt per differentias. ergo. Confirmatur ꝑ philosophum. j. phisicoꝝ cap. vij. ibi ad permenidem vbi vult ꝙ partes diffinitionis sunt alie. quere ibi. Dico ḡ ꝙ in angelis est compositio generis et differentie. et sic patet ad questionē. Ad argumentum principale cōcedo ꝙ ibi non est compositio ex ꝑtibus quantitatiuis est tamen ibi compositio ex subiecto ⁊ accidente puta ex intellectione ⁊ intellectu. Et philosophus qui alligatur in cōtrarium negatur. Etiam est ibi compositio ex esse ⁊ essentia tanꝙ ex duobus modaliter vel formaliter distinctis. vt dictum est in tercio articulo. Etia3 est ibi compositio ex materia et forma. Ad philosophũ dico ꝙ loquitur de materia corporali. vlterius est ibi cōpositio ex genere et differentia. Ad Auicen. patet per illud quod dictum est in secundo articulo.

Post angelorum compositionem oportet videre angelorum personalem distictionem sed hoc nobis in-

notescit per rationem indiuidualem
Et primo oportet hoc inuestigare in
substantijs materialibus. Et quero
vtrum substantia materialis sit indi
uidua per aliquam entitatem ꝓpri-
am determinantem naturam ad sin-
gularitatem. Et videtur ꝙ non
quia tunc illud determinatiuum di-
ceret supra naturam determinatam
materiam vel formam vel composi-
tum. Sed nullum istorū dicit. qꝛ vel
esset plures materie vel forme vel cō
posita. ergo Preterea. tunc singu
lare esset compositum ex natura de-
terminata ⁊ determināte. et tunc se
querentur tria inconuenientia. Pri
mum quod singulare esset per se in-
telligibile. quod est contra philoso-
phum. j. phisicorum. Secundū quod
de singulari esset scientia per se ⁊ de
monstratio quod est contra philoso
phum. vij. methaphisice. Terciuȝ
quod singulare esset per se diffinibi
le. quod est contra philosophum. vij
methaphisice. Omnia ista inconue-
nientia ꝓbantur per hoc. quia istud
determinans se haberet ad naturaȝ
determinatā sicut differentia ad ge-
nus. Sed quia differentia dicit ali-
am rem a genere ⁊ determinat genꝰ
et constituit speciem ideo species est
per se diffinibilis demonstrabilis ⁊
scibilis. ergo. In contrarium om
ne inferius includit per se aliquid ꝙ
non includitur per se in intellectu su
perioris. Sed indiuiduum est inferi
us ad speciem. ergo includit aliquā
entitatem que non includitur in spe
cie siue in natura. Sed illud videtur
esse principium indiuiduationis. er-
go. Responsio. hic sunt quinqꝫ ar
ticuli. Primo. si natura seipā est in-
diuidua. Secundo si est indiuidua ꝑ
negationem. Tercio si est indiuidua
per quantitatem. Quarto si est indi
uidua per materiam. Quinto si ē in
diuidua per entitatem ꝓpriā que di
citur gradus intrinsecus nature.
Quantum ad primum articulum est
opinio Aureoli ⁊ multorum ꝙ natu
ra seipā est indiuidua sicut seipā ē na
tura. Quod ꝓbatur quadrupliciter
Primo sic. ita se habet communi
tas ⁊ singularitas ad naturaȝ sicut
esse in intellectu et esse verum extra
animam. Sed quod res habeat verū
esse extra animam est ex se. ꝙ autem
habeat esse in intellectu est causa ip
se intellectus. ergo cōmunitas in na
tura erit ab ītellectu. ⁊ singularitas
ab ipāmet natura formaliter. Se-
cundo sic. eadem sunt principia vni
tatis ⁊ indiuiduationis. Sed natu-
ra seipā est vna. ergo seipā est indiui
dua. Tercio si. vij. metha. Substan-
tia vniuscuiusqꝫ rei ē ꝓpria illius cu-
ius est ⁊ non inest alteri. sed omne ta
le est ex se indiuiduū. ergo. Quar-
to sic. vnitas numeralis ē vnitas re
alis. sed natura seipā est vna vnitate
reali. ergo. Contra illam opinio-
nem arguo primo sic. Obiectum in-
quantum obiectum est naturaliter ꝓ
us ipō actu. ſꝫ in illo priori obiectuȝ
est per se singulare per te. ergo intel
lectus intelligens aliquod obiectuȝ
sub ratione vniuersalis intelligit sub
ratione opposita sue ꝓprie rationis.
quod est falsum. Secundo sic. cui
competit vnum oppositoruȝ ei de se
repugnat alterum. Sed nature de se
competit vnitas naturalis per te. ḡ
ei ex se multitudo numeralis repu-
gnat. quod est falsum. Tercio ar-

guit sic Scotus. Cuius vnitas rea-
lis minor est vnitate numerali illud
non est de se vnum vnitate numerali
Sed vnitas realis in hoc indiuiduo
est minor vnitate numerali. ergo.
Probatio minoris. Si vnitas rea-
lis est alia ab vnitaie numerali con-
stat statim q̄ ē minor. ꝓbatur autē
quod vnitas realis est alia ab vnita
te numerali a Scoto multipliciter
Primo per philosophum. x. metha.
vbi dicit quod in omni genere ē vnū
primum quod est mensura omnium
que sunt illius generis. Sed illa vni
tas est realis non numeralis. Pro
batio minoris quia in indiuidnis e-
iusdem speciei non ē hꝫ prius ꝛ illud
posterius. sed mensurans est ꝑus mē
surato. ergo. Secundo sic. philo-
sophus. vij. phisicorum dicit quod
in specie fit cōparatio in genere au-
tem non. Et ratio est ibidem per eū.
quia species dicit naturam vnaꝫ ge
nus autem non. Et intendit ibi phi-
losophus q̄ spēs sit vna vnitate rea
li non numerali. Tercio sic. philoso-
phus. v. metha. dicit q̄ idem simile
et equale fundatur super vnum. Sꝫ
illa vnitas est realis non unmeralis
ergo. Probatio minoris. quia ni-
hil vnum vnitate numerali est simi-
le vel equale sibiipi. Quarto sic.
vnius oppositionis realis sunt duo
extrema opposita realia. Sed cōtra
rietas est oppositio realis. ergo vtrū
qꝫ extremum est vnum vnitate reali
et non vnitate numerali. quia tūc ꝑ-
cise hoc album esset contrariuꝫ huic
nigro. quod est inconueniens. Quin
to sic. vnius actionis sensus est vnū
obiectum ſm vnitatem realem nō nu
meralem. et ergo alia est vnitas rea-
lis quā numeralis. consequentia pa-
tet. Probatio antecedētis. quia po
tentia cognoscens hoc obiectuꝫ hac
vnitate vnum cognoscit ipm distin-
ctum a quolibet quod nō est hac vni
tate vnū. Sed sensus cognoscit ob-
iectum inq̄tum est distinctum a quo
libet quod non est vnum illa vnitate
numerali. ergo. Vltimo sic. Si om
nis vnitas realis est numeralis. er-
go omnis diuersitas realis est nume
ralis. Sed hoc est falsum. ergo et il-
lud. Probatio falsitatis. quia oīs
diuersitas numeralis vt sic est equa
lis ꝛ sic omnia essent equaliter disti
cta ꝛ sic intellectus non posset plus
abstrahere a sorte ꝛ platone q̄ a sor
te et natura. consequētia ꝓbatur. qꝛ
vnum et multa sunt opposita. x. me-
thaphisice. Sed quotiens dicit̄ vnū
oppositorum totiens dicitur ꝛ reli-
quum. ex. j. thopicoꝝ. Ista omnia ꝓ
bantur per Auicen. v. methaphisice
ca. j. vbi dicit sic. Si quis īterrogat
nos de equinitate quid sit. responde
bimus q̄ ipa est equinitas tātū nec
plures nec vna nec vniuersalis nec ꝑ
ticularis. Et infra clarius dicit sic.
ponemus de humanitate duas cōsi-
derationes. Primam de ipa ſm q̄ ē
ipa. vnde si q̄s interrogaret nos an
humanitas que est in platone ex hoc
q̄ ē humanitas sit alias ab ea que ē
in sorte. dicemꝰ q̄ nō nec oportebit
ꝯsentire ei vt dico. ḡ hoc ꝛ ista sunt
vnū numero Ad argumēta alterius
opinionis. Ad ꝑmū dico q̄ maior ē
falsa. quia non ita se habet commu-
nitas nature extra intellectū ꝛ vni-
tas in re. nam vnitas realis ꝯmunis
ē aliq̄d extra intellectū. esse vero in
aīa nō est nisi ꝯ ꝑatione intellectus.

Nota q uniuersale duo includit. Primum est q substratum uniuersalis non sit hoc vel illud sed quasi commune et indifferens ad utrumque. et hoc est quasi materiale. Secundum actualis relatio quam habet ad omnia de quibus dicitur. et hec est completiua et formalis ratio uniuersalis. Primum habet a natura. Secundum habet per actum intellectus. Licet ergo natura specifica habeat primam conditionem uniuersalis. non tamen habet secundam que est completiua et formalis per actum intellectus. et hoc est quod dicit commentator q intellectus causat uniuersalitatem in rebus.

Ad secundum dico ad minorem q natura seipsa est una unitate reali non unitate numerali. Ad tercium dico q ibi arguit philosophus contra ideam platonis. Et tunc dico quod si accipitur pro substantia prima ex quo est indiuidua non inest alteri sed est propria eius cuius est per gradum determinantem. Ad quartum dico quod maior est falsa sicut patet per sex rationes que sunt facte contra istam opinionem que est Scoti. Quantum ad secundum articulum est opinio Henrici quodlibet. v. q. viij. q indiuiduum est indiuiduum per aliquod negatiuum scilicet per rationem unius. Unitas enim non dicit nisi priuationem. quia si diceret rationem positiuam, aut diceret eandem rationem quam dicit ens. et sic esset nugatio dicendo ens unum. aut aliam et tunc esset entitas addita entitati in quolibet quod est inconueniens. Contra istam opinionem arguitur primo sic. natura est indiuidua per illud quod sibi formaliter repugnat diuidi in plures partes subiectiuas. Sed illud non est negatio. ergo natura non est indiuidua per negationem. Probatio minoris. nulla imperfectio repugnat alicui forme nisi propter aliquam perfectionem que est aliquid positiuum. Sed diuidi est quedam imperfectio et ideo non potest competere nature diuine ergo. Confirmatur. quia quantumcunque negatio tollat potentiam proximam ad agere vel pati non tamen ponit formalem repugnantiam illius entis. Exemplum. si substantia intelligitur non quanta non est diuisibilis. potentia propinqua. tamen non sibi repugnat diuidi. quia tunc repugnaret sibi accipere quantitatem. Secundo nihil per negationem constituitur formaliter in entitate perfectiori quam sit entitas presupposita negationi. Sed prima substantia est maxime substantia et perfectissima ex predicamentis. ergo prima substantia sicut est indiuiduum non constituitur in esse per negationem que presupponit substantiam secundam. Tercio sic. indiuiduum est indiuiduum per illud quo distinguitur formaliter et principiatiue ab alio indiuiduo. Sed una negatio ut sic non distinguitur ab alia. ergo. Quarto sic. prima substantia per se generatur et per se operatur ex. vij. metha. Sed illa non competunt alicui per negationem. ergo. Quinto et ultimo sic. quia assumptum videtur esse falsum videlicet quod unum sit priuatio cum sit passio adequata entis positiui. ex. iiij. metha. Et per hoc potest patere ad rationem opinionis. Aliter tamen potest dici quod non videtur ratio quin indiuiduum habeat causam positiuam per quam

insit ei illa duplex negatio. nam vni-
tas specifica pari ratione significa-
ret duplicem negationẽ, ⁊ tamẽ nul-
lus negat entitatem positiuam esse
rationez entitatis specifice a qua su-
mitur ratio differentie specifice.
Quantum ad tercium articuluz est
opinio Egidij ꝙ indiuiduum est in-
diuiduum per quantitatem quod ꝓ-
batur primo sic. Quando aliquid cō-
petit alicui primo ⁊ per se cuicunqꝫ
alteri competit competit ei ꝑ ratio-
nem illius. Sed diuidi in plures par-
tes competit p̄mo ⁊ per se quantita-
ti. ex. v. metha. ergo cuicunqꝫ compe-
tit hoc est per rationem quantitatis
Sed natura specifica diuiditur pe-
nes indiuiduum. ergo erit per quan-
titatem. ¶ Secundo sic iste ignis nō
differt ab alio igne nisi quia forma
differt a forma. Sed forma nō dif-
fert a forma nisi quia recipitur ab a-
lia ⁊ alia parte materie. Sed ista ali-
etas est per quantitatem. ergo iste i-
gnis distinguitur ab isto per quanti-
tatem. ¶ Tercio sic. generans geñe-
rat aliud ꝓpter distinctionem mate-
rie. Sed materia generati naturali-
ter p̄supponit quantum alias agens
naturaliter ageret in non quantum.
non autem naturaliter p̄supponeret
quantitatem nisi esset per se distin-
ctiua. ergo. ¶ Contra istam opinio-
nem arguit̃ quatuor vijs. Primo ex
idemptitate rationis numeralis. et
hoc dupliciter. Primo sic. Impos-
sibile est indiuiduuz formaliter esse
indiuiduum per id quo ablato rema-
net idem indiuiduum numero. Sed
ablata quantitate potest indiuiduū
manere numero. ergo. Probatio
minoris. quia nō est contradictio vt

nō est impossibile quod deus substā-
tiam illam quantam quantitate con-
seruet eam ⁊ informet alia quantita-
te. nec ꝓpter hoc substantia illa mu-
tabitur mutatione substantiali. q2 n̄
est mutatio nisi a quantitate in quā-
titatem. Si dicas argumentum non
valet. quia assumit miraculum. ¶ Con-
tr̃a miraculum non est respectu con-
tradictoriorū. quia ad contradicto-
ria nulla est potentia. ex. vj. ethicoꝝ.
Sed contradictio est quod manēte
eadem substantia sit hec per illud et
non per illud. ergo. ¶ Seccundo sic
manente eo quo aliquid est formali-
ter tale. impossibile est ip̄m non esse
tale. Sed panis est hic panis ꝑ quā-
titatem per te. ergo manente eadem
quantitate impossibile ē ip̄m nō esse
hunc panem. et sic tollitur transub-
stantiatio panis in corpus cristi vbi
manet eadem quantitas ⁊ tamẽ non
idem panis. ¶ Secunda via contra
illam opinionem sumitur ex ordine
substantie et accidentis. Ex qua via
arguit̃ p̄mo sic. Substantia s̄m totā
suam coordinationem, est prior om-
ni accidente natura tempore ⁊ diffi-
nitione. ex. vij. methaphisice. ergo ē
prior quantitate. ⁊ sic non indiuidu-
atur per eam. Respondetur ꝙ licet
substantia sit quantitate prior in es-
sendo non tamen indiuiduando. ¶ Cō-
tra. eo modo substantia est p̄or om-
ni accidente quo est subiectum omni-
um accidentium. sed nō est subiectū
omnium accidentium nisi in quātum
hec. ergo vt hec precedit simpliciter
omne accidens ¶ Secundo sic. qđ ē
prius alio duratione potest esse sine
illo. Sed substantia ē prior omni ac-
cidente duratione. ex. vij. metha. ḡ

ergo potest esse sine eo. et sic nō indi
niduatur per accidens sive per quā-
titatem. Tercia via sumitur ex co
ordinatione predicamētali. Ex quo
arguitur sic. In quolibet ordine p̄-
dicamentali sunt omnia pertinentia
ad illam coordinationem circūscri-
pto omni alio quod nō est aliquid il-
lius coordinationis essentialiter.
Sed ad coordinationem p̄dicamen
talem sicut pertinet ad primum pre
dicatum de quo nihil predicatur ita
pertinet ad infinitum subiectum cui
nihil subicitur. ex. j. posteriorum. er-
go singulare est in qualibet coordi-
natione circumscripta quacūq alia
coordinatione. Probatio minoris
patet. quia coordinatōnes predica-
mentales sunt primo diverse. Se-
cundo sic. in qualibet coordinatione
circūscripto quocunq alio alterius
coordinationis est ratio speciei. Pz
de ratione speciei est ꝙ sit predica-
bilis de pluribus numero differenti
bus per porphirium. patet igitur ꝙ
in qualibet coordinatione est per se
individuum de quo species predica
tur. Et non valet fingere sicut fingit
Egidius. quia hoc est ꝓpter extensio
nem q̄ritatis que est modus dereli-
ctus in materia a quantitate ⁊ ē idē
realiter cum ip̄a materia. hoc inquā
non valet. quia impossibile est quod
causatū a posteriori essentialiter sit
idem realiter cum eo quod est p̄us es
sentialiter. Sed materia est prior es
sentialiter quātitate. ex. vij. metha.
ergo impossibile est ꝙ iste modus de
relictus a quantitate in materia sit
idem realiter materie. Preterea.
quid est quantitate derelinquere ta-
lem modum. aut enī est aliquid cau-
sare aut nihil. Si nihil tunc non ē si
gnatio ꝑ quātitatem. sicut tu fingis
Si autem est aliquid causare quero
ad quod genus cause reducitur. non
enī videtur reduci nisi ad genus cau
se efficientis. Sed quātitas nō est in
forma activa vt communiter tenet.
ergo. Quarta via sumitur ꝓprie ex
ratione quantitatis. Ex quo arguo
sic. Quantitas qua substantia indi-
viduatur aut est quantitas termina
ta aut interminata. non terminata.
quia illa sequitur formam esse in ma
teria ⁊ per consequens singularita-
tem substantie. Nec est interminata
quia ista manet eadem in generato ⁊
corrupto. ⁊ sic generatum ⁊ corru-
ptum essent idem numero. Si dicis
ꝙ non sequitur. quia quantitas ē cā
singularis p̄supposita vnitate speci-
fica. Generatū autem ⁊ corruptum
non sunt eiusdem speciei. Contra
ponatur ꝙ ex aqua generetur ignis
scdo quod ex igne generetur aqua ⁊
in prima ⁊ in scda aqua est idempti
tas specifica ⁊ remanet eadem quā
titas interminata. ergo adhuc stat
argumentum. Scdo ex eadem via
arguitur sic. quia sequitur ad eam er
ror averrois ꝙ sit scz vnus intelle-
ctus numero in omnibus. Proba
tio consequentie. quia individuatio
et multiplicatio individuorum ꝑ te
fit per quantitatem. Sed intellectus
non est quantus. Rationes autē
non concludunt. In p̄mis nō cōclu
dit p̄ma. quia assumit maiorem con-
tra terciū phi. Dicit enī sic. v. metha-
ca. de quanto. Quantum ē qd est di
visibile in ea que insunt. Scdo qr
non potest stare cum dictis suis. ar-
guo enim sic cum dictis suis. Quod

habet ꝓpriam extensionem habet ꝓpriā diuisionē. Sed materia habet ꝓpriam extensionem aliam ab extensione quantitatis per te. ergo habet ꝓpriam diuisionem. Tercio q₂ nō est ad ꝓpositum. quia quantitatiua diuisio est ad partes integrales. nos autem loquimur de diuisione speciei in partes subiectiuas. Et si arguas ꝙ porphirius dicit quod species ⁊ athoma ⁊ indiuisibił dico qđ verum est de diuisione penes diuersitatem specificam non autem de diuisione speciei in diuersitatem numeralem. Ad secundum cum dicitur ignis distinguitur ab igne. quia forma distinguitur a forma concedo. Sed cum dicitur. forma distinguit̄ a forma per materiam. dico qđ falsum est ⁊ contra phm̄. ij. phisicoꝝ. et contra commentatorē. j. et. ij. de anima. et cōtra Auicen. ix. metha. ca. vlti. sicut declarabitur in sequēti articulo. Ad tercium concedo ꝙ generans generat de materia quanta. vt est in corrupto non in genito. Quantuȝ ad quartum articulū est opinio Thome. ꝙ indiuiduatio siue multiplicatio indiuiduorum fiat per materiam quod ꝓbatur multis auctoritatibus phi. Ait enim. v. metha. vnum numero sunt quorū materia est vna. Iteȝ vij. metha. dicit. Generans generat alius ꝓpter materiam Tulius eniȝ ⁊ sortes diuersa sunt ꝓpter materiā. Item. xij. metha. dicit quod nō possunt esse plures celi. q₂ quecūq₃ sunt multa numero habent materiam. Item primo celi et mundi cum dico hoc celum. dico formam in materiam. Contra istam opinioneȝ arguo primo per commentatoreȝ. j. de anima. dicit enim sic. quod membra cerui non differunt a membris leonis nisi quia anima differt ab anima. Item. ij. de anima improbat illā opinionem ex proposito in secundo et tercio commento. ⁊ est ratio sua illa. Indiuiduum nō est indiuiduum nisi quia est in actu. sed indiuiduum nō est in actu. nisi per formam. ergo. Preterea istam opinionē improbat Auicen. ix. methaphisice ca. vltimo. et adducit tres rationes. prima. Materia nō est materia nisi q₂ ei inest virtus receptiōis ⁊ adaptationis. Sed adaptatum inquantum adaptatum non est causa essendi illud ad quod est adaptatum. Secunda ratio talis est. Inconueniēs est quod essentia que est in potentia sit cātiuā rei que est in effectu. sed essentia materie est in potentia. ergo. Tercia ratio est. Illud in quo nulla est diuersitas et distinctio nō potest esse causa diuersitatis ⁊ distinctōis. In materia nulla est distinctio vel diuersitas. ergo. Preterea arguit Scotus contra illam opinionem sic. Materia est eadem in generato ⁊ corrupto. ergo habet eandem singularitatem in generato ⁊ corrupto. ⁊ sic generatum et corruptum erit idē numero. Quid autem sit dicendū ad auctoritates philosophi que videntur esse pro illa opinione patebit in sequenti articulo. Quantuȝ ad quintum articulum est opinio scoti quam teneo. circa quam ponā vnā conclusionem. secundo declarationem. tertio obiectorum remotionē.

Conclusio est ista qđ substantia materialis est indiuidua per entitatem positiuam determinantem naturaȝ ad sui singularitatē ⁊ potest dici gradus intrinsecus nature. Ista cōclusio probatur sic. Sicut vnitas in cōmuni consequitur per se aliquā entitatem. sic vnitas indiuidualis consequitur per se entitatem. sed non consequitur per se entitatem nature. qꝛ nature est ꝓpria vnitas realis ex primo articulo. ergo cōsequitur aliquā entitatem determinantem illam. et ista faciet per se vnum cum entitate nature. ¶ Secundo sic. omnis differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa: sed indiuidua ꝓprie differunt. ergo eorum differentia reducitur ad aliqua primo diuersa. Sed ista primo diuersa non sunt natura in illo ⁊ in isto. quia non ineodem conueniunt aliqua ⁊ differunt. ergo oportet vt sit aliquid aliud. Sȝ non possunt esse negationes. ex secūdo articulo. nec quātitas siue accidētia. ex tercio. nec materia ex quarto articulo. ergo erunt alique entitates positiue per se determinantes naturam. quod est propositum ¶ Tercio sic. sicut se habet natura generis ad differentiam specificaȝ: sic quidditas ad differentiam indiuidualem. sed natura generis contrahit͛ per differentiam specificam. ergo ¶ Secundo oportet istam opinionem declarare maxime que sit ista ētitas a qua sit vnitas indiidualis. Et ē sciēdū ꝙ sicut differentia specifica potest comparari vel ad illud quod est infra se vel ad illud quod est supra se vel ad illud quod est iuxta se. Eodeȝ modo ⁊ differentia indiuidualis recipit illam triplicem cōparationem et est tunc inter differentiam specificam ⁊ indiuidualem conuenientia ⁊ differentia. nam si differentia specifica comparetur ad illud quod est infra se tunc sicut entitati illius differentie specifice repugnat diuidi essentialiter in plura specie. et per hoc repugnat toti cuius ista entitas ē ꝑ se pars. Ita etiam differentie indiuiduali repugnat diuidi in ꝑtes subiectiuas ⁊ per ipm̄ repugnat talis diuisio toti cuius ista entitas est pars Differētia autē est in hoc. quia ista differētia indiuidualis excludit omnem diuisionem nature tam numeralem ꝙ specificam. differentia autēȝ specifica quāuis excludat diuisionē specificam non tamen diuisionem nature in partes subiectiuas ¶ Si autem comparentur differentia specifica ⁊ indiuidualis ad illud qđ habent supra se est conuenientia et differentia. Conueniētia. quia sicut realitas a qua sumitur differentia specifica est actualis respectu realitatis a qua sumitur genus et determinat eam. Sicut differentia indiuidualis est actualis respectu realitatis specifice ⁊ determinat eam. Sed est dissimile primo. quia differentia specificica aliquando sumitur a ꝑte essentiali. aliquando vero ab vltima realitate forme. differentia vero indiuidualis semꝑ sumitur ab vltima realitate forme que dicit conceptuȝ simpliciter simplicem. Est autem alia differentia. quia differentia specifica est quedam entitas quidditatiua ⁊ constituit compositum in esse quidditatiuo. differentia vero indiuidualis est primo diuersa ab omni

entitate quidditatiua. et quia a pho forma frequenter vocatur quidditas et ideo apud eum gradus siue differentia indiuidualis non vocatur forma sed materiale. Et proprie vocatur ab eo materia. Et per illud patet ad auctoritates philosophi que erant in precedenti opinione. Vocat enim materiam gradum indiuidualem. Si vero comparentur ad illud quod habent iuxta se dico quod sicut differentia specifica sumpta ab vltima realitate est primo diuersa ab omni alio. ita prima differentia indiuidualis est primo diuersa ab omni alia. Tunc oportet remouere tercio quatuor obiectiones quarum prima est ista. Quod si est aliqua vnitas realis minor vnitate numerali vt tu supponis in prima ratione aut est alicuius in eodem numeraliter aut in aliquo alio. non in eodem numero. quia quicquid est in eodem numero est vnum numero. non in duobus quia in eis nihil est vnum numero. Secunda est ista differentie indiuiduales sunt alterius rationis cum sint seipsis primo diuerse. ergo et constituta erunt alterius rationis quod est inconueniens. Probatio consequentie. quia non est maior distinctio in principiis quam in principiatis. Tercia est ista Ab ista differentia potest abstrahi ratio entis et tunc queritur quomodo indiuiduatur. quia aut a seipsa et pari ratione fuit standum in prima. aut ab alia quaram de illa sicut de priori in infinitum Quarta est ista. quia queritur de isto gradu vel differentia indiuiduali si sit materia vel forma vel compositum. quodcunque detur sequitur inconueniens. Quia si iste gradus sit materia erunt due materie. si forma erunt plures forme. si compositum erunt plura composita. hec omnia sunt absurda. ergo nullum istorum est. sic nihil est. Ad primum concedo quod vnitas realis non est alicuius entitatis in duobus indiuiduis sed in vno Et cum obicitur. quicquid est in eodem indiuiduo numero est idem numero Respondeo tripliciter. primo per interemptionem sicut patet per Auicen. v. metha. ca. ix. Secundo per instantiam a simili sic. Quicquid est in vna specie est vnum specie. Sed color in albedine est vnum specie.. ergo non habet aliam vnitatem minorem vnitate specifica. non sequitur. Tercio sic sicut corpus dicitur animatum denominatiue. homo enim dicitur animatus primo et per se sic ergo potest dici vnum vnitate numerali primo et per se secundario et denominatiue. Primo modo est differentia contrahens per se. secundo modo natura potentionalis contracta Ad secundum nego consequentiam quod patet in simili de differentiis specificis que sunt alterius rationis et tamen species constitute non sunt alterius rationis in genere. Cum probas quod non est maior distinctio in principiis quam in principiatis. dicitur quod aliqua esse equaliter distincta potest intelligi dupliciter. vel quia equaliter in conpossibilia. vel quia equaliter in nullo conueniunt. primo modo concedit propositio sed non est ad propositum. secundo modo negatur. sicut patet per instantiam adiectam de differentiis specificis. Ad tercium dico quod sic ab vltimis differentiis non potest abstrahi ratio entis distincta in quid de eis dicta sed denominatiue. vt patet in iii. distincti. i. Ita etiam nec ab istis.

Ad vltimũ dico q̃ sicut omnis enti-
tas quidditatiua est p̃or hac vel ista
entitate ⁊ indifferens ad eas. Ita
materia vel forma vel compositũ eo
modo quo dicũt quidditates sunt p̃
ora illa differentia que est vltima eo
rum realitas. Et sic cõcedo q̃ ẽ ista
differẽtia nec est materia nec forma
nec cõpositum sed vltima realitas ⁊
actualitas materie forme ⁊ cõpositi
Et per hoc patet ad p̃mũ argumẽtũ
p̃cipale. Ad scdm̃ concedo p̃mũ
cõsequẽs q2 nõ est mihi inconueniẽs
cõcedo etiã qđ singulare est p̃ se in-
telligibile. sed si nõ intelligit̃ hoc est
ex defectu intellectus nostri. ⁊ sic in
telligitur p̃hus. j. phisicoꝝ. Scdm̃ ⁊
terciũ consequẽs nego. Ad p̃batio-
nem dico q̃ non valet. q2 similitudo
est falsa. q2 differentia specifica / vt
cõstituit speciem dicit quidditatem
respectu cuius est scientia ⁊ diffini-
tio differentia vero indiuidualis est
p̃mo diuersa ab omni entitate quid-
ditatiua. q2 intelligendo q̃cunq3 en
titatem quidditatiuã ⁊ limitantẽ ñ
habetur in eius intellectu vnde ipa
sit hec.

Consequentur ad istã' questi
onem sequit̃. Vtrum in vna
specie angelica sint vel esse
possint plures ãgeli solo numero dif
ferentes. Et videtur qđ nõ. q2 in se-
paratis a materia idem ẽ quidditas
et illud cuius ẽ quidditas. ex. vij. me
tha. Sed angeli sunt separati a ma-
teria. ergo in eis est idem quidditas
et illud cuius est quidditas. Sed om
nis differentia fm̃ quidditatẽ ẽ spe-
cifica. ergo angeli differunt specie
Preterea differẽtia forma'is ẽ spe-
cifica. sed omnes angeli differũt for
maliter. ergo. Probatio minoris
tũ q2 forme sunt sicut numeri. ex viij
metha. et vnus numerus differt spe
cifice ab alio. tum q2. x. metha. dicit̃
qđ masculus et femina nõ differunt
specie. quia differunt materia ⁊ dif-
ferentia materialis nõ est specifica.
Preterea. om̃is forma sepata a ma
teria habet in se totam p̃fectionem
sue speciei. Sed angelus ẽ huiusmo-
di. ergo h3 in se totam p̃fectionẽ sue
speciei. et sic non sunt plures in eadẽ
specie. Preterea. multitudo indi-
uiduorum sub eadez specie est p̃pter
salutationẽ speciei cuius indiuidua
corrumpuntur. ex. ij. de anima. vnde
in corporibus celestibus quia nõ est
corruptio in eis est tm̃ vnum in vna
specie sicut vnus sol. Sed species an
gelica non habet indiuidua que cor-
rumpantur. ergo est tantũ vnus an-
gelus in vna specie. Contra. An-
gelus ⁊ anima sunt natura pares.
Sed plures anime sunt in eadẽ spẽ.
fm̃ augusti. li. iij. de libe. arb. ergo et
plures angeli. Responsio. hic sũt
tres articuli fm̃ tres opiniones qua
ru3 due sunt extreme ⁊ tercia media
Prima est opinio antiqua quã reci-
tat Varro q̃ omnes angeli sint eius
dem speciei. quod p̃batur p̃mo sic.
Ruina angelica ẽ repanda p̃ hoĩes
sed omnes hoĩes sunt eiusdẽ speciei
ergo. Scdo sic. sic se habet accidẽs
naturale ad potentiã naturalem. sic
accidens supnaturale ad potentiam
supnaturalẽ. S3 om̃e accidẽs natu-
rale eiusdem ratõis arguit vel requi
rit potentiã naturalẽ eiusdẽ ratõis
ergo accidẽs supnaturale eiusdẽ ra
tionis requirit potenti ã supnature
lem eiusdẽ rationis. S3 accidẽtia su

pernaturalia puta gratia et gloria
sunt eiusdem ratōis in oībus ange
lis. ergo et potētie sunt eiusdē rationis
et per cōsequēs essentie. Alia ē opinio
Thome parte. j. q. l. ar. iiij. quod non sunt
plures āgeli in eadē spē nec esse possunt
sed vnusquisque facit suā speciē. quod pro
batur sic. Multiplicatō indiuiduo
rū sub eadē spē fit per materiam. ex. v.
metha. sed in āgelis nō ē materia. ergo.
Eandē conclusionē tenet Egidius
et probat eā sic. Multiplicatō indiui
duorum fit per quātitatē. sed in āgelis nō ē
quātitas. ergo. Confirmatur illa conclu
sio per ratōem Rich. iiij. de. trini. sic
positis extremis oportet ponere me
diū. sed sunt plures persone in vna na
tura sicut in trinitate. et plures nature
in vna persona vel supposito sicut in ho
mīe. ergo est dare mediū in quo ē vna per
sona in vna natura. et hoc ē angelus
Sed oīne tale per se distinguitur ab omni
alio. ergo vnusquisque angelus per se distin
guitur specie ab omni alio. Sed hec opi
nio cōtinet aliqua falsa. vt patebit ī ter
cia opinione. nec rōnes cōcludūt.
Prima nō. quia accipit minorē dubiā
multis qui ponūt in āgelis materiā
Maior etiā simpliciter ē falsa. vt pro
batū ē in q̄stione p̄cedēti arti. iiij. Si
militer scđa ratio nō cōcludit. quia habet ma
iorē falsam. vt patet. ex. iiij. ar. p̄cedē
tis q̄stionis. Ad rationē Rich. sol
uit Varro quia Rich. nō plus intēdit
concludere nisi quod in āgelis sit tm̄ vna
natura ita quod q̄libet angelus hēat tā
tū vnam naturā. sed ex hoc nō sequi
tur propositum. scz distinctio specifica
sicut patebit soluēdo. Ad tercium
principale potest aliter dici et melius
quod tale mediū nō est naturale sed de
pendet a causa causante volūtarie q̄

pōt facere vnū et reliquum et ponere
mediū et nō ponere sicut statim postea
dicetur. Dico ergo secundum terciā opinionē
mediādo quod questio potest eē de pos
sibili vel de facto esse. Si sit questio
de possibili. concedo partem affirmati
uam scz quod possunt esse plures ange
li in eadem specie. tum propter articu
lum excommunicatum qui dicit for
mam non multiplicari sine materia
error est. tum quia nullam contradi
ctionem implicat nec a parte cause
cum sit potentie infinite nec a parte
effectus cum nulla quidditas sit sua
singularitas. ex primo articulo prece
dentis questionis. Omne autem ta
le qua ratione potest esse in vno pa
ri ratione potest esse in aliis pluribus
secundum viam. Auicen. j. metha. ca. v. vn
de est mihi ista regula quod cum loquor
de potentia dei quātuis nō credam de
ficere. tū si deficio citius volo defice
re in plus quam in minus ei attribuēdo
Si vero questio sit de facto tunc di
stinguo. quia aut querit sententiam af
firmatiuam vel probabilem. Si primo
modo fateor me nescire. tum quia sic
posuit magister in ista distinctōe circa me
diū scđi ca. tū quia ipsarum intelligētiarum
cā. i. volūtas diuina ē mihi incogni
ta et esse āgelorū incognitū. quia nulla
substātia mouet ad sui cognitōem pro
statu isto. quia tunc possemus naturaliter
cognoscere absentiā panis ī euchari
stia. quod ē falsū. Si aūt q̄ras de q̄stiōe
probabiliter loquēdo. dico quod plueres ā
geli sūt in eadē spē. quod probatur primo sic.
Omnis q̄dditas q̄ntū ē de se ē cōmūni
cabilis sed nulla q̄dditas ē cōmūnica
bilis in idēptitate numerali nisi sit
infinita. ergo q̄libet q̄dditas alia ē cōmūnica
bilis cū distictōe numerale quod ē propositū

Secundo ſi. quelibet quidditas cre/
ature poteſt intelligi ſub ratiōe vni
uerſalis. ſed ſi ipſa eſſꝫ de ſe hec con/
tradictō eſſet ipſaꝫ intelligere ſub ta
li ratione. ergo non eſt de ſe hec / et ꝑ
conſequens eſt multiplicabilis ī plu
ra indiuidua. ¶ Tercio ſic. anime in
tellectiue diſtinguūtur numero in ea
dem ſpecie. alias ſequit̄ error Auer
rois de vnitate intellectus. Sed q̄c/
quid concluderet iſtam impoſſibili/
tatem ex parte angelorum conclude
ret etiam ex parte animarum. ergo
Si dicas quod non valet. quia ani/
me habent inclinationem ad corpus
et per hoc diſtinguuntur. Contra
inclinatio nō eſt entitas abſoluta ſꝫ
relatiua. ergo nō ē ratio eſſendi hāc
animam ſed ſupponit eam ſicut abſo
lutum ꝓſupponitur relationi. Quar
to ſic. commentator primo ce. et mū
di. qui ponit mundum factum ad ex/
emplar creatoris qua ratione ponit
vnum eadem ratione ponit plures
Sed quilibet theologus ponit ange
lum factum ſm exemplar creatoris.
ergo ¶ Confirmatur concluſio / qꝛ
ſm aliquos alterius opinionis incō
ueniens eſt vnam totam ſpeciem eſſe
damnatam. tunc autem multe ſpeci
es eſſent ſimpliciter damnate. Ad
rationes prime opinionis. Ad p̄/
mum dico quod illa aſſumptio non
eſt per naturam ſed per gratiā et me
rita et ideo non oportet quod ſit iſta
proportio. Ad ſecundum dico qꝺ
duplex eſt potentia. vna tranſmuta
tiua alia ſubiectiua. Argumentum
bene currit de potentia tranſmutati
ua non autem de potentia ſubiecti/
ua. Eadem enim ſuperficies eſt in/
potentia receptiua ad albedinem et
nigredinem. Ad primum princi/
pale poteſt negari minor primi ſilo/
giſmi. ex prima queſtione huius di/
ſtinctionis. Aliter poteſt dici quod
minor eſt falſa de quidditate poten
tionali non concurrente altera diffe
rentia ſpecifica q̄uis ſit vera de q̄d
ditate que eſt neceſſe eſſe et illo mo/
do intelligunt philoſophi. Ad ſecun
dum dico quod differentia formalis
poteſt accipi vel ꝓ differentia in for
ma vel pro differentia forma. ſi pri/
mo modo maior eſt vera minor fal/
ſa. Si ſecundo modo minor vera ma
ior falſa Ad probationem dico ꝙ
illa comparatio vadit ſub primo mo
do pro differentia in forma. Ad ſe/
cundam probationem dico quod eſt
fallacia conſequentis / vult enī phi/
loſophus quod differentia formalis
non eſt ſpecifica. ſed ex hoc nō ſequi
tur quod differentia non ſpecifica ē
n̄ formalis Ad tercium principale
poteſt primo negari minor. Aliter
poteſt dici ad maiorem quod ipſa ē
falſa et petit principium niſi ꝑ ma/
teriam intelligatur entitas indiui/
dualis et tunc non eſt contra me. ¶
Ad vltimum dico quod illa non ē to
talis cauſa ſed aliqualis. Sed cū ad
ducis exemplum de corporibus cele
ſtibus. dico ꝙ argumentum ſm theo
logos eſſet ad propoſitum. quia ſtā
te illo ſole et iſto mundo deus poſſet
producere vnum alium mundum vt
patuit ſupra articulo quarto in ꝑn/
cipio ſcd̄e queſtionis.

SEquitur videre de angelorũ cognitione. Circa quaz querũtur tria. Primo vtruz angelus cognoscat se p̄ suam essentiam. Videtur q̄ non quia si intelligeret se per suam essentiam hoc nō essz ꝓpter aliud nisi quia intelligens ⁊ intellectum sunt simul. sed hoc non iuuat q2 in anima sunt ista duo ⁊ tamē non intelligit se per suam essentiam vt patet per ph'm. iij. de anima. Anima inquit intelligit se sicut ⁊ alia. alia autem intelligit p̄ spēm. Preterea. essentia angeli est singularis. sed singulare per se non est ratio intelligendi. ergo. Preterea ita p̄sens est intellectui angelico actus intelligendi sicut essentia. Sed actum intelligendi nō intelligit p̄ essentiā. ergo nec essentiam suam. Probatio minoris. quia aut intelligit actũ suum quando est. aut quando non ē Si quando nō est habetur ꝓpositum Si quando est tunc duo actus essent simul in eadez potentia quod est falsum. ergo. Preterea. receptiuum oportet denudari a natura recepti. et sic potentia cognitiua debet denudari ab eo quod est ratio cognoscendi. Sed angelus inquantum cognitiuus non denudatur ab essentia sua. ergo essentia sua nō est ratio cognoscendi ⁊ intelligendi seipm Cōtra quanto forma est actualior tanto ē actiuor. Sed essentia angeli ē actualissima. ergo maxime actiua ⁊ sic ē ratio cognoscendi seipam. Preterea. Angelus est medium inter deuz et animam. sed deus intelligit se per essentiam suam ⁊ alia. anima vero intelligit se ⁊ alia p̄ speciez ergo angelus qui est mediũ intelligit alia a se per spēm ⁊ se p̄ essentiam. Respōdeo hic sunt duo videnda. Primo q̄ sit causa intellectionis. Scdo ꝓpositum. Quantum ad p̄mum sunt diuerse opiniones. vna que imponitur beato Aug. scz q̄ totalis causa est in tellectionis anima nō obiectũ. quod ꝓbatur p̄mo sic. Agens est p̄stantius patiente. sed corpus non ē p̄stantius spũ. ergo corpus non potest agere in spũm et per consequens obiectũ non poterit causare intellectōem in anima. Scdo sic opatio vitalis debz esse effectiue a p̄ncipio vitali. Sz accidit obiecto q̄ viuat. ergo ñ potest esse causa intellectōis que est operatio vitalis. Tercio sic. forma quāto est ꝑfectior tanto est actualior. sz anima ē actualissima; ergo maxime actiua. ergo seipa poterit in suam actionem cũ hoc poterint forme imꝑfectores sicut forme elementorum. Quarto sic. Actio proprie dicta manet in agente. ex. j. phisico. ⁊ . ix. metha. sed intellectio manet in intellectu. ergo est ab intellectu effectiue. Quinto sic. actō ꝓprie dicta denominat agēs. sed intelligere denominat hominē s'm ꝑtem intellectiuā. ergo Contra illā opinionē arguit̄ p̄ eundem Aug. ix. de trini. ca. vlti. Omnis inquit res quam cognoscimus cōgenerat in nobis suā noticiā. Ab vtroq3 enī parit̄ noticia. scz a cognoscēte et a cognito. Respondent glosando Aug. q̄ ipe intelligit terminatiue nō effectiue. Cōtra qd se habz in ratione parentis non habet se terminatiue. sed obiectũ habet se in ratione parentis. quia ab vtroq3 parit̄ noticia. ergo. Preterea. xj. de. tri Ex visibili ⁊ vidente gignitur visio

Preterea arguitur sic ratiōe tantū sunt quatuor genera causarū ꝑ se ex quibus forma habet esse ꝑ ꝓductionem ⁊ finis sequitur ꝓductionē rei. ergo qn̄ due cause priores puta materia ⁊ efficiens sunt ꝑfecte ⁊ approximate ⁊ n̄ impedite potest sequi effectus. ergo si anima est cā totalis actualis noticie genite ⁊ ip̄a materia est disposita sequitur ꝙ semꝑ erit actualis intellectio. qđ ē incōueniēs.

Alia est opinio Gotfridi. ꝙ intellectus nō habet actiuitatē respectu intellectionis. qđ ꝓbaẗ sic. mouens et motū debent esse distincta subiecto. qđ ergo ē in potentia ad recipiendū intellectionē nō ē cuasa actiua intellectionis. qꝛ alias idem esset in potētia et in actu. Sed intellectus recipit intellectionē. ergo nō est cā actiua intellectionis. ergo. ¶ Scđo sic. materia ⁊ efficiēs nō coincidunt in idem. ex. ij. phisi. ⁊. v. metha. Sed intellectus est quasi cā materialis ⁊ receptiua intellectōis. g̊ nō est efficiēs

Tercio sic. relatōes opposite nō sūt ꝯpossibiles in eodem. Sed relatōes mouētis ⁊ moti sunt opposite. ergo nō sunt cōpossibiles in intellectu. Sꝫ intellectꝰ moueẗ ab obiecto. ergo nō mouebit se causando intellectionem qđ g̊ effectiue causabit intellectōem

Respondet ꝙ idem obiectū fm̄ rem efficit intellectionē ⁊ volitionē inꝙ̄tū relucet in fantasmate. Qualiter aūt fantasma sit possibile mouere intellectū possibilem cuꝫ sit in eadem essentia anime ⁊ nō distinguiẗ subiecto. dicūt ꝙ aīa potest cōsiderari dupliciter. vel fm̄ essentiā ⁊ sic non est ꝑncipiū alicuius oꝑationis. vel fm̄ potētias ⁊ tunc aliqua potētia est q̄ determinat sibi aliquā ꝑtem corporis. Aliqua vero nō determinat sibi aliquā ꝑtem corꝑis. ꝑmo mō est fantasma. scđo modo intellectus. qꝛ fantasma determinat sibi ꝑtem corꝑis. intellectus vero nō. Ideo ꝯpaẗ ad ip̄m ac si distingueretẗ ab ip̄o subiecto ⁊ ꝑt ip̄m mouere.

Contra istā opinionē arguiẗ ꝑmo sic. Effectꝰ eqūuocus nō excedit causam in ꝑfectōe sed intellectus ē nobilior fantasmate. g̊. ¶ Scđo sic. actus discursiuus et compatiuus debet esse a causa nō discursiua nec cōꝑatiua. sed intellectio est talis actus. fantasma aūt nō discurrit nec silogizat nec cōꝑat nec format relatiōes rationis. ergo ¶

Tercio sic. tūc sequiẗ ꝙ in angelo in quo non est fantasma non esset noua intellectio. qꝛ mouens ⁊ motuꝫ non essent distincta subiecto. ¶ Quarto cōtra illā opinionē possunt adduci ratōes fundamētales ꝑme opiniōis

Tercia ē opinio Henri. qui dicit ꝙ duplex est intellectio. vna simplex ⁊ confusa. altera discursiua ⁊ distīcta respectu ꝑme intellectus ē passiuus respectu scđe intellectus ē actiuus

Contra. aut intellectus factus in actu fm̄ noticiā ꝑmā confusam ē actiuus virtute sui respectu intellectōis scđe aut virtute noticie ꝑme cōfuse. Si ꝑmo mō videẗ incōueniēs ꝙ intellectus de se potest esse actiuus respectu scđe ⁊ nō respectu ꝑme. qꝛ ꝑ̄ma est ꝑfectior scđa ⁊ eiusdē ratōis cū sint eiusdē obiecti. Si ergo ꝑt eē causatiuus respettu ꝑme de se multo magis respectu scđe. Si scđo modo. cōtra nullū imꝑfectius ꝑt eē formalis ratio causandi actū ꝑfectiorē sed cognitio distincta ē nobilior cognitōe cōfusa. g̊ ¶ Quarto ē opinio

Thome et Egidij qui dicunt intelle-
ctū esse pure passiuū. discordāt aūt
isti. Quia thomas dicit ꝙ obiectuȝ
determinat intellectū et est ratio gi
gnendi intellectionē. Egidius autē
ponit illud speciē existentē in intelle
ctu vel ī sensu. Pro illa opinione ar
guit᷑ p cōmentatorē. iij. de anima.
Intellectus inquit se hȝ ad formas
materiales vniuersales sicͭ materia
ad formas indiuiduales. Et iterum
dicit ꝙ sicut materia in genere enti-
um ita intellect⁹ noster in genere in-
telligibiliū. Et plus dicit. iij. de aīa
ꝙ intellectus nihil ē eoꝝ q̄ sunt ante
intelligere. et. viij. phisicoꝝ dicit ꝙ
intellectus ante hitū est in potentia
essentiali. Ex quo concludit᷑ intelle-
ctū esse pure passiuū. Et cōfirmat᷑
hec ratio sic. Agens indeterminatuȝ
nō pt in actionē determinatā nisi p
aliqđ determinet᷑. Sed intellect⁹ de
se est indeterminatus ad omnē intel
lectionē. ergo oportet ponere aliqđ
determinatiuū qđ est obiectū vel spe
cies. Preterea sicut factio ē for-
maliter p formā qua fantasma assi-
milat᷑ facto. Ita actio ē p formam
qua agens assimilat᷑ obiecto. Sed il-
lud est spēs. g. Cōtra istā opinio-
nē sunt eedē difficultates q̄ sunt po-
site cōtra scđam. Ideo ē alia opi-
nio scoti quā teneo. Qđ ad intelle-
ctū cōcurrunt due cause ꝑciales in-
tegrātes vnā totalē. scȝ intellect⁹ et
obiectū vel aliqđ supplens vicē obie
cti. Qđ autē concurrat intellect⁹ pa
tet ꝑ rationē cōtra opinionē scđam
Et etiā qꝛ tūc nō posset saluari ima
go trinitatis in mente. qꝛ nihil ipius
mentis haberet rationē parentis
Qđ autē concurrat obiectuȝ patet.
tū qꝛ act⁹ ē similitudo obiecti. tū qꝛ
actus distinguit᷑ ſm distinctōem ob
iecti. tū quia nō esset imꝑfectior itel
lectio ꝑfectioris intelligibilis posi-
to eqli conatu ex pte potētie. et sic n̄
esset ꝑfectior intellectio dei q̄ musce
qđ est contra phm. x. ethico. ponētis
felicitatē in speculatione dei. tum qꝛ
tunc esset infinita actiuitas in intel-
lectu inq̄tum esset actiuus respectu
omniū intelligibiliū. qꝛ ad vnā intel
lectionē requirit᷑ alia ꝑfectio in cau
sa quā sit respectus alterius intelle-
ctionis et sic cōtinet virtualiter ꝑfe
ctōnes causarum ꝓpriarum. et ita ha
bēs infinitas causalitates respectu
infinitarū intellectionum est infini-
tum. Qualiter autem iste due cau
se concurrant distinguo de pluribus
causis concurrentibus ad effectum
eundem quia quedā concurrunt ex
equo sicut duo trahentes vnum pon
dus. quedam vero nō ex equo sed ſm
ordinem. et hoc dupliciter vel sic ꝙ
inferior moueatur a superiore et reci
piat virtutem motiuam a superiore
sicut manus mouet baculum cū quo
mouet lapidem. Quedam vero con-
currunt ſm ordinem non ꝙ superior
moueat inferiorem nec quod det ei
virtutem agendi pefectiorē sed supe
rior de se habet ꝑfectiorē virtutē a-
gēdi q̄ inferior. et inferior hȝ imꝑfe
ctiorē sic forte ē de patre et matre re
spectu ꝓlis. Et illo mō cōcurrunt il
le due cause. quia neutra sine altera
potest in effectum totalem. Et si que-
ras que sit principalior. dico quod
intellectus. tum quia intellectus est
illūitatus obiectum vero non. tum
quia intellectu agente ad intellectō
nem obiectum coagit et nō ecōuerso

Intelligimus enim quoniam volumus. ex. iij. de anima. tum quia intellectus est actualior et quanto est aliquid actualius tanto actiuius Si vero obicias contra illa primo. In causis essentialiter ordinatis neutra est perfectio alterius. Sed species est perfectio intellectus. quia est eius forma. ergo non concurrit cum eo ad intellectionem. Secundo sic. vnius operationis oportet dare per se vnum principium. Sed intellectus et species siue obiectum faciunt per accidens vnum ergo non sunt cause intellectionis que est vna operatio per se. Ad primum dico quod accidit speciei inquantum est altera causa partialis quod perficiat intellectum sicut si acuties cultelli poneretur in manu ad scindendum accideret manui talis acuties. Ad secundum dico quod vnius operationis est vna per se causa in suo ordine. sic etiam homo generat hominem et sol et ille due cause non faciunt vnum nisi vnitate ordinis quelibet tamen in suo ordine causandi est vna simpliciter Ad argumenta prime opinionis istius prime articuli concedo quod corpus non potest agere in spiritum vt principalis causa. Ad secundum concedo quod operatio vitalis est a principio vitali vt a causa principali. sed cum illa concurrit obiectum vt secundaria causa. Ad tercium dico quod potentia intellectiua ex imperfectione sua ordinatur ad habendum perfectionem et operationem circa totum ens. et quia non est infinita ideo non potest in se habere totum ens, ergo perfectione intellectus habet actiuitatem sed tamen non omnimodam ideo concurrit obiectum. non sic autem est de aliis formis. quia earum operationes sunt limitate et ex eorum operibus non potest argui infinitas. Ad quartum et ad quintum dico quod bene concludunt intellectum habere aliquam actiuitatem respectu intellectionis quod concedo. Ad argumenta secunde opinionis. Ad primum nego maiorem. Ad probationem cum dicitur idem esset in actu et in potentia. dico quod aliquid esse in actu potest intelligi dupliciter. vel quod sit in actu virtualiter tale vel quod sit in actu formaliter tale. Et eodem modo potest dici de potentia. vnde actus et potentia vniformiter accepta non sunt compossibilia in eodem. sed quod aliquid sit in actu virtualiter tale et in potentia formaliter tale hoc bene est possibile Aliter potest dici ad maiorem per commentatorem. iij. celi et mundi. quod quamuis ista maior habet probabilitatem in corporalibus est tamen falsa in spiritualibus. Aliter potest dici quod est vera in causis vniuocis et autem falsa in causis equiuocis. Et hec solutio redit in idem cum prima. Et ista est intentio philo. viij. phisi. ca. viij. necesse. vbi dicit quod mouens necesse est habere vniuocum. et hoc dicit ibidem Thomas in expositione. vide ibidem.

Ad secundum dico quod materia ex qua non coincidit in idem cum efficiente sed materia circa quam potest coincidere. Ad tercium dico quod relationes de secundo modo relatiuorum, quedam sunt cause et causati que sunt incompossibiles simpliciter, quedam sunt producentis et producti. et iste sunt incompossibiles in eodem supposito non autem in eadem natura quando natura est illimitata simpliciter sicut patet in deo, quedam sunt relationes

mouentis et moti. et quia in illa relatione non est dependentia essentialis ideo huiusmodi relationes nõ repugnãt nec in eadem natura nec in eodem supposito. Tertia opinio non adducit argumẽta ad que oporteat respondere. Ad auctoritates quarte opinionis de similitudinibus cõmentatoris dico quod non sunt omnimode similes sȝ aliquales. Est eñ similitudo q̃tum ad receptionez nõ autem q̃tum ad actionem. Ad pmã autem auctoritatem Aristo. que facit magis dubium dicunt aliqui intellectum possibilẽ eẽ puram potentiam. Contra pura potentia non est receptiua accidentis. Sed intellectus recipit species. ergo. Ideo dico q intellectus est nihil eoꝝ que sunt ante intelligere idest non est intellectiuus sui ante intellectionẽ alicuius fantasiabilis. q2 nihil intelligimus sine fantasmate. iij. de anima Ad pmam pbationem dico q indeterminatio est duplex. quedam potẽtie actiue. quedam potentie passiue pmo modo est sol. secundo modo materia. indeterminatum autem isto secundo modo oportet determinari p aliud. sed pmo modo non. et talis determinatio competit intellectui.

Ad scdm dico q similitudo obiecti concurrit vt causa ptialis. Quantum ad scdm articulum est vna opinio Henrici distin. v. q. xiiij. q angelus non cognoscit se per suam essentiam. sed per habitum scientialez in quo psentatur essentia sua sicut et essentia alioꝝ. Sed quia illa opinio communiter non tenet et patebit magis in questione sequenti. ideo hic ptermittatur. Sȝ est vna alia opinio quam recitat Varro q angelus intelligit se per suã essentiã. quod declaratur sic. Quanto aliquid ẽ magis absolutum a materia tanto magis ẽ intelligibile obiectiue et actiue. quia immaterialitas est causa intellectionis p Auicen. ix. methaphi. Sed angelus est maxime absolutus a materia. ergo est maxime intelligibilis obiectiue ita et actiue. Et tunc vltra. Sicut est intelligibilis obiectiue ita et actiue. sed obiectiue ẽ intelligibilis per essentiaȝ suam. ergo et actiue. Et addit illa opinio q cum angelus intelligit se per suam essentiam intellectõ non distinguitur ab essentia et potentia quia actus recipit speciem ab obiecto et a subiecto tum quia medium non est minus idẽ alteri extremo quã extrema sunt eadem inter se. Intellectio aũt mediat inter potentiam et essentiam intellectiuam que sunt idem. Vlterius ex illo dicto sequuntur duo. vnum q angelus semper intelligeret se. quia ex quo intellectio idem est cum essentia et essentia semper manet ergo et intellectio. Scdm q sequitur est qd angelus intelligeret plura et plura potest enim intelligere aliud a se et cum hoc semper intelligit se. Contra istam opinionem arguit ipsemet opinans dupliciter. Primo sic. Qd est pprium dei non competit creature. sed intellectionem idem esse cum essentia est pprium dei. ergo non cõpetit creature siue angelo. Secũdo adducitur inconueniens iam tactuȝ scȝ q angelus intelligeret plura et plura. Ad primum dicit q pprium est dei q intellectio sui et alioꝝ sit idem cũ essentia. hoc aũt nõ cõpetit

angelo. quia intellectio angelorum non est idem cum essentia sua. Ad secundum dicit quod non est inconveniens angelum intelligere plura si talia habent connexionem inter se et ad eum. Contra istam opinionem arguit Varro primo sic. Nihil est quod seipsum gignat per Augustinum .j. de trinitate. sed intellectus angelicus gignit sui noticiam sive intellectionem. ergo ista intellectio non est idem cum ipso. Secundo sic. Augustinus .ix. de trinitate dicit. Quando anima amat se alia res est amans alia amor. ergo similiter est ex parte intellectus angeli. Tercio formatur ratio sic. Cum angelus habuerit inordinatam dilectionem sui peccando. si iste actus est idem cum essentia sua et essentia fuit immediate creata a deo sequitur quod fuisset creatus a deo cum aliqua malicia. quod videtur absurdum. sicut patebit .iiij. et .v. distinctione. Item si propter annexionem angelus posset intelligere plura cum omnia entia universi sint ad idem vel ad invicem connexa. ex .xij. metha. tunc posset angelus simul omnia intelligere et totum universum. Ad primam opinionem cum dicitur quod actus accipit speciem ab obiecto nego secundum idemptitatem concedo autem secundum specificationem. quia aliud et aliud obiectum et alio et alio modo specificat actum. Ad aliud de medio potest dici uno modo quod intellectus non mediat sed est sicut extremum quod causatur ab utroque. Aliter potest dici distinguendo de medio quod est medium per participationem extremorum sicut patet in coloribus. et de hoc verum est quod assumitur. Alio modo est medium per abnegationem sicut est intellectio. et de tali medio est falsum. Est ergo tercia opinio concordans cum precedenti in prima conclusione quam teneo quod angelus intelligit se per suam essentiam ita quod essentia sua est ratio cognoscendi. Istam conclusionem probat Scotus primo sic. Omnis causa partialis que est in actu perfecto sibi proprio potest causare sibi correspondentem effectum et quando est unita alteri cause partiali potest cum ea perfecte causare. Sed essentia angeli est de se in actu perfecto correspondente obiecto ut obiectum habet causalitatem partialem ut declaratum est in primo articulo. ergo ipsa unita alteri cause partiali puta intellectui potest habere perfectum actum intellectionis respectu sui. Secundo sic. non minoris efficacie est essentia angelica quam species rei sensibilis. Sed species rei sensibilis presens intellectui est sufficiens ratio cognoscendi se. ergo non minus essentia angelica presens intellectui est ratio cognoscendi se. Contra ista dicta obicitur primo. nihil est alicui ratio operandi operatione immanente nisi informet illud. Sed essentia angeli non informat intellectum angelicum. ergo non est ei ratio operandi operatione immanente sicut est intellectio. Secundo sic. Si ratio secunda valet videtur quod quelibet entitas sit per se ratio intellectionis cum ipsa etiam non sit maioris efficacie quam sua species. Ad primum dico quod si ponerem intellectum esse causam totalem intellectionis. argumentum esset difficile sed tenendo ut posui in primo articulo quod intellectus habet suam causalitatem non oportet quod obiectum infor-

met intellectum nec econuerso. quia
neutrum dat alteri actum partialez
pertinentem ad suam causalitatez p
tialem. Ad secundum dico qꝫ non
est simile de intellectu nostro ꝛ ange
lico ꝑ statu isto. quia nulla substãtia
a nobis est ꝑ statu isto p se intelligi
bilis. Tunc enim possemus natu
raliter cognoscere absentiam substã
tie panis in corpore cristi. Et si in
tellectus noster intelligeret ꝑ statu
isto sine fantasmate difficile essz sol
uere. Ad primum principale põt
cõcedi qꝫ anima intelligit se p essen
tiam suam nisi habet impedimentũ.
sed ꝑ statu isto habet impedimentuz
quia nõ immutatur primo nisi a fan
tasiabili. ex. iij. de anima. hoc autem
impedimentum non est in angelo
Ad scõm potest pmo simpliciter ne
gari minor. quia singulare cum per
se includat rationem entis quod est
primum obiectum intellectus nostri
poterit per se intelligi. quod si nõ in
telligitur hoc est ꝓpter defectum in
tellectus nostri qui tamen defectus
non reperitur in angelo. Aliter dici
tur qꝫ minor ẽ falsa de singulari im
materiali vera autẽ de singulari ma
teriali. Ad tercium dico sicut ad pri
mum. Ad quartuz negetur maior
si simpliciter sumitur. quia sequitur
quod intellectus esset nihil cuz intel
ligẽdo reciperet ens ꝛ denudaretur
ab ente. vnde ista maior potest con
cedi in potẽtijs organicis. tamẽ hoc
habito qꝫ sit potentia non organica
non oportet ipsam esse tale realiter
quale est cuius debet esse receptiuũ
sicut est intellectus.

Sequitur videre de cognitio
ne angelorum per compara
tionẽ ad res creatas. Et cir
ca hoc queruntur duo. Primo vtrũ
ad hoc qꝫ angelus distincte species
creaturarum alias a se cognoscat re
quiratur necessario qꝫ ꝓprias et di
stinctas rationes cognoscendi eas
habeat. Videtur qꝫ non. quia quod
cõtinet virtualiter aliud est ratio co
gnoscẽdi ipm. sicut patet de essentia
diuina. Sed essentia angeli continet
virtualiter istas essentias creatas. g
est sufficiens ratio ad cognoscen
dum eas. Probatio minoris. tum
qꝛ forme sunt sicut numeri. viij. me
tha. tum quia vegetatiuum est in sen
sitiuo et sensitiuum est in intellecti
uo. sicut trigonuz in tetragano. ꝛ te
tragonuz in pentagono. ex. ij. de ani
ma. Preterea. quod est ratio in
telligendi in intellectu est eius p fe
ctio naturalis. sed species rei create
et materialis non potest esse perfe
ctio intellectus angelici. ergo. Pro
batio minoris. Illa species est im p
fectior re materiali que se habet ad
eam sicut mensuratum ad mensuraz
Sed res materialis non potest esse
perfectio intellectus angelici. ergo.
nec species. Cõtra pluralitas spe
cieruz aut repugnat angelo ꝓpter p
fectionem. aut ꝓpter imperfectionez
non propter imperfectionem qꝛ cõ
petit intellectui infimo puta huma
no. nec ꝓpter perfectionem. quia cõ
petit intellectui summo id ẽ diuino
in q̃ sunt destincte idee. g. Respõsio
B sũt tres articuli ꝯm tres opiões

Prima est opinio henrici quodlibe. xj. q. xiiij. q angelus omnes quidditates cognoscit per vnum habitum scientialem. Modus ponendi e iste Quia licet habitus sit in intellectu sicut forma in subiecto, obiectum tamen resplendet et est in eo obiectiue Et licet ille habitus sit de pma specie qualitatis tamen super ipm fundatur ad scibile respectus essentialis qui ab eo absolui non potest. nec potest capere habituz nisi capiat scibile respectu cuius est pter naturalem colligantiam correlationis qua habet ad illud. Et si queratur quo p vnum habitum sunt plura obiecta p sentia realiter. Respondetur q simile est hic et in habitu scientiali cuius obiectum contmet multa intelligibilia circa que est scientia. Et si queratur vlterius quomodo ille habit' reducit intellectum angeli de potetia ad actum intelligendi. dicitur q intellectus ageli illo habitu creato naturaliter inclinatur ad intelligendu quidditates rerum simplicium quemadmodum graue inclinatur deorsuz Et tanto magis inclinatur ad intelligendum hoc quam illud quanto essentialius ordinatur ad vnum qua ad aliud. vt ad intellectum essentie agelice q alterius et cum factus e intellectus in actu pmo ad intelligendum primum tunc ex imperio voluntatis copulante discurrit ad singula tam complexa quam in complexa

Pro ista conclusione quatum ad conclusionem pncipalem scz q angelus cognoscat omnia per habitu scientialem. arguitur pmo sic. In anima non sunt nisi tria. scz potetia habitus et passio. ex. ij. ethicoz. Sed ratio intelligendi in angelo non potest esse potetia sua. quia sic aliquod naturale esset sufficiens principium representandi oia cognoscibilia. nec potest esse passio quod certum e. ergo relinquitur q sit habitus. Secundo sic. in intellectu non habente habitum non potest generari habit' per freque tes actus elicitos. ergo si in angelo non esset concreatus habitus scibilis ad cognoscendu posset in se generare talem habituz. Et sic esset in potentia essentiali sicut intellectus noster quod est inconueniens Tercio sic. Dionisius dicit in libro de diuinis nominibus. ca. vij. q connexio vniuersi consistit in hoc q supremum inferiorum coniugatur cuz infimo superiorum. Sed supremuz in cognitoe humana e q cognoscat prompte per habitum scientiale. ergo huiusmodi cognitio ponenda est in angelo. Quarto sic. si nulla alia esset ratio nisi q species sine habitu non sufficit ad pfectam cognitionez et habitus perfectus sine specie sufficit. tunc frustra ponitur species ad actu intelligendi Vltimo sic. In volutate no ponunt aliq plura vt pncipia volendi diuersa obiecta, ergo nec in intellectu oportet ponere diuersa principia intelligendi sed sufficit vnus habitus in intellectu perfecto Contra istam opinionem arguitur sic et probatur q non potest esse vna ratio creata in angelo que sit ratio cognoscendi omnes quidditates. Quia vbi pluralitas numeralis requirit maiorem perfectionem ibi infinitas pluralis requirit infinitam perfectionem. Exemplu si posse portare decem pondera requirit

maiorem virtutem q̄ portare duo. tunc posse simul portare infinita requirit infinitam perfectionem. Sed aliquid esse distinctam rationem cognoscendi plures quidditates requirit maiorem perfectione. ergo esse rationem distincte cognoscendi omnes quidditates requirit infinitam perfectionem et sic iste habitus infinit⁹ est infinitus in perfectione. Minor ꝓbatur. tum quia in deo ponitur infinitas ex infinitate representatiuorum. tum quia representatiuum vnius est alterius rationis a representatiuo alterius. et quodlibet dicit perfectionem. quia non posse representare in representatiuo dicit carentiam perfectionis Secundo sic. omnis ratio cognoscendi vna hꝫ vnum adequatum obiectum in quo includuntur perfecte oīa cognoscibilia per illam rationem. Sed ipa vna ratio siue habitus qui ponitur ratō cognoscendi non habet aliquod primū obiectum includens virtualiter omnes quidditates creatas et cognitas ergo. Probatio maioris. tum qꝛ per exemplum de essentia diuina vt est ratio cognoscēdi ⁊ vt est obiectū cognitum. tum per rationem q̄ vnitas posterioris naturaliter depēdet ab vnitate prioris. Sed omnis ratō cognoscendi creata se habet ad obiectum cognitum sicut mensuratuꝫ ad mensuram. Et ita sicut posterius ad prius naturaliter ergo eius vnitas dependet ab vnitate obiecti. Tertio sic. omnis ratio cognoscēdi vna potest habere actum sibi adequatuꝫ vnum. Sed ista ratō que ponitur ratio cognoscendi respectu pluriū q̄ditatum non potest habere vnum actus adequatum sibi. quia ſm eos intellectus non potest distincte intelligere plures quidditates. ergo. Probatur maior. qꝛ memoria pfecta potest habere actum sibi adequatum. vnde ⁊ memoria ifinita patris in diuinis est principium producendi noticiam actualem infinitam. Contra istas rationes īstatur. quia forma ꝓductiua plurium non oportet q̄ habeat vnum primum obiectum in quo continentur omnia alia obiecta. vt patꝫ de forma solis respectu formaꝝ generabilium. nec etiam oport et q̄ habeat actum vnum sibi adequatuꝫ sed plures. Responsio. non est simile de principio limitato de productiuo extra se ⁊ de principio productiuo cuius est actus extra manēs vt patet per philosophum. j. ethicoruꝫ et. ix. metha. Quarto arguitur pncipaliter contra opinionem sic. Intellectus non eodem modo formaliter nouit habitualiter plura qui potest sine contradictione noscere habitualiter hoc ⁊ non noscere illud. Sed omnis intellectus creatus potest noscere vnum obiectum ⁊ non aliud. ergo nullus talis nouit habitualiter eodem modo plura obiecta Probatur minor. quia nō posset noscere habitualiter a absq̧ hoc q̄ cognosceret b. sine contradictione. vel hoc esset ex parte talis intellectus. quod patet esse falsum. vel ꝓpter necessariam colligantiam obiectorum quod est falsum. quia potest vnum eorum ab intellectu nostro ītelligi altero ñ intellecto. Quinto sic. Includentia rationes primo seipis diuersas non possunt distincte cognosci per vnum commune representa-

tiuum. nihil enim est quod sit ratio conuenientie et differentie vt sic. quia cuncte creature includunt rationes primo seipsis diuersas ex questione de indiuiduatione. ergo etc. Ulti timo sic. quod dicitur de ideptitate respectus ad habitum fuit improbatum. iiij. q. prime distincionis. articulo. ij. Secunda est opinio Thome parte prima questione. lv. articulo. iij. Quod quanto angelus est superior tanto intelligit per species pauciores. Unde si in angelo infiniti ordinis sunt species in angelo supremi ordinis est tantum vna per quam cognoscit omnia. Quod probatur primo sic. Quanto aliquid recipitur in magis potentiali. tanto est magis contractum. sed forma recepta in intellectu supremi angeli recipitur in intellectu qui magis recedit a potetialitate. ergo ipsa erit minus contracta et magis vniuersalis et per consequens plura representabit. Secundo sic. quanto angelus est superior tanto magis appropinquat deo. sed deus omnia intelligit per vnum quia per essentiam suam. ergo angelus superior intelligit per species pauciores. Ista est ratio Thome in corpore questionis vbi supra. Tercio sic. receptum est in recipiente per modum recipiētis. Sed angelus superior est perfectior et vniuersalior. ergo species recepta in eo est vniuersalior. Quarto sic. Dionisius. xij. capitulo angelice ierachie dicit. Angeli superiores habent vniuersaliorem scientiam. Contra istam opinionem sunt sex rationes prime contra precedentem opinionem.

Ideo dico aliter ad questionē quod in angelo sunt distincte rationes cognoscendi ad distincta cognoscibilia que rationes quāuis a quibusdā vocentur habitus. verissime tamen dicuntur species. Et per hoc patet ad primum prime opinionis. de. ij. ethicorum. dico quod aliquid est in anima vt species quod largo nomie potest dici habitus inquantum est quedam qualitas de difficili mobilis. Ad secūdum dico quod si in angelo sunt concreate species respectu cognoscibilium tamen non potest in se generare alium habitum a specie. Si vero deus crearet vnam nouam speciem tūc angelus possit accipere vel acquirere speciem illius creature. sicut patebit in questione sequenti. Et cum dicis. ergo est potentionalis sicut videtur nego consequentiam vt infra patebit. Ad tercium de Dionisio dico quod supremum in inferiori est infinitum in superiori vbi non repugnat superiori tale supremum. hoc autē repugnat quando in nobis habitus est perfectio supplens iperfectionem intellectus nostri pro quanto de se non est summe habituatus quod non ponitur in angelo. Ad quartum dico quod si nō esset alia ratio. etc. vt tu dicis. dico quod si ibi est potentialis habitus non tamen sufficit sine specie. Uel aliter Illud quod tu vocas habitum ego voco speciem. sed tu ponis vnum ego pono plures. Ad vltimū dico quod si obiectum appetibile esset prius appetitui illa presentialitate qua ē presens ipsi intellectui. requirerentur in appetitu proprie ratiōes quibus obiecta diuersa essent presentia. sed sup

positum est falsum ideo non valet. Ad argumentuz alterius opinionis concedo q in angelis superioribus sunt species vniuersaliores sumpta vniuersalitate pro limpiditate non pro maioritate extensiua. et hoc patet per commentatorem lincon. per tractans verba Dionisij prealligata q angeli superiores habent vniuersaliorem scientiam id est limpidiorem. Et per hoc patet ad omnes rationes. Ad primum de receptione dico q ista receptio est penes limpiditatem. Et si obicias per instantiam de sensu et intellectu q species in intellectu est vniuersalior q in sensu dico eodez modo q nunquam distincte species in sensu faciunt vnum in intellectu. Sed dicitur vniuersalior que est in intellectu. quia limpidior. Eodem modo ad aliud. angelus enim superior est propinquior deo in limpiditate non in paucitate representatiuorum. Ad primum principale nego minorem. Ad probationez de numeris et figuris dico q intentio philosophi est de speciebus subalternis non autem de speciebus specialissimis. Ad secundum dico q perfectio est duplex scilicet substantialis et accidentis. Species autem quamuis non possit esse perfectio intellectus angelici substantialiter potest tamen ipsum perficere accidentaliter.

Secundo quantum ad cognoscibilitatem quam habet angelus de creaturis quero. Utruz angelus cognoscat res sensibiles per species innatas vel acquisitas. Videtur q non per species acquisitas. quia auctor libri de causis propositione. ix. dicit q intelligentia est plena formis. Sed non esset plena formis si acquireret species. ergo Preterea Augusti. xij. super Gen. ad litteram dicit q agens est in prestantius patiente. sed corpus non est prestantius spiritu. ergo corpus non potest agere in spiritum vel angeluz imprimendo ei speciem. Preterea angelus est medium inter deuz et hominem. Sed deus quicquid intelligit. intelligit per rationes non aliunde acceptas. homo autem intelligit per species aliunde acceptas. ergo angelus medio modo se habebit videlicet quicquid intelligit intelligit per species non aliunde receptas sed sibi concreatas. In contrarium arguitur sic. Cognitio fit per simile. ij. de anima. Sed angelus cognoscit singulare. ergo habet in se similitudinem singularis sed similitudines omnium singularium non sunt sibi concreate. quia tunc essent infinite. ergo alique erunt a rebus acquisite. Responsio. hic sunt duo articuli. primus recitabit diuersas opiniones. in secundo dicetur ad questionem secundum veritatem. Quantum ad primuz articulum est opinio Thome prima parte. q. lv. ar. ij. qui dicit q angelus non accipit aliquam noticiam a rebus intelligendo per species acquisitas. sed omnia intelligit per species innatas quod probatur primo

Si angelus cognosceret per species acquisitas tunc haberet intellectum agentem et possibilem et hoc est falsum. Probatio minoris. Primo quod non habeat intellectum agentem. quia intellectus agens est ubi primum obiectum intellectus est intelligibile in potentia. Sed primum obiectum intellectus angelici est in actu intelligibile. quia immateriale.

Non etiam habet intellectuz possibilem. quia intellectus possibilis quandoqz est in potentia. Intellectus autem angeli semper est in actu

Secundo sic. perfectius ens est angelus quam celum. Sed celuz habet qualitates et perfectiones suas sibi concreatas et non aliunde acceptas. ergo multo magis angelus et sic non intelligit per species rebus acceptas. Tertio sic. Sicut se habet modus essendi anime ad modum essendi angeli. sic modus operandi ad moduz operandi. Sed modus essendi anime dependet a corpore modus autez essendi angeli non. ergo nec eius operatio siue intellectio dependet a corpore. sed dependeret a corpore si intelligeret per species acquisitas. ergo. Quarto sic. ab extremo in extremum non conuenit transire nisi per medium. Sed inter sensibile et intelligibile est medium imaginabile siue fantasiabile. In angelo autez nõ erit tale medium. ergo nec transitus

Notant autem aliqui sequẽs istã opinionez quinqz differentias inter intellectum angelicum et humanum Prima est quod obiectuz intelletus nostri est ipsa quidditas rei et nõ illud cuius est quidditas. Obiectum aũt intellectus angelici est utrũqz. Secũda differentia est quod obiectum intellectus nostri est uniuersale tantum. obiectum autem angeli est uniuersale et particulare. Tertio differentia est quod intellectus noster non potest plura intelligere uno simplici verbo. intellectus autem angeli potest. Quarta quod intellectus noster nõ potest plura ĩtelligere ut plura nisi pluribus se conformet. Intellectus angelicus potest plura intelligere per unam speciem que est plurium representatiua. Quinta est quod intellectus noster non potest aliquid intelligere de nouo nisi aliqua mutatione circa ipsum intellectum. Intellectus autem angelicus potest solummodo facta mutatione in obiecto Contra istam opinionem arguitur primo sic Angelus hebet intellectum agentez et possibilẽ. ergo potest accipere noticiam et speciem a rebus. Consequentia patet per eos. Antecedens probatur per Scotum sic. potentia actiua que non est imperfectionis in aliqua creatura non est negãda a superiori creatura que est superior quantum ad hoc. Sed angelus est superior homine intelligente et intellectus agens non est in eo imperfectionis imo perfectionis. ergo non est negandus ab angelo. Sed forte illa probatio non valet quia poneretur ab aduersariis quod intellectus q̃ ponitur in angelo est perfectior et eminẽtior intellectu agẽte in nobis. Ideo non oportet quod ponatur intellectus agens. quia superflueret. Ideo probatur antecedens per eundem et melius. In omni eo quod recipit for-

mam necesse est dare materiam vel naturam receptiuam illius forme Sed angelus recipit aliam speciem a se. ergo habet rationem receptiuã istam. Sed hoc est intellectus possibilis. ergo habet intellectum possibilem et per consequens intellectum agentem. Confirmatur dupliciter Primo. quia si deus creasset anime nostre species omnium intelligibilium adhuc esset in ea ĩtellectus agẽs et possibilis. Confirmatur secundo de anima cristi que videbat om̄ia in verbo diuino et tamẽ erat in ea intelleactus agens et possibibilis. Ad rationes autem suas.

Ad primum cum dicit non est in angelo intellectus agens. quia eius obiectum primum est in actu dico ꝙ equiuocas de primo. Est primum obiectum adequatum adequatione pfectionis de quo non intelligitur de ꝓposito. Et est primum obiectum adequatum adequatione predicationis sicut est ens et in isto modo non est inconueniens obiectum intellectus angelici esse in potentia Ad secundũ dico ad propositum ꝙ si istam perfectionem necesse est a deo creari ad quam se non potest actio nature extendere tunc oportet ꝙ sit a deo immediate. sed sic est in proposito. Nam qualitas celi non potest in virtute propria actiua tota natura creari. Recepto autem speciei in angelo potest fieri in virtute intellectꝰ angelici. ergo. Ad tercium dico ꝙ angelus dependet a corpore dependentia accidentali quãuis non depẽdat dependentia essentiali. sicut in intellectiõe nostra anima quodammodo dependet ab obiecto. Ad quartum dico. ꝙ illud quod est medium in vitute minori nõ oportet ꝙ sit medium respectu virtutis maioris. Exemplũ de calido magis et minus intenso. nam calidum magis intensum non oportet ꝙ transeat per tot media in calefaciendo sicut minus intensum. Sed intellectus angelicus est pefectior et virtualior ꝙ̃ intellectus noster. ideo non oportet ꝙ ptranseat mediũ ymaginatiue. Ad quintum dicendum ꝙ non est inconueniens plura acccidẽtia eiusdẽ speciei esse in eodẽ subiecto ista sunt diuersorum que includunt rationes ꝑmo seipis diuersas. Singuluria autẽ vt patet ex questione de indiuiduatione includunt rationes id est gradum vel rationes indiuiduales ꝑmo seipis diuersas. ergo. Est autẽ alia opinio Henrici que dicit ꝙ angelus nõ cognoscit per species acquisitas sed omnia cognoscit per vnum habitum scientialẽ, qui est sibi a deo concreatus. quod probaꝫ primo sic Sicut res se habet ad esse ita ad cognosci. ex. ij. metha. sed singulare nõ addit aliquid positiuum supra vniuersale. ergo cognitio eius nõ addit super cognitionem vniuesalis. Sed habitus a deo creatus angelo est ratio cognoscendi vniuersale. ergo et particulare. Secundo sic. Omne apprehensiuum alicuius obiecti debet esse determinatiuum respectu illius. ergo si intellectus ãgelicus potest recipere noticiam ab ipis singularibꝰ tũc esset determinatior et magis limitatus ꝙ̃ intellectus humanꝰ

Tercio sic. Si intelligeret singu-
laria primo posset de ipis acquirere
per diuersos actus habituz iuxta vi
am philosophi. ij. ethicorum. Et sic
de singularibus posset esse habitus
scientialis quod est contra philoso-
phum. vij. methaphisice. Quarto
sic. Si singulare esset per se cognitū
esset primo presens intellectui ange
lico. et tunc vel per essentiam angeli
quod non conceditur. vel per habitū
scientialem. quod non videtur. quia
est ratio cognoscendi vniuersalia. vel
est presens per seipm. quod non vide
tur. quia nihil mouet intellectum ni-
si in ratione primi obiecti. primū au
tem obiectum intellectus creati est
vniuersale. ergo. Quito sic. Si an
gelus cognosceret per receptionem
specierum tunc posset cognoscere pe-
trum et nicolaum. quia sunt eiusdem
speciei cum species ab ipis abstracte
et in intellectu reposite essent eiusdē
speciei. et tunc duo accidētia eiusdē
speciei essent in eodem subiecto.

Contra istam opinionem de habitu
scientiali est argutum in questione
precedenti. Ideo tantūmodo di
co ad rationes eius. Ad primaz q̄
habet minorem falsaz. sicut patet in
questione de indiuiduatione. Ad
secundum dico q̄ nō est imperfectio
nis cognoscere singulare. quia hoc
competit intellectui diuino quāuis
hoc neget iste maledictus Auerrois.
nec ex hoc arguitur aliqua limitatio
vel determinatio in intellectui ange
lico sicut nec in intellectu diuino
Ad tercium dico q̄ sciētia est respe-
ctu quidditatum per se. Indiuiduū
autem vel singulare vt p̄scindit a ra
tione quidditatiua et specifica nō di
cit quidditatem ex questione de in-
diuiduatiōe. ergo. Ad quartū di-
co q̄ est equiuocatio de pmo et p se.
vt declaratur li. j. q. de primo obie-
cto intellectus. vbi habetur istud p̄n
cipium q̄ quicquid includit rationē
obiectalem alicuius potentie ē mo-
tiuum illius potentie. Sed singula-
re includit rationem obiectalem in-
tellectus creati. quia includit ratio
nem entis. ergo Ad quintum dicē
dum q̄ non ē inconueniens plura ac
cidentia eiusdem speciei esse in eodē
subiecto quādo ista sunt respectu di
uersorum que includunt rationes p̄-
mo seipis diuersas. Singulare autē
vt patet ex questione de indiuidua-
tione includit rationes id est gradus
vel rationes indiuiduales primo se-
ipis diuersas. Est ergo alia opi-
nio Richar. li. ij. distin. iij. qui dicit
q̄ omnia corruptibilia cognoscit an
gelus per species innatas. corrupti-
bilia vero per species receptas. qđ
probatur primo sic. quia si angelus
cognosceret omnia per species inna
tas tunc ita bene cognosceret futura
contingentia sicut presentia quod ē
falsum. consequentia probatur per
Aristo. ij. de anima qui dicit q̄ intel
ligimus quādo volumus quia habe-
mus speciez apud nos. sed facta ipo
tesi ita sequitur in angelo Prete
rea secundo sic. sicut se habent ydee
ad res ydeatas sic se habet species
ad res specificatas. sed quia in deo
ab eterno fuerunt ydee omniuz. ideo
ab eterno omnia cognouit. Simili-
ter si in āgelo sunt species omniū cō
create potuit oīa futura cognosce
re. dicunt aliqui q̄ non sequitur. q2
res existens aliam habet relationem

ad suam speciem in intellectu ange/lico quod habet antequam esset. Contra illa relatio vel est in fundamento ex natura fundamenti. et tunc posito fundamento poneretur relatio. vel est ex termino. et tunc ad minus notici/am illius relationis capiet ex termi/no. Dico ergo sequendo opinionem istam quantum aliqualiter diminute di/cat quod angelus accipiat noticiam ab istis singularibus et intelligit per spe/cies a rebus abstractas. Et pono qua/tuor conclusiones. Prima est quod an/gelus potest recipere noticiam a singula/ribus vt singulare est. Secunda conclu/sio est quod si habeat noticiam singularis vt singulare est non acceptam a rebus adhuc accipit noticiam existentie a/ctualis rei vel non existentie. Ter/cia conclusio est quod noticiam intuitiuam singularium necessario recipit a re/bus. Quarta conclusio est quod spe/cies vniuersales potest recipere a re/bus si non essent sibi concreate.

Primam conclusionem probo. angelus potest cognoscere singulare vt singu/lare est. tum quia hoc non est imperfectionis cum competat intellectui diuino. tum quia illa cognitio intellectui angeli/co non est improportionata. sed non potest cognoscere singulare vt singulare sub ratione vniuersalis. quia singulare aliquid addit ad vniuersale ex questio/ne de indiuiduatione. ergo cognoscit singulare per propriam speciem. sed non est probabile quod sint sibi concreate species omnium singularium quia cum talia sunt in/finita haberet species infinitas.

Secundam conclusionem probo ex noticia abditatum vniuersalium cum sit necessa/ria non potest cognosci complexio contingens sed essentie rerum sunt contingentes. ergo

Tertiam conclusionem probo sic. impossi/bile est cognitionem intuitiuam que va/riatur ad variationem obiecti esse per representationem quod vniformiter se habet. sed species representatiue vniuersalium vniformiter se habent co/gnitio autem intuitiua variatur secundum mutationem obiecti. ergo. Quartam conclusionem probo sic. probo hoc quod illud quod non repugnat intellectui infi/mo puta humano ergo nec perfectio/ri id est angelico. Ad rationes in contrarium. Ad primum potest ne/gari auctoritas libri de causis. si au/tem velim ipsam recipere dico quod in/telligentia est plena formis vniuer/salibus non tamen singularibus.

Ad secundum dico quod nullum corpo/rale potest agere in spiritum vt cau/sa totalis. bene tamen potest a causa parti/alis vt dictum est in questione. Vtrum angelus cognoscat se per suam essen/tiam. Ad tercium concedo quod ange/lus cum sit natura medium inter deum et hominem habet aliquam noticiam quam non ac/cepit a rebus sicut est noticia vniuer/salium.

Vltimo quantum ad materiam de angelorum cognitione. Que/ro vtrum in parte intellectiua ponantur species propter poten/tialitatem intellectus vel propter absen/tiam obiecti. quod ponantur propter potentiali/tatem intellectus probatur sic. Qualis est pro/portio sensus ad sensibile mediante spe/cie sensibili eadem est proportio intellectus ad intelligibile mediante specie rei intel/ligibilis sed species requiritur in sen/su propter potentialitatem potentie et non propter absentiam obiecti. quia presente sensibili sensus infor/matur specie. sicut patet de visu. ergo

In contrarium arguitur. Quia vni
us operationis est vnum principiū
per se. sed intellectio est vna actio vł
operatio. ergo habet vnum principi
um per se. sed ex intellectu et specie nō
fit vnum per se imo vnum per acci-
dens. ergo species non requiritur in
intellectu vt mediet inter potentiā
et actum tanq̄ principium istius a-
ctus. ¶ Responsio. hic sunt duo ar
ticuli. ¶ Primo si in intellectu ē po
nenda species ¶ Secundo dato q̄
sic erit videndum de principali pro-
posito. ¶ Quantum ad primum ar-
ticulum est opinio Henrici et God-
fridi q̄ nulla species sit in intellectu
sed solum in fantasmate. quorum ra
tiones et improbationes habētur in
summa li. j. distin. iij. ideo eas nūc p̄-
termitto. Et suppono cum opinione
Scoti et est fere quasi omnium alio
rum q̄ in parte intellectiua est ponē
da species. Et tunc ad secundum ar-
ticulum accedo vbi sunt due opini-
ones contrarie. Vna ē Thome p̄te.
j. q. lxxxv. ar. ij. qui ponit q̄ species
ponende sunt in intellectu ꝓpter ma-
terialitatem ipsius intellectus. qđ p̄
batur primo sic. Quia cognitō fit p̄
assimilationem. ideo si intellectus
aliquid cognoscit oportet q̄ ei p̄mo
assimiletur. sed nō assimilatur nisi
per speciem. ergo. ¶ Secūdo sic. om
ne illud quod est ex se indetermiātū
ad plures actus ad hoc q̄ vnum eli-
ciat oprotet q̄ per aliquid determi-
netur. sed determinatur per speciē
ergo. ¶ Tercio sic. si in parte intelle
ctiua poneretur species propter ab
sentiam obiecti et non ꝓpter poten-
tialitatem potentie tunc omnes in-
tellectiones essent eiusdem speciei et
per consequens omnes scientie qđ ē
falsū. consequentia probatur. quia
intellectus qui est principium intel
lectionis est eiusdē rationis specifi-
ce. ¶ Quarto sic. sicut se habet ma-
teria ad formas particulares sic se
habet intellectus ad formas vniuer
sales. sed forme particulares deter-
minant formam ad actum. ergo.
¶ Quinto sic. si species poneretur ī in
tellectu propter absentiam obiecti
precise tunc intellectus haberet fie-
ri immediate in ipām speciem. et sic
species esset primarium obiectū in
tellectus et non res cuius est species
¶ Ista opinio quibusdam non pla-
cet sed arguunt contra eā primo sic.
Quanto aliquid est magis separatū
a materia tanto magis fm se est in-
telligibile actiue sicut patet. iij. de a
nima. et per Auicen. ix metha. sed in
tellectus tam angelic9 q̄ humanus
est immunis a potentialitate mate-
rie ergo sine omni specie poterit eli
cere actum intellectionis. ¶ Secun
do sic. quanto aliquid plus habet de
entitate positiuam tanto est magis
actiuū. sed inter omnes formas for
ma intellectiua habet plus de entita
te positiua. ergo erit magis actiua.
sed alique forme materiales sine om
ni superaddito possunt elicere suos
actus sicut patet de formis elemen-
torum. ergo. ¶ Tertio sic. quando
cunq̄ aliqua duo concurrunt ad ali-
quem actum eliciendum illud quod
est causa formalis est magis poten-
tia actiua. sed si intellectus concur-
rit cum specie ad intellectionem spe
cies erit sic cā formalis et determina
tiua intellectus. ergo erit magis poten-
tia actiua q̄ intellectus qđ ē falsum

Qui vult tenere istam secundã opinionem que forte ꝓbabilior est pt dicere ad rationes pme opinionis. Ad primum ꝙ cognitio fit per assimulationem non penes speciem sed penes actum. Est enim actus similitudo obiecti. Ad secundũ dico ꝙ duplex est indeterminatio. vna potẽtie passiue. ⁊ de illa est vera maior argumenti. alia est indeterminatio potentie actiue. ⁊ de ista maior est falsa. Intellectus autem est indeterminatus indeterminatõne potentie actiue. Ad tercium dico ꝙ non sequitur ꝙ omnes intellectões sunt eiusdem speciei. ꝓ eo quod transit ꝑ suum actum super obiecta differentia specie sicut sol per eandem virtutem inquantũ super obiecta diuersa transit habet dissoluere glaciem et desiccare lutum. Ad quartum dico ꝙ illa similitudo non ẽ omnimoda sed aliqualis. Est eñi similitudo in hoc ꝙ materia inquantũ recipit ẽ in potentia passiua ⁊ similiter intellectus sed est dissimilitudo. quia materia videtur esse ꝑcise potentia passiua intellectus autem non solum videtur esse potentia passiua sed etiaꝫ quodammodo potentia actiua. Ad quintuꝫ dico ꝙ intellectus fertur super speciem inquantuꝫ in ea relucet obiectum sicut intellectus fertur supra vocem inquantũ est expssiua rei. Qui autem vult tenere pmam opinionem pt respondere ad rationes secunde opinionis sic. Ad pmum quã do cũqꝫ ad aliquem effectum concurrũt plures cause ꝑtiales altera deficiente non sequitur effectus. species autem adminus requiritur in cognitõe abstractiua. ergo illa nõ causante non sequitur intellectio. Et cũ dicis ꝙ immaterialitas est cã intellectionis. concedo. sed nõ totalis vt supra patuit. Ad secundum visum est in questione illa. Vtruꝫ angelus cognoscat se per suam essentiaꝫ. que re ibidem. Ad tercium dico ꝙ intellectus concurrens cum specie est ꝑncipalior causa quam ipa species. nec ipa species est tota causa formalis intellectionis vt argumentũ supponit. Ad pmum argumentũ in cõtrariuꝫ dico ꝙ nõ est simile quia virtus visiua est virtus organica qu e ẽ magis materialis quam intellectus ideo consequẽtia non tenet. Ad aliud in cõtrariũ est solutũ in questione illa. Vtruꝫ angelus intelligat se per se.

Postquã visum est de angelorum cognitione. restat videre de eorum dilectione. Et q̃ro illam questionem sine argumẽtis Vtrũ angelus possit naturaliter diligere deum plus quã seipm. Responsio. hic sunt due opiniones extreme. vna dicit ꝙ non. Cuius ratões sunt iste. Omnis amicicia que est ad alterum est ex amicicia sui ad se. per istam enim ꝓbationẽ ꝓbat Aristo. viij. ethico. ꝙ amicicia paternalis est pma amicicia in natura. ergo amor quo angelus diligit deum ẽ ex dilectiõe quã habet ad seipm. Et sic dilectio sui erit maior per illud pncipium ꝓpter quod vnum quodqꝫ tale ⁊ ipm magis. Scdo sic. non est idem actus habitus supernaturalis et naturalis. sed diligere deuꝫ super oĩa ⁊ ꝓpter se ẽ actus caritatis. g

Tercio si. omnis amicicia fundatur super aliquam vnitatem. ergo vbi ē maior vnitas ibi est maior dilectio. sed maior est vnitas naturalis angeli ad seipm̄ ꝙ̄ angeli ad deum. ergo. Quarto sic. omnis natura diligit se quantum potest. quia vitat nocumētum suum quantū potest. ergo non potest diligere deum plusꝙ̄ se. quia tunc diligeret vltra posse. Alia ē opinio contraria que dicit ꝙ angelus potest naturaliter diligere deū plus ꝙ̄ se. quod ꝓbatur auctoritatibus. Aug. de fi. ad pe. ⁊ li. retractationum. ⁊ li. de vera religione. Istam conclusionem ꝓbat Tho. parte. j. q. lx. ar. vlti. sic. Bonum commune in quo clauditur ⁊ reseruat bonum ꝑticulare est magis bonum. sed bonitas dei claudit̄ in se omne bonum particulare. ergo sicut naturaliter plus diligimus totum ꝙ̄ partē sic naturaliter angelus potest plus diligere deū ꝙ̄ seipm̄. Etiam ꝓ illa opinione arguit̄ sic. Si non posset angelus vel homo diligere deum plus ꝙ̄ seipm̄ nisi per caritatem tunc homo posset scire se esse in caritate. quia potest scire si diligit deum plus ꝙ̄ seipm̄. Preterea quandocūꝙ aliqua ratio conuenit alicui per essentiam alteri per participationem actus qui trāsit super ista propter talem rationem magis attribuitur illi in quo ē talis ratio per essentiam ꝙ̄ alteri. Sed ratio bonitatis ē ratio diligendi et ipsa conuenit deo per essentiam. creature vero per participationē. ergo. Tenendo ergo illam viam respondeo ad rationes alterius opinionis. Ad primum dico ꝙ maior est vera de amicicia que est ad alterum bonum particulare. non autem de amicicia que est ad bonū vniuersale q̄d est deus. Ad secundum dico ꝙ diligere deum super omnia in hoc tamen sistendo non est actus caritatis seu actio. sed diligere deum inquantum est bonum summum et obiectuꝫ beatificuꝫ ex cuius amore seruantur eis mandata iste est actus caritatis. Ad tercium dico ꝙ amicicia aliquando fundat̄ super vniuersalitatē formalem. aliquando vero super vniuersalitatem ꝓportionis que est participantis ad participatū. et illa potest esse maior ꝙ̄ alia si summum bonum essentiale ⁊ participatum sit bonum per essentiam sicut est in proposito. Ad vltimum dico ꝙ li quantum potest referri ad obiectum diligibile. ⁊ sic maior est vera sed non ē ad propositum. vel ad ip̄am potentiam dilectiuam. et tunc nego maiorē. De hoc amplius li. iij. distin. xxvij. articu. ij.

Post hoc vidēdum. Circa istam quartam distinctionem quero. Vtrum angelus possit peccare. Videtur ꝙ non. quia aut hoc esset inquantum est a deo. et tunc deus esset causa peccati aut inquantum est ex nihilo. et hoc non. qꝛ inquantum est ex nihilo naturale est sibi deficere. et sic non esset aliquod peccatum. Preterea. malicia et peccatum non sunt sine ignorantia per Aristotilem. iij. ethicoꝝ vbi dicit ꝙ omnis malus ignorans. sed in

angelis non est ignorātia. ex. iij. ethi
corum. In contrarium. Quia pec
cauit de facto. ergo potuit peccare.
Iuxta istam questionem quero a
liam. Utrum angelus ab instanti
sue creationis fuerit malus. Et vide
tur q sic testimonio saluatoris qui
dicit de āgelo. ille homicida fuit ab
initio. Preterea. angeli boni ab in
stanti sue creationis fuerunt creati
boni. ergo angeli mali ab īstanti sue
creationis fuerunt mali. consequen
tia patet. Antecedens probatur per
Augusti. xiij. de ciuitate dei. vbi di
cit q deus fuit creans simul naturā
angelicam et dans gatiam. sed si ha
buit gratiam ergo et gloriam. pro
batio consequētis. quia angelus nō
discurrit circa perfectiones natura
les. ergo nec circa perfectiōes sup
naturales. In contrariuz ē. Ori
genes. qui dicit q serpens. id est di
abolus non statim super pectus am
bulauit, sicut nec Adam nec Eua sta
tim peccauerunt. Responsio. hic
tria sunt videnda. Primo si ange
lus potuit peccare. Secūdo si an
gelus potuit ab instanti sue creatio
nis. Tercio quid sit de facto si ab
instanti sue creationis peccauerit et
fuit malus. Quantum ad primum
dico q sic. et psuadetur tripliciter.
Primo sic. operatio non est meli
or q̄ substantia. sed substantia ange
li cum sit de nihilo et possit nō esse p
annihilationem est defectibilis. er
go operatio eius defectibilis. et sic
potest peccare. Preterea. agens
cuius regula realiter differt ab ipo
potest ab ipa deuiare. sed angelus ha
bet pro regula diuinam voluntatem
que realiter differt ab angelo. ergo
potest ab ea deuiare. et per cōsequēs
potest peccare. Tercio sic. q2 Ans
in li. Cur deus homo. dicit q deus n̄
potest facere homines impeccabiles
sicut nec potest eos facere deos. sed
eadem est ratio de angelis et homi
nibus. ergo. Quantum ad secūdū
articulum sunt contrarie opiniones
vna ponit q non. et ad hoc probādū
sunt diuerse rationes. Ratio Hugo
nis li. j. de sacramentis. dicit q pec
catum consistit in actu voluntatis.
sed actus voluntatis cum sit a poten
tia finita mensuratur tempore. ergo
sic non potuit peccare in instanti.
Preterea Ans. videtur addere ad e
andem conclusionem duas rationes
alias li. de casu diaboli. ca. iij. Pri
ma est illa. angelus non potuit pec
care nisi per velle. sed primum velle
angeli est a deo non ab angelo. ergo.
Probatio minoris, quia si primum
velle habet a seipo. aut hoc ē volēs
aut nolens. si nolens. ergo illud non
est primum velle. si volens ergo alio
velle volens. quia vult se velle. et tūc
queram de illo sicut de priori. et tūc
vel erit processus in infinitum in a
ctibus voluntatis. vel dabis q pri
mum velle angeli non sit ab angelo.
Secunda ratio sua est ista. nullus
potest peccare nisi sit debitor insti
cie. sed angelus in primo in instanti
sue creationis non erat debitor iusti
cie quia illam nondum acceperat. er
go. Alius scilicet thomas parte.
j. questi. lxiij. articu. v. arguit sic.
Operatio que est in eodem instanti
quando incipit res ē effectiue a cau
sa producente rem in esse. Exemplū.

Exemplum de motu grauis deorsuȝ et de tibia claudicante. Si igitur angelus ab instanti sue creationis potuit peccare. ergo actus ille esset effectiue a deo sicut et esse ãgeli quod est inconueniens. Ad idem arguitur ab alijs scȝ ab Henrico sic. Si ãgelus potuit peccare ab instanti sue creationis. ergo non potuit nõ peccare. ꝓbatio consequentie. quia non potentia precedente actum cum nõ ꝑcedat. nec potentia subsequente sic̃ patet per se. nec etiã potentia simul existente cum actu ex q̃ ponũt actus in esse. Isti idem arguunt sic. In angelo ponunt habitus scientiales omnium quididitatũ. supra hos habitus prius fertur intellectus speculatiuus deinde practicus. tercio cõplacentia naturalis. quarto cõplacentia deliberatiua in qua consistit peccatum. sed illa non possũt esse in eodem instanti. ergo. Alij arguunt sic. due mutationes quarũ termini vnius ad quem est terminus alterius a quo non possunt esse in eodẽ instanti. sed creatio angeli ⁊ peccatum sunt huiusmodi. ergo Alia est opinio Scoti ⁊ est ad oppositum. Cuius ratio est ista. ꝑ otẽtia que potest habere operationem ꝑfectam et non limitatur ad operationeȝ rectã potest in eodem instanti habere operationem non rectam. sed voluntas angeli est huiusmodi. ergo. Aureolus autem deducit illam rationẽ aliter ⁊ bene sic voluntas in quocunqȝ instanti potest habere actum liberũ in illo pt peccare. sed in instanti sue creationis voluntas angeli potuit habere actum elicitum libere. ergo. ꝓbatio minoris. potest enim habere actum. quia effectus potest esse coeuus sue cause. Item actum elicitum sicut agentia naturalia. quia libertas non aufert potentie ꝑfectionẽ. Est etiam actus ille liber cum sit a causa libera. Tercia est opinio petri medians ⁊ dicit ꝙ peccatum aliquando accipitur ꝓ defectu ꝑcise aliquando vero ꝓ defectu imputabili sicut patet. iij. ethico. vbi dicit ꝙ orbatus a natura non vituderatur. orbatus ex continentia vel malicia vituperatur. Tunc ad ꝓpositum dicit qꝺ angelus potuit peccare in primo instanti sue creationis peccato ꝙ ẽ solum defectus. ⁊ sic intelligitur secunda opinio. Sumendo autem peccatum ꝓ defectu imputabili angelus non potuit peccare ab instãti sue creationis. ⁊ sic intelligitur prima opinio. Sed quicqꝺ sit de ista cõcordia tenendo scꝺam opinionem dico ad rationes ꝑme opinionis ꝙ non concludunt. Ad ꝑmum dico qꝺ est cõtra eam pħus. x. ethico. vbi vult ꝙ delectatio ⁊ visus fiunt in instanti. Item dicit. ij. de anima ꝙ lux fert̃ in instanti et reprobat illam opinionem que dicit ꝙ sit in tempore ꝑceptibili. Item sequitur ꝙ anima in ꝑmo instanti separationis nõ esȝ beata nec misera erquo actus mẽsuratur tempore. Ad scꝺm de Ans. dico ꝙ Ans. finxit ibi vnum angeluȝ qui esset nuda essentia non habẽs essentiam volitiuam quã ipe vocauit instrumentum. Et de isto concedo ꝙ non habet ꝑmum velle a se. Et cũ obicitur. aut haberet volens aut nolens. dico ꝙ ꝑmum velle non habet nec volens nec nolens sed seip̃o immediate elicit in actum secundũ qui

velle. ¶ Ad aliam rationem Anß. dico q̄ aut intelligit de iusticia infusa. et tunc Sarrocemus non habens iusticiam infusam non potest peccare. aut intelligitur de iusticia acquisita et hoc non valet quia iusticia acquisita potest amitti multis actibus iniuste elicitis. ergo oportet q̄ intelligat de iusticia id est de potentia naturali voluntatis q̄ est moderatrix inclinationis naturalis que est contra iusticiam infundendam. Sed illa ponitur in angelo in p̄mo instanti creationis. ergo ¶ Ad ratione̅ Thome dico q̄ bene arguit de actib' naturaliter elicitis a potentialitate libera sicut est in p̄posito Aliter soluitur ꝛ melius li. j. distin. xviij. Ad aliam dico q̄ causa non semper prior est effectu duratione quia aliq̄n̄do est prior natura. Cum ergo arguis. Si potuit angelus peccare aut pote̅tia precedente actum. dico q̄ precedente actum natura non duratione. Ad alium de habitu scie̅tiali. ille habitus scientialis est improbatus supra in questionibus. tamen dico pro nunc q̄ omnis quidditas que representatur intellectui angelico potest sibi presentari, sine habitu. ꝛ omni silogismo practico circumscripto p̄t voluntas habere actum deordinatu̅ et sic peccare. Ad secundam rationem dico q̄ maior est falsa. quia luna eodem instanti illuminatur a sole ꝛ illuminat emisperium nostrum. et tamen sunt diuerse mutationes Quantu̅ ad terciu̅ articulu̅ de facto dico q̄ malus angelus non fuit malus ab instanti sue creationis sed fuit aliqua morula inter creationem ꝛ lapsum. q̄d patet p̄ Magistruȝ dist. iij. ca. iij. et. iiij. vide ibi. ¶ Item p̄ Aug sup̄ Gen̄. ad littera̅. vbi dicit q̄ deus no̅ prius est vltor q̄̄ aliquis sit peccator. Ite̅ Isaie. xiiij. Quo cecidisti lucifer, de celo qui ꝛ cetera Et. Ezech. xxviij. Tu signaculu̅ similitudinis in delicijs paradisi ꝛc. ergo non statim cecidit Sed diceres q̄t sunt morule ꝛ que sunt. Ad quod dicetur in secundo articulo questionis sequentis. Ad argumenta p̄ncipalia Ad p̄mum dico q̄ in peccato duo sunt, scȝ actus ꝛ deformitas. Ratio̅e actus est a deo que̅admodum ponit alia opinio sicut patebit infra. Sed ratione deformitatis est a creatura inquantum est de nihilo. Et cum arguis. naturale est sibi deficere. concedo de defectu qui est annihilatio; nego autem de defectu qui est declinare a regula vel via rato̅nis. ¶ Ad secundum dico q̄ ignorantia est duplex. scȝ p̄cedens ꝛ subsequens. Angelus autem habet ignorantia̅ subsequentem volu̅tate̅ non p̄cedentem sicut etiam cum quis peccat mortaliter ratione contradicente. Ad argumenta secu̅de opinionis dicit magister ꝛ bene q̄ ille fuit homicida ab initio. id est statim post initiuȝ quia fuit modica morula inter creatione̅ et lapsum. Ad secundu̅ nego antecedens sicut patebit in questione sequenti. Tu p̄bas q̄ simul habuerunt gratia̅ ꝛ gloria̅. dico q̄ est falsum ¶ Ad p̄batione̅ respondeo p̄ interemptione̅ q̄z angelus discurrit qua̅tum ad suas p̄fectio̅es naturales ad minꝰ discursu qui est hoc ex hoc. Et dato q̄ co̅cedatur no̅ valet co̅sequentia; q̄z n̄ e̅ similis ro̅ de p̄fectio̅ibus naturalibus ꝛ supernaturalibus.

Post hoc consi derare. Circa istã distinctionem quintam Magister tractat de duob⁹ scȝ de conuersione bonorum ⁊ auersiõe malorum angelorum. Quantũ ad conuersionem quero illam questionem. Utrum angelus prius meruerit ipsam beatitudinem ꝙ acceperat eã. Uidetur ꝙ nõ. quia angeli aliquid merentur ex obsequijs impensis hominibus. aut ergo illud premium habuerunt ante meritum et sic habetur propositum. aut expectauerunt. ⁊ hoc non. quia spes que differtur affligit animam quod nõ ponitur in angelo. Preterea meritum ⁊ pmium sibi inuicem correspondent. ergo vbi est maius pmium ibi est maius meritũ. Sed aliqui angeli habẽt plus de merito ꝙ aliqui homines. ergo habent plus de premio sed homines nõ põt tantum mereri in modico tẽpore. ergo nec angeli. ⁊ sic premium pcessit meritum. In contrarium arguit. Sicut se habent mali angeli ad damnationem ita boni angeli ad premiũ sed illi demeruerunt. ergo Responsio. circa istam questionem pmo ponitur opinio magistri que communiter non tenetur. Secundo dicetur ad questionem sm communeȝ opinionẽ. Quantum ad pmum articulum ẽ opinio Magistri ꝙ in angelis beatis premium precessit meritum. merentur tamen pmia per obsequia hominibus impensa custodiendo. Et ẽ exemplum. sicut rex dat bonuȝ equũ militi qui nondum meruit scit tamẽ illum militẽ equo dato bene vti ⁊ ꝙ merebit nõ. Cõtra per Aug. li. de correctione ⁊ gratia. vbi dicit ꝙ angeli sancti qui steterũt illius vite mercedem accipere meruerunt. Preterea. si homo non fuisset creandus angelus non habuisset beatitudinẽ. quia tunc non potuisset eam mereri per obsequia hominibus impensa. Preterea. p hoc ꝙ aliquis puidetur bene vsurus accepto non meretur illud. tunc enim homo potuisset mereri gratiam. quia puidetur a deo ꝙ ẽ bene vsurus ea ⁊ tunc gratia iam nõ est gratia. Preterea aliqui arguunt sic contra Magistrum. Quia nõ omnibus nobis ministrant ⁊ prebẽt obsequia. sed diceret Magister. imo ministrant vel mediate vel immediate. quia superiores faciunt reuelationes et illuminationes inferiorib⁹. Quantum ad secundum articulũ dico duas conclusiones. Prima ꝙ angeli meruerunt beatitudinem suã Secũda ꝙ meruerũt eam anteꝙ acceperunt eam. Prima conclusio p batur. quia nature inferiorum consequuntur pfectionem suam p operationem pꝛiã. ergo multo magis angeli. Secunda conclusio pbatur. quia voluntas non simul vult mutabiliter et immutabiliter. sed voluntas quando pmiatur vult immutabiliter. quando autem meretur elicit actum contingenter. ergo. Preterea. dispositio vel via pcedit terminum. sed meritum est via ad beatitudinem. Preterea aliqui arguunt sic. Idem nõ potest esse ex gratia perfecta et imperfecta. sed meritum est ex gratia imperfecta pmium autem ex gratia perfecta. ergo Sȝ illa ratio Scoto non placet. quia est possibile aliquã animã tantã gratiã ha

here in via quantam habebit in pa/tria licet non haberet ita perfectum vsum. et sic posset esse idem habitus si ne idemptitate actus. Sed remanet dubium ex quo angelus pus meruit suam beatitudinem quero quot morule fuerunt inter creationem et beatitudinē quantum ad beatos et inter creationē et lapsum quantuȝ ad malos. Unde dicit vnus doctor q fuerunt due morule. vna qua oēs fuerunt creati. altera qua isti et isti fuerunt in termino ita q boni non po/nētes obicem receperūt gratiam et gloriam. mali autem nō. quia posuerunt obicē. Alia opinio ponit tres morulas. In pma omnes fuerūt creati et habuerunt gratiam. in scda illi meruerūt et isti demeruerūt. in tercia boni fuerunt in gratia confirmati. mali vero fuerunt damnati. Tercia est opinio que forte ē melior que ponit quatuor morulas. In prima omnes fuerunt creati in naturalibus in secunda apposita est gratia. in tercia isti meruerunt et isti demeruerūt in quarto omnes fuerunt in termino boni fuerūt glorificati. mali vero dāpnati. Sed adhuc quereres quid sunt iste morule. Una opinio dicit q sunt diuersa instantia tēporis discreti. sed hec opinio improbata ē supra. q. de euo. Alia opinio dicit q sint diuersa instantia eui et hoc posita in successione eui. Tercia opinio dicit q sint diuersa euiterna fm quod vnūquodq euiternuȝ habet suum euum. Teneatur quod plus placet. Ad argumenta pncipalia. Ad pmum concedo q meruerūt aliquaȝ beatitudinem accidentalem nō aūt essentialem. Et ppter illam beatitudinem accidentalē nulla est afflictio in expectando quia habent essentialem quā maxime volunt. Ad secūdum dico q in illa morula habuerūt angeli boni ita intensum actū q meruerūt beatitudinē efficacius q mereri posset purus viator toto tpe vite sue.

Nisi de angelorum cōuersione restat videre de angelorum auersione. vbi queritur. vtrū angelus potuerit appetere dei equalitatem. Responsio hic sunt due opiniones contrarie. vna dicit q non. Et pbatur pmo sic. Quia angelus ñ peccauit ex passione nec ex ignorantia. quia pena non precessit culpam. ergo peccauit ex electiōe. Sed vt patet. iij. eth. Electio non est impossibilium. angelum autem esse equalē deo est impossibile. ergo. Secundo sic. nihil potest voluntas velle quod includit cōtradictionē. sed angelum esse equalē deo includit contradictionē. ergo. Tercio sic. nihil potest voluntas velle nisi prius sit cognitum. fm Aug. sed angelum esse equalem deo nō pt angelus intelligere. tum quia ratio sua nō erat adhuc depravata. tum qr implicat cōtradictionē. ergo. Ista ratio est Ans. de casu diaboli. Quarto sic. nulla creatura potest appetere suipius destructōem. sȝ angelū eē equalem deo includit āgelū nō eē angelū. g. Ista rō ē Ans. in li. de similib. Istā opinionē nō teneo qr multe auctoritates videnē clamare ab opposi tū. Dicit eīn Aug. de questōib. no. ac ve. testamēti. q demon elatōe inflat. voluit dici deus. Scdo quia Magister dicit oppositum in vltimo capitulo scdē dist. pertractās illud Ista

Ascendam in celum id est ad equalitatem dei. Itē glosa sup epistolā ad philipen. ptractans illud. non rapinam ꝛc. dicit. non vsurpauit sibi equalitatem dei sicut diabolus. Preterea arguo per rationes aliorum. Arguit enī Scotus sic. voluntas habet duplicem actum amādi scꝫ amorem amicicie et amorem concupiscētie concupiscendi aliquod amatum. Et fm vtrunqꝫ actuꝫ habet totū ens pro obiecto. ita ꝙ sicut quodcūqꝫ ens potest aliquid amare amore amicicie ita quodcūqꝫ ens potest concupiscere ipi amato, sed angelus potuit amare seipm amore amicicie. g͂ potuit sibiipi concupiscere quodcūqꝫ concupiscibile. ꝛ ita cū equalitas dei sit bonum quoddam concupiscibile fm se potuit illud bonum angelus cōcupiscere sibi. Secundo sic. si equalitas dei esset possibilis angelo posset angelus sibi concupiscere eam. Sed huiusmodi impossibilitas non prohibet quaꝫ angelus possit hoc velle, qꝛ voluntas posset esse impossibiliū. ex iij. ethico. ergo. Confirmatur. qꝛ damnati odiūt deum vt patet ex illo ps. Superbia eoruꝫ qui te oderūt ascendit semper. Odiens auteꝫ vult oditum nō esse. ergo damnati volūt deum non esse et tamē hoc est impossibile. ergo illa impossibilitas non phibet quin possit hoc appeti a voluntate. Dico ergo ꝙ appetitus potest accipi pro actu intenso voluntatis sine conatu ad opus extra. Aliquādo etiam potest accipi cum conatu ad opus extra. primo modo potest esse impossibilium sicut patet de illo qui habet manum abscisam. Scdō modo non potest esse impossibilium, ideo dico ꝙ angelus potuit appetere equalitatem dei actu intenso voluntatis sine conatu ad opus extra. Et tūc pꝫ hoc ad argumenta alterius opinionis. Ad primum dico ꝙ est equiuocatio de electione sicut est de appetitu vt immediate dictum est. vnde electio sumpta pro actu voluntatis intenso sine conatu ad opus extra potest esse impossibiliū. sicut patet de illo. quare ꝛc. Ad secundū dico ꝙ licet angelus non potuit intelligere compositiue se esse equalē deo. potuit tamē intelligere quid significatur per hoc quod est illud appetere. quia ad actū volitionis sufficit simplex cognitio absqꝫ compositione. Et per illud patet ad tercium. Ad quartum dico ꝙ non oportet ꝙ aliquis velit consequens si vult antecedens maxime qn̄ consequens non est de per se in intellectu antecedentis. naꝫ aliquis potest appetere epatum non volendo sacerdotium. nunc autem angelus intelligebat prius quid significabatur per equalitatem dei ꝙ itelligeret de structionem sui. ideo potuit appetere sibi illam equalitatem non ferendo se super sui destructionem.

Preterea scire oportet. Circa istam distinctionē sextam. Quero vtrum peccatuꝫ ipius luciferi fuit formaliter supbia. Videtur ꝙ sic. Aug'. xi. de ciuitate dei dicit. Male voluntatis initiuꝫ quid poterat esse nisi superbia. Et Ecclesiastici. x. Initium omnis peccati superbia. Preterea lucifer nō potuit

peccare nisi vnico peccato sed constat quia peccauit superbia p illud Ps. Superbia eorum qui te ·c. Probatio maioris. quia si potuit pluribus peccatis peccare peccatum suum fuisset remissibile quod reputat communiter falsum. probatio consequentie. quia voluntas non potest simul habere duos actus perfectos sicut nec intellectus. ergo si potuit pluribus peccatis peccare peccauit vno post alterum. et in illo secundo instanti potuit penitere de primo. In contrarium arguitur. peccatum luciferi fuit maximum peccatum. sed peccatum superbie non est maximum. ergo probatio minoris. Sicut propositum de proposito et oppositum de opposito. ergo si superbia esset maximum peccatum humilitas esset maxima virtus quod est falsum quia caritas est maior. Responsio. hic sunt quatuor videnda. Primo ponitur communis opinio antiquorum. Secundo quia peccatum est in actu voluntatis distinguetur de actibus voluntatis. Tercio que sit malicia in primo angelo. Quarto ad quod genus peccati habeat reduci. Quantum ad primum dicitur communiter quod peccatum primi angeli fuerit superbia. quod probatur primo sic. Angeli non potuerunt primo peccare per aliquod nolle. quia nolle presupponit velle. et sic non peccauerunt primo per iram nec per auariciam nec peccauerunt aliquo velle inordinato circa temporalia nec peccato carnis vt patet. ergo eodem modo alijs exclusis peccauerunt per superbiam. Preterea secundum Iohem in canonica sua. omnia quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. sed non peccauerunt concupiscentia carnis vel oculorum. ergo. Nunc secundo oportet distinguere de actibus voluntatis. Et dico in communi quod duplex est actus voluntatis. scilicet velle et nolle. Est ergo nolle actus positiuus voluntatis quo fugit disconueniens. velle autem est actus voluntatis quo acceptat omne conueniens. Item nota quod velle est duplex. scilicet velle amicicie et velle concupiscentie. velle amicicie est illius obiecti cui volo bonum. velle autem concupiscentie est illius obiecti quod volo alicui obiecto amato. Item nota quod inter istos actus est talis ordo quod velle concupiscentie presupponit velle amicicie et nolle necessario presupponit velle. Et consimilis ordo est in hijs actibus deordinate sumptis per regulam Boetij in topicis Quando vnum sequitur ad aliud eodem modo vtrobique addito adhuc sequitur. vnde sicut nolle presupponit velle et nolle amicicie deordinatum presupponit velle deordinatum et nolle concupiscentie deordinatum presupponit velle deordinatum. Quantum ad tercium articulum dico duas conclusiones. Prima est quod malicia in primo angelo quantum ad velle amicicie fuit inordinatus amor sui.

Secunda conclusio quod malicia in angelo quantum ad velle concupiscentie fuit quod inordinate concupiuit beatitudinem. Prima conclusio probatur. quia aut illa malicia fuit amor dei. et hoc non quia deus est tale obiectum amabile quod ex sola ratione sui dat completam rationem bonitatis actui. Aut fuit amor quo dilexit

alium angelum. et hoc non. tum quia inclinatio naturalis plus iclinat ad se quam ad aliud. tum quia amicicia fundatur super vnitate. viij. ethicorum tum quia amicicia ad alterum est ex amicicia ad seipm. ix. ethicorum. ergo relinquitur quod illa amicicia fuit inordinatus amor sui. Confirmatur per Aug. iiij. de ciuitate dei vbi dicit quod duo amores fecerunt duas ciuitates scilicet dei et diaboli. Ciuitatem dei fecit amor dei vsque ad templu sui Ciuitatem diaboli fecit amor sui vsque ad contemptum dei. Secunda conclusio probatur per rationem Ans. de casu diaboli. capitu. iiij. Sicut primum concupiscere inordinatum non precessit in angelo ex affectione iusticie. ergo ex affectione commodi. maximum autem commodu maxime appetitur a voluntate non sequente regulam iusticie. sed maximu commodum est beatitudo. ergo. Secudo sic. quicquid voluntas vult hoc e ex ratione alicuius boni honesti vel vtilis vel delectabilis. sed angelus non concupiuit hoc amore honesti quia sic non peccasset. nec amore vtilis. quia iste non est primus amor. ergo amore boni delectabilis. sed summe delectabile est beatitudo. ergo. Tercio sic. potentia appetitiua que consequitur in actu suo potentiam apprehensiuam illud primo appetit in quo apprehensiua primo delectatur sed illud est beatitudo. ergo Quantum ad quartum articulu dicitur a Scoto quod ista malicia non reducitur ad peccatuz superbie nec quantu ad primum nec quantum ad secundum actum. quia superbia est excellentia exclusiua et despectiua. In quantum est quedam excellentia exclusiua vel despectio videtur esse contempta aliorum. sed nec in prima nec in secunda malicia erat aliquoruz despecto ergo etc. Et sic forte potest reduci ad peccatum luxurie. non enim luxuria semper est in actibus carnis sed circa delectabile inordinate concupitum. Ad argumenta prime opinionis que dicit quod reducatur ad peccatum superbie. Ad primum dicitur quod diuisio peccatorum capitaliu comprehendendo peccatum diabili non est sufficiens. aut si est sufficiens per quandam reductionem potest concedi quod reducitur ad peccatum luxurie Ad secunduz patet per hoc quod premittitur. omne quod est in mundo. ita quod peccata quibus communiter peccant homines continentur sub isto ternario. sed non oportet primum peccatum angeli sub illo ternario contineri. Ad primum principale patet per iam dicta immediate Ad secundum nego maiorem. Ad probationem dico quod cum peccauit secundo peccato adhuc fuit in via et per consequens potuit penitere. sed hoc melius patebit distinctione sequenti.

Supra dictum est quod

Circa istam distinctoez septimaz in qua tractat Magister de malorum angeloru obstinatione et eorum formarum inductione. Queritur primo vtruz angelus malus necessario male velit. Videtur quod possit bene velle. quia Iaco.

le. Si aūt p̄mo modo dico duas cō-
clusiones. Prima est ꝙ nihil p̄t cau
sare immediate effectiue puta intel-
lectionem vel speciē. Scda ꝯclusio
est ꝙ aliquid p̄t dispositiue. Prima
conclusio ꝓbatur sic. Actus actiuo-
rum sunt in patiente disposito. ij. de
anima. sed intellectus nr̄ dum est cō
iunctus corpi corruptibili nō est di
spositus ad suscipiendū immediate
speciē vel intellectōeʒ ab angelo. er
go. quia ꝓ statu isto intellectus im-
peditur ne possit recipe immediate
immutationē ab aliquo actu intellī
gibili sine fantasmate qꝛ fantasma
se habet ad intellectū nr̄m ꝓ isto sta
tu sicut sensibile ad sensum. sed sen-
sus nō immutatur primo nisi ab ali-
quo sensibili. ergo nec intellectus nr̄
immutatur ꝓ statu isto primo nisi a
fantasiabili. Ex hoc infert Scotus
correlariuʒ ꝙ angelus nō p̄t aliquē
rapere ad intellectionē visibileʒ. qꝛ
omīs raptus virtute diaboli est pre
cise ad aliquid intense imaginandū
cuius intensa imaginatio facit aīm
distractū ab omni alia cogitatōne.
Quantū ad scdam ꝯclusionem dico
ꝙ p̄t aliquid causare dispositiue nō
tn̄ vt nouū fātasma ꝓducat qꝛ nouū
fantasma nō ꝓduceretur nisi causa
naturali mediante qua ponitur ob-
iectum. Quomodo ergo p̄t dispone
re et nouū fantasma nō ꝓducere. di-
co ꝙ hoc p̄t fieri dupliciter. Primo
quietando motū humoꝝ et spirituū
qui motus impediūt cognitionem.
Et exemplū est. videmus enim ꝙ in
aqua mota imagines nō apparēt. in
aqua vero quieta apparent. et tūc vi
sus distincte videt. Ita etiā motus
spirituū et humoꝝ impediūt distin-
ctam cognitionē et sedatio eoꝝ iu-
uat. Cum ergo angelus posset illos
motus sedare poterit et ad distincti
onem cognitionū iuuare. Et hoc est
quod habetur. vij. phisicoꝝ. ꝙ aīa se
dendo et quiescendo fit prudens.
¶ Alius modus est Ricħ. qui dicit
ꝙ angelus p̄t dispositiue aliquid fa
cere fantasmata trāsmutādo absqʒ
tn̄ corruptione illius organi in quo
sunt. quibus transmutatis et debi-
to modo adinuicem ordinatis. plus
q̄ʒ prius magis habet disponere ad
intelligendum. Et est exemplū. sicut
ex paucis literis diuersimode ordi-
natis fiūt diuerse repn̄tationes. ita
ex eisdem fantasmatibus alio et alio
modo ordinatis fiunt diuerse repre
sentationes. ꝓpter quod dicitur. j. de
generatōe. ꝙ ex eisdem lr̄is fiunt co
media et tragedia. id est versus re-
sultantes in laudē vel vituperium.
¶ Ad primū principale dico ꝙ non

frustra custodit hominem. tum quia
ꝑt aliquid efficere dispositiue. tum
qꝛ custodiūt nos a multis impugna
tionibus demonū vt vult Hierony-
mus sup matheū. ¶ Ad secundū di
co ꝙ maior est vera dummodo non
sit impedimentū in passo minꝰ excel
lenti. Sed in ꝓposito dico ꝙ est im-
pedimentū in nr̄o intellectu ꝓ statu
isto puta fantasma. ¶ Ad terciū eo
dem modo ꝙ sensibilia pn̄t immuta
re intellectū ꝓ statu isto. quia nullū
est impedimentū sed intelligētia nō
potest. quia habet impedimentum
vt dictum est.

Nec de nature

angelice. ¶ Circa istaz
distinctionem. xij. queri
tur primo. Utrū mate-
ria dicat entitatē positiuam distin-
ctam realiter a forma. Uidetur ꝙ
nō. quia. vij. metha. dicitur ꝙ mate
ria nec est quid nec quale nec quan-
tum nec aliqd̄ predicamentoꝝ. ergo
¶ Preterea. v. phisicoꝝ ꝓbatur ꝙ
generatio nō sit motus sic. Qd̄ gene
ratur nō est. qd̄ mouetur est. ergo qd̄
mouetur nō generatur. ergo genera
tio nō est motꝰ. Si rō est bona opor
tet ꝙ vniformiter negeť a subiecto
generatōnis esse qd̄ affirmatur de
subiecto motus. Sꝫ de subiecto mo
tus affirmatur esse in potentia. quia
motus est actus entis imꝑfecti vel
in potētia. ergo hoc negetur a mate
ria et sic erit nihil cū nec sit in actu
nec in potētia. ¶ Preterea. tūc ma
teria de se esset cognoscibilis qd̄ est
ꝯtra phm̄. j. phisi. ¶ In ꝯtrariū ar
guitur ꝑ illud qd̄ habetur. ij. phisic.
vbi dicitur ꝙ materia ē illud ex quo
fit aliquid cū insit. ergo. ¶ Rn̄º. hic
sunt tres articuli. Primo impugna
tur vna opinio falsa. Scd̄o dicetur
ad questionē ſm veritatē. Tercio re
mouētur quedā dubia. ¶ Quantuz
ad primū est vna opinio que dicit ꝙ
materia nō dicit entitatē positiuam
distinctā a forma. sꝫ in substātia ge
rabili et corruptibili est tantūmodo
vna entitas positiua q̄ a quibusdaz
dicitur materia a quibusdā vero di-
citur forma. maxime cū ꝑficit in gra
du sue entitatis diuersimode. ¶ Cō
tra illud dictū arguit Scotus ꝑmo
ꝑ dictū phi. j. phisicoꝝ. vbi dicitur.
vnū ꝯtrariū nō fit aliud. sꝫ oportet
aliquid ꝯm̄e manere sub vtroqꝫ ter-
mino. Ex hoc arguitur sic. omne na
turale agēs requirit potētiā in quā
agit et istā potentiā transmutat de
opposito in oppositū. Sꝫ vnū opposi
tū nō fit aliud oppositū. ergo mate-
ria q̄ subijcitur nō est alterū opposi-
torum puta forma vel priuatio.
Scd̄o sic. aliqua substātia est corru-
ptibilis a ꝑncipijs intrinsecis. sed si
substātia generabilis et corruptibi
lis nō habet nisi vnā entitatē positi
uā eius substātia erit simplex et non
habebit in se principia corruptōnis
ergo. ¶ Tercio sic. Si materia non
sit entitas positiua alia a forma nō
erit generatio nec corruptio; sꝫ hoc
est falsuz. g̊. Probatio maioris. ge-
neratio est a nō subiecto in subiectū
corruptio aūt ecōuerso. ex. v. phisi-
coꝝ. Sꝫ si substantia generabilis sit
solū idē qd̄ forma nō remanebit sub
iectū aliud Quarto sic. principiū
receptiuū est distinctū realiter a ꝑn
cipio recepto. qꝛ idem nō recipit se.
Sꝫ primū receptiuū est materia. et

primum receptũ est forma. ergo. Ad
do ad idem duas rõnes. Primo sic.
Qñ vnũ manet altero nõ manente
illa nõ sunt idem. sed manẽte mate/
ria forma pt corrumpi et nõ mane/
re. g. Scõo sic. qḋ p̄supponitur gene
ratõi nõ est idez cũ eo qḋ acquiritur
ꝑ generatõz. Sz materia p̄suppoĩtur
generatõi forma vero acquiritur. g.
Preterea. Auiceñ. v. meth. c. v. q̄si
circa pricipiũ ait. materia nõ est in
effectu nisi ꝑ formã. forma vero est
quoddã aliud a materia ⁊ vnũ non
est aliud. Quantũ ad scõm arti/
culũ est videndũ qualis entitas est
entitas materie. Et dico ꝙ est enti/
tas in potẽtia. sz hoc dupliciter pt
intelligi ſm ꝙ duplex ẽ potẽtia. scz
obiectiua ⁊ subiectiua. Materia au
tẽ ex quo ꝓducta est nõ est in poten
tia obiectiua sz subiectiua et vt sic ẽ
etiã in actu. Sz est distinguendũ de
actu. qꝛ actus est duplex scz. actus
formalis qui informat. et actus enti
tatiuus. Materia vero nõ dicit actũ
p̄mo modo sumptũ sz scõo modo et
tũc est ꝓbandũ ꝙ materia dicit en/
titatẽ distinctã a forma. qḋ ꝓbatur
ꝑ sex rões factas in primo articulo
ɔtra primã opinionẽ. et ɔfirmat̃ ex
v. fundamẽtis ph̄i in diuersis locis
scz. tũ qꝛ materia est ꝑ se principiũ.
ex. j. phisi. tũ qꝛ materia est ꝑ se cau/
sa. ex. ij. phisic̃. tũ qꝛ materia est ꝑ se
ps ɔpositi. ex. vij. metha. tũ qꝛ mate
ria est ꝑ se subiectũ generatõis. ex. v
phisic̃. tũ qꝛ materia est ingenita et
incorruptibilis. ex. j. phisic̃. Quã
tum ad terciũ articulũ restat remo/
uere quedã dubia ɔtra hoc qḋ dictũ
est in scõo articulo scz ꝙ materia di
cit entitatẽ positiuã actualem. Pri

mo: qꝛ nõ pt saluari generatio vt di
stinguitur ɔtra alteratõem. ꝑ dictũ
ph̄i. j. de generatõe. qui arguit ɔtra
antiquos ph̄os ꝙ si subiectũ gene/
ratõis est ens in actu nõ pt saluari
generatio. Scõo qꝛ qḋ aduenit enti
substãtiali in actu est actus. g si ma
teria est ens in actu substãtiali for/
ma ei aduenĩẽs est accidens. Ter
cio sic. qꝛ ex duobus entibus in actu
nõ fit vnum ꝑ ph̄m. vij. metha. et sic
materia ñ faceret ꝑ se vnũ cũ forma.
Quarto sic. sicut se habet primus
actus ad primam potentiã ita p̄ma
potẽtia ad actum. Sz primus actus
qui est deus nihil includit potẽtiali
tatis. ergo nec prima potẽtia sic̃ est
materia includit aliquid actualita/
tis. Quinto sic. actus ꝓporciona
tur potẽtie. ex. iij. phisic̃. Sz poten/
tia materie est infinita. ergo si mate
ria dicit actum habebit actũ infini/
tum. Ad primũ dico ꝙ vt patz ex
scõo articulo ꝙ actus est duplex. scz
actus entitatiuus qui opponitur po
tentie obiectiue. et actus formalis q̃
ꝑficit potentiaz subiectiuã. antiqui
enĩ philosophi posuerũt ꝙ materia
est ens in actu corporeo et formali
secundo modo dicto. Ego autem nõ
sic pono. Ad secundũ dicit Var/
ro ꝙ maior est falsa. quia patitur in
stantiam de alimento quod aduenit
rei existenti in actu et tamen non est
ei accidens. Unde quod aduenit rei
actuate actualitate formali et vlti/
mata bene est ei accidẽs. sicut infra
patebit questione de pluralitate for
marum. Et eodez modo dico ad ter
cium ꝙ vnus actus potest esse potẽ
tialis et formalis ꝑfectibilis respe/
ctu alterius. vt ptz in hoĩe supposita

pluralitate formarum. Ad quar-
tum dico ꝙ accipiendo vniformiter
maior habet veritatem sub tali sen-
su. qr sicut actus primus qui est de-
us nullam habet potentiam passiuã
ad actum formalem. sic materia pri
ma ex se nullum habet actum forma
lem. Ad quintuz dico ꝙ potentia
est duplex. vna que respicit formam
in fieri. alia que respicit formam in
esse subiecti. Primo modo concedo
ꝙ tantus est actus quanta est poten
tia. Secundo modo non oportet ꝙ
actus pporcionetur potentie absolu
te sumpte. Ad argumenta princi
palia. Ad primum autoritas soluit
seipsam. quia dicitur ibi ꝙ materia
non est aliquid eorum quibus deter-
minatur ens. sicut sunt species et dif
ferentie. sed materia est aliquid in-
determinatum. Ad secundum di-
co ꝙ esse affirmatuz de subiecto mo
tus ẽ esse in actu sicut patuit supra
in questione de motu angelorum. et
hoc esse remouetur a subiecto gene-
rationis sumendo semper pro esse in
actu formali. Ad vltimuz dico ꝙ
materia est per se cognoscibilis sed
si non cognoscitur hoc est pter de-
fectum intellectus nostri.

Secundo queritur. Vtruz
materia per potentiaz di
uinam possit esse sine for-
ma. Videtur ꝙ non. quia
priuationes formarum oppositaruz
sunt opposite. sed opposita non pos-
sunt simul esse in eodez subiecto. Si
autem materia esset sine omni for-
ma tunc opposita essent in ea.
Preterea. plus habet de actuali
tate forma materialis q̃ materia.
Sed deus non potest facere formam
materialem sine subiecto puta mo-
tum sine mobili. ergo. Preterea.
Hugo de sacramentis parte prima
dicit ꝙ materia non potest esse sine
forma. Preterea idem probat
Auicenna secundo methaphisice. c.
tercio. et Aristotiles. j. de genarati-
one. capitulo de augmento. In
contrarium. Quicquid deus per se
potest intelligere potest per se face-
re. sed deus potest intelligere mate-
riam sine forma. ergo. Responsio
Hic sunt tres articuli. In pmo po
nuntur due opiniones false. secundo
dicetur ad questionem secundum ve
ritatem. Tercio dicetur ad motiua
eorum qui sunt pro opposita parte.
Quantum ad primuz est vna opi
nio que conformiter dicendo ad di-
cta in primo articulo precedentis
questionis dicit ꝙ quia materia et
forma dicant eandem rem ideo ma-
teria nõ potest esse sine forma. Sed
hec opinio quantum ad fundamen-
tum est improbata in precedẽti que
stione. ideo relinquitur. Est er
go opinio Thome que dicit ꝙ deus
hoc non potest. et habetur talis ra-
tio ab eo pte prima. questione sexa-
gesimasexta. ar. j. ꝙ deus nõ potest
facere quod implicat contradictio-
nẽ. sed materiã eẽ sine forma ĩplicat
ↄtradictõz. g. Probatio mĩoris. qꝺ
per se existit est in actu. sed materia
secundum se non est in actu. et sic si-
mul esset in actu et non esset in actu
que contradicunt. Aliqui enim se-
quentes istam opinionem arguunt
multipliciter. Primo sic.
sicut se habet figura ad corpus ita
forma ad materiam. Sed deus nõ
potest facere corpus sine figura.

quia faceret infinitum in actu.ergo.
Item quanto aliqua verius faciũt
vnuz tanto minus sunt separabilia.
sed materia verius facit vnum cum
forma q̄ subiectuz cum propria pas
sione. ergo sunt minus separabilia.
sed deus non potest facere subiectũ
sine propria passine.ergo. ¶ Item
materia prima habet minimuz de en
titate.quia est ꝓpe nihil.ẜm August.
Sed si posset esse,sine forma non ha/
beret minimum de entitate.ergo.
Probatio minoris.quod potest per
se esse habet plus de ẽtitate q̄ id qđ
non potest per se esse. Sed relatio ꝑ
se non potest esse sine fundamento.
materia autem per te potest esse sine
forma.ergo materia habet plus de
entitate q̄ relatio ¶ Itẽ omne qđ.
habet per se esse.vel est actus vel ha
bens actum.sed materia nullum ho/
rum est cum sit ens in potentia. Itẽ
quod habet per se esse habet ideã in
deo.sed materia non habet ideam in
deo.ergo. ¶ Item ẜm Boetium om
ne esse est a forma. sed materia non
habet formam. Vltimo sic. quan
do aliqua anologantur in vno ana/
logato.illud non habet esse nisi in ꝑ/
mo realiter ⁊ essentialiter ⁊ in alio
non habet esse nisi per rationem illi
us.Exemplũ de sanitate in vrina et
in aĩali.Sed materia ⁊ forma analo
gantur in esse.⁊ hoc ꝑmo competit
forme.ergo. ¶ Quantum ad scđm
articulum dico ꝙ illa opinio est fal/
sa.quod ꝑmo ꝓbo sic.Quia plus de
pendet accidens a subiecto q̄ mate/
ria a forma.ꝫ deus potest facere ac/
cidens sine subiecto.vt patet in sa/
cramento altaris. Respondetur ꝙ
non est simile.quia materia nullum
dat actũ.accidens autem dat actuz:
ergo accidens potest esse sine subie/
cto.materea autem non potest esse si
ne forma. ¶ Contra.Aristo.j.de ge
neratione mouet consimilez questio
nem ⁊ dicit ꝙ materia non potest se
parari a forma nisi ꝑpassiones sint se
ꝑabiles.sed ꝑ te passiones possũt se/
pari a subiectis.ergo. Itez.vij.me
tha.Accidentia nõ sunt entia nisi q̄
entis.ergo. ¶ Scđo ꝑncipaliter ar/
guit Scotus sic.Deus potest facere
quod nõ implicat contradictionem
sed materiam esse sine forma non im
plicat contradictionem.ergo. Proba
tio minoris.absolutum ꝑus alio ab/
soluto ⁊ distinctum realiter ab eo ꝑt
esse absq̧ contradictione sine illo.
Sed materea est ens absolutum di/
stinctuz realiter a forma vt patet in
questione ꝓcedenti.et prius forma:
quia receptiuum est ꝑus recepto.er/
go. ¶ Preterea quicquid deus cau/
sat in creaturis respectu absoluti et
nõ est de essentia rei potest fieri sine
illo.Sed forma absoluta non est de/
essentia materie.ergo. ¶ Dico ergo
ꝙ hic aut queritur de forma absolu/
ta aut respectiua.Si ꝑmo modo pa/
tet ꝙ sic. Si secundo modo non faci
endo nunc mentionem de forma re/
spectiua que est creature ad creatu/
ram sed de forma respectiua que est
creature ad deum patet ex questio/
ne quarta istius scđi.ꝙ illa relatõ ẽ
idem realiter quod creatura.⁊ sic ñ
potest esse sine illa.quia nihil potest
esse sine eo quod est idem realiter si/
bi. ¶ Quantum autẽ ad terciũ arti/
culum oportet respondere ad argu/
menta alterius opinionis. ¶ Ad pri
mũ dico ꝙ nõ implicat cõtradictõz

et cum probas q esset in actu et non in actu. Dico q sicut est duplex potētia scz obiectiua et subiectiua. ita est duplex actus. Unus qui opponitur potētie subiectiue. et dicitur actus formalis. Et alius qui opponitur potentie obiectiue. et dicit act9 entitatiuus. Materia autem est in actu et nō in actu. sed nō ꝯtradictorie. quia est in actu entitatiuo et nō in actu formali. Ad secundū dico primo q ista silitudo est vera quantum ad terminabilitatē quia sicut figura terminat corpus extrinsece ita forma terminat materiam intrinsece. sed nō est vera quantū ad inseꝑabilitatem. Aliter potest dici q deus potest facere corpus sine figura. Et cum dicit q tunc fieret infinitum in actu. nego. qr q̄uis corpus non terminetur termino extrinseco terminaret tū termino intrinseco. Ad tercium est instantia de anima intellectiua que nō pt separi a corpe. qr cum sit p se forma corpis verius facit vnum cum corpore q̄ȝ subiectum cum ꝓpria passione. Sed potest aliter responderi q esse magis vnum pt intelligi dupliciter. vel quantum ad partes vnitas vel quantū ad modum vnionis. puta quantū ad sepabilitatez vel inseparabilitatē. Primo modo materia et forma faciunt magis vnū. sed nō secūdo modo. Ad quartū dico q materia est minimū inter entia infra ꝯceptū generis substantie et sic intelligit Augusti. Sz materia nō habet minimū esse comparando ipsam ad oīa que sunt infra ꝯceptum entis. et hoc patet. vij. methaphisice. vbi dicit q substātia q̄cunqȝ siue materia siue forma siue compositum est prior quocunqȝ accidente perfectione. Ad quintum iam patet ex dictis q materia habȝ actum entitatiuū. Ad sextum dico q minor est falsa. qr materia habet ideam ꝓpriam in deo. quia est p se terminus creationis. p Augustinum. vij. sup Geñ. ad lrām. ca. xviij. Ad septimū dico q Boetius ibi intelligit de esse specifico et ꝑfecto. qu od esse non habet materia. Ad vltimuz dico q maior est falsa. quia accidens et substantia analogātur in ente. ex. iiij. methaphisice cum accidens pt esse sine substantia. vt patet in eucharistia. Ad primū principale dicitur q sicut materia p virtutem diuinam potest esse sine forma ita per virtutem diuinam priuationes formarum oppositarum possunt simul esse in materia. Aliter potest dici q inter illas priuationes non est oppositio propinqua sed remota. Et confirmatur per philosophum. quinto phisicorum. capitulo secundo. qui dicit q nō est transmutatio de non subiecto ad non subiectum. quia non est ibi oppositio et omnis transmutacio est de opposito ad oppositum. Ad secundum dicit Egidius q non est simile. qr motus non habet esse permansiuum. qr est in continuo fluxu. Materia autē habet esse permanens. Aliter dicitur q motus addit super mobile solum respectum. sed forma dicit quid absolutum. Aliter dicit Varro q argumentum non valet. quia forma naturalis presupponit materiaz. materia autem non presupponit formā quia prius potest esse sine posteriori ideo materia potest eē sine forma

et non econuerso. Aliter potest dici
secundum Scotum q non est incon-
ueniens q deus facit motũ sine mo
bili. Sed de hoc alibi in materia de
eucharistia. Ad autoritates Hu-
gonis Auicen. et Aristo. dico q lo-
quuntur de materia vt comparatur
potentie naturali non diuine.

Rima autẽ di

stinctionis. In ista di-
stinctione decimatercia
tractat magister de ope
ratione prime diei et de creatõe lu-
cis. Ideo quero. Utrum lux fuerit
prima die creata. Uidetur q nõ
quia proprium accidens non pro-
ducitur sine proprio subiecto. Sed
proprium subiectum lucis est sol et
sol fuit quarta die creatus. igitur.
In contrarium est Magister in
litera. Et confirmatur. quia illud fu
it primo creatum per quod distin-
guebatur dies a nocte. Sed illud
erat lux. ergo. Responsio. Hic
sunt quinq articuli. Primo viden-
dum est quid sit lux. secundo quid lu
men. tercio qualiter lumen gignitur
a luce. quarto qualiter lumen multi
plicatur in medio. quinto quomodo
lux fuit creata. Quantum ad pri
mum articulũ dico q lux non est sub
stantia sed accidens. Qđ pbo tripli
citer. Primo. forma substãtialis nõ
est p se sensu pceptibilis. Sz lux est
p se sensu pceptibilis. ergo. Minor
patz. Maior pbatur. omne illud cuius
pñtia est in aliquo sensu pceptibilis
et eius absentia est pceptibilis. g si
substantia est sensu pceptibilis ab-
sentia panis in eucharistia est natu
raliter pceptibilis. quod est falsum.

Scđo sic. qđ vni est accidẽs nulli
est substãtia. Sed lux est alicui acci
dens. quia potest inesse et abesse pre
ter subiecti corruptionẽ. Tercio
sic p Aureolũ. Illud est accidẽs ali
cui qđ sibi additũ in predicatõe nõ
facit nugationẽ sicut ptz p commenta
torem. viij. meth. commento. i iij. sed
sine nugatione dicitur sol lucidus.
ergo. Quantum ad secundum ar
ticulum dico q lumen nõ est substã
tia. Quod probatur tribus rationi
bus positis in precedenti articulo.
quia concludunt hic sicut ibi. Et ad
ducitur quarta ratio. quia vel esset
substantia corporalis vel spiritua-
lis. Non primo modo per argumen
tum philosophi. secundo de anima.
quia tunc duo corpora essent simul.
qđ improbat philosophus. iiij. phisi-
cor. nec scđo modo. quia est extensi
bile. Quantum ad terciũ articu-
lum dico q lux gignit lumen tanq̃
ppriam speciem similẽ sibi. Ad cuius
intelligentiaz est sciendum q scđm
Algesel in sua pspectiua triplex est
radius. rectus fractus et reflexus.
Radius rectus est qui diffunditur
a corpore luminoso in medio eiusdẽ
dyafoneitatis. et durat tantũ quan
tum virtus luminosi. Radius autez
fractus est qui concurrẽte medio al
terius dyafoneitatis non tamẽ om-
nino opaco multiplicatur in isto me
dio non secundum lineam rectam.
Radius aũt reflexus est qui ocurrẽ
te medio opaco anteq̃ terminetur
virtus actiua luminosi diffunditur
in partem oppositam. Istis modis
lux potest gignere lumen. Sz tũc est
dubiũ quomodo lumen est in medio
Et ibi sunt due opiniones extreme.

Scotus dicit ꝙ habeat esse intentio
nale. non ꝙ intentio dicatur quia in
tendit sensum sed quia est ratio tenē
di in actum cuius est ꝓpria similitu-
do. ⁊ ꝓbat ꝙ habet esse intentionale
quia si ñ esset ibi intentionaliter tūc
positum super sensum ꝓhiberet sen-
sum. Alia est opinio Aureoli ⁊ tho
me parte. j. q. lxvij. ar. ij. ꝙ habet esse
reale in medio. Tum quia habet effe
ctum realem. tū quia denominat me
dium. tum quia expellit oppositū. scȝ
tenebras. Sȝ iste opiniones forte ñ
sūt ꝯtrarie. Nā intētio accipitur du
pliciter. Uno modo ꝓ intentione lo
gica. Alio modo ꝓ ente diminuto. qꝛ
non est ita perfectum sicut suum fun
damentum. Et illo modo lumen ha-
bet esse intentionale in medio. qꝛ eiꝰ
esse non est ita perfectuȝ in medio si
cut esset in suo fonte. Et tunc argu-
menta Thome non concludunt. qꝛ il
lud esse intētionale potest habere ef
fectum realem et denominare me-
dium et expellere contrarium. Sed
de hoc dicam diffusius alibi si con-
tingat me scribere in. ij de anima.

Quantum ad quartum articulum fu
it opinio Empedocl. sicut sibi impo
nit Aristo. in. ij. de anima. ꝙ lumen
non multiplicatur in medio in instā-
ti. sed in tempore non ꝑceptibili. Eā
dem opinionez tenet auctoꝛ libꝛi de
spera. Sed teneo oppositum. ¶ Tum
ꝓpter auctoꝛitates philo. que dicūt
oppositum in. ij. phisi. ⁊ in. x. ethico-
et in libꝛo de sensu ⁊ sensato. et in. ij
de anima. tum ꝓpter rationes. Et est
ꝑma ratio talis ipsius philosophi in
ij de anima. Quando aliquid diffun
ditur in tempore impceptibili super
aliqđ spaciū multiplicato illo spa-
cio diffunditur in tempoꝛe percepti
bili. quia duo impceptibilia possunt
facere unum perceptibile. ergo si la-
teret nos multiplicatio luminis in
paruo medio ꝓpter impceptibilita-
tem tempoꝛis non lateret nos in ma
gno spacio ab oꝛiente in occidens.

Secunda est ratō Aureoli ⁊ bona ta
lis. Si radius non generatur a sole
in aere in instanti. ergo nunꝙ gene-
rabitur. consequens est falsum. ergo
et antecedens. Consequentia ꝓbaꝉ.
quia sol non est nisi in instāti in uno
situ. Tunc in illo instanti. aut gene-
rat radium aut non. Si sic habetur
ꝓpositum. si non. ergo nunꝙ genera
bitur. quia sicut variatur situs solis
ita variatur linea recta ꝺm quā radi
us rectus deriuatur. ¶ Quantū ad
quintum articulum dico ꝙ ꝑma die
fuit creata lux. Hoc ꝓbat Thomas
sic. Qualitas ꝑmi coꝛpoꝛis debuit ꝑ
ma die creari. sed lux est huiusmodi
ergo ratio non valet. quia agens ꝑfe
ctum ⁊ oꝛdinatum ꝑus ꝓducit subie
ctuȝ ꝙȝ qualitatem. Ideo est alia ra
tio Basilij talis. Illud fuit pꝛimo
creatum per quod ꝓducenda distin-
cte cognoscebantur. Sed hoc erat
lux. ergo. Ista ratio confirmatur ꝑ
magistrum qui dicit capitulo. j. hu-
ius distinctionis. Congrue mūdi oꝛ
natus a luce cepitᷣ unde cetera que
creanda erant videntur. ¶ Alia ra-
tio potest ad idem adduci talis. Si-
cut est in cognitione ita est in oꝑatō
ne. Sed in cognitōe incipitur ab uni
uersalibus. ergo et in operatōne. Sȝ
communius et uniuersalius est lux.
quia in eo conueniunt coꝛpoꝛalia et
spūalia. ergo. Sed hic sunt duo du-
bia. Pꝛimuȝ quid sit illa lux. Scḋm

quid factuz sit de ea. Dicunt aliqui ad primum q per illam lucem intelligitur natura angelica illuminata p gratiam. Qz ille est intellectus allegoricus nō literalis. Dicas ergo mihi quid fuerit illa lux litteraliter. Et dicit Aureolus q illa lux nihil aliud fuerit literaliter q ipsamet dies. Sed hoc nō credo esse verū. quia non est imperfectior prima dies q sequentes. Sed in diebus sequentibus distinguebantur dies et opera. ergo. Ideo dico cum Magistro q fuit corpus lucidum velut lucida nubes. Ad scdm dubium dicit Magister q aut de eo fuit corpus solis formatum. aut in ea parte celi est in qua sol est. et sic ei est vnita vt discerni non valeat. Contra illud quod dicit Magister q de illa luce sit sol formatus obijcit Aureolus quia tūc sol esset generabilis et corruptibilis. Sed argumentū non cogit. nam ponunt aliqui celum formatū de materia primo creata et tamen non ponunt ipm generabile et corruptibile Ad argumentū patet p magistrū q lux illa nō erat sine subiecto quia erat in partibus illis quas nunc illustrat solis diurna lux.

Dixit quoqz deus rc. Circa istam distinctionē decimamquartā oportet duo videre. Primo de natura celi quantū ad eius simplicitatē vel ꝯpositionē Scdo de motu ipsius. Primo ergo queritur Utrum celum sit cōpositū Uidetur q sic. quia medium sapit naturam extremoꝝ. Sed celū id est firmamentum est medium inter aq̄s supiores et inferiores. ergo. Preterea. In re mota oportet imaginari materiam. sed celum mouetur. ergo. Preterea. celum est animatū ergo est ꝯpositum. Antecedens probatur p Aristotilem. ij. celi et mundi. et p ꝯmentatorem. xij. methaph. et p Auiceñ. ix. methaphisice. ca. j. vbi dicit q celum est animal obediens deo. In cōtrarium arguitur sic. Quod est compositum est corruptibile. sed celum non est corruptibile. ergo. Rñº. Prima tria argumenta querunt tres difficultates: Primū querit. si celum sit de natura quatuor elementoꝝ. Scdm querit si in celo sit materia. Terciū querit si celum sit animatū. Et scdm illa tria sunt tres articuli. Primus si celum sit de natura quatuor elementoꝝ. Et dicitur cū philosopho primo celi et mūdi. q non. Hoc probatur ibi multis rōnibus de quibus adduco tm duas. Prima est talis. p prius motus sequitur p priam naturam. Sed celum et elementa habent diuersos motus. quia celū mouetur circulariter. elementa vero mouentur motu recto. ergo. Scda rō. Celū est incorruptibile scdm totum et fm partes. elementa aūt ad minus sunt corruptibilia scdm partes. Sed corruptibile et incorruptibile non hñt eandem naturam. quia differūt plus q genere. ex. x. methaphisice. Secundus articulus est. Si in celo est materia. Et dicit Aureolus q non. et probatur primo sic. Si in celo esset materia. vel esset eiusdem rōnis cum materia inferioꝝ vel alterius. Sed neutrum illoꝝ potest esse. ergo

Probatio minoris. Nõ enĩ est eiusdem rationis. quia tunc esset corruptibile et transmutabile. Nec est alterius rationis. quia materia nõ dicit actuz. Preterea. cõmentator dicit in tractatu in de substantia orbis. ꝙ celum non habet materiaz. et addit ꝙ in hoc melius habuit intentionem Aristotilis ꝙ alibi. Preterea. quod habet materiã est in potentia ꝯtradictõnis et potest esse et non esse. sed celum non est in potentia ꝯtradictionis. ergo. Confirmatur ex. vij. methaphisice. vbi dicitur ꝙ materia est ꝑ quam res potest esse et non esse. Si autem dicatur ꝙ non oportet celum non esse. quia forma celi terminat vel satiat appetitũ materie. Contra. impossibile est aliquã formaz excludere aliꝗ̃ ꝓuationem forme nisi det susceptiuo formaliter aliquẽ actum oppositũ. Sed forma celi non dat formaliter actuz multarum formaꝝ. quia non ꝯtinet eas virtualiter ad minus enim non ꝯtinet animam intellectiuam. ergo. Istam opinionẽ non teneo. quia arguaz ꝯtra eam sic. Extensio quantitatiua necessario presupponit materiam. sed celum est extensum extẽsione quantitatiua. ergo Minor patet ad sensum. Maior ꝓbatur. quia forma ꝫm se non extenditur ꝑ autorem sex principioꝝ. Scđo arguitur a quibusdam sic. Omne quod est in actu. aut est actus aut habens actũ Sed celum nõ est actus. quia tũc esset intelligibile actiue. ergo est habens actum. Sed omne tale constat ex materia et forma. ex actu et potẽtia. ergo. Hic datur aliqua instantia sed de hac alibi dicetur. Sunt autem circa istaz conclusionem duo dubia. Primum. Si materia celi est eiusdem rationis cum materia inferiorum. Secunduz. Si materia celi habet aliquam extensionem ab extẽsione quantitatis. Ad primũ dicitur a quibusdam ꝙ est eiusdem rationis. quod ꝓbatur primo. quia materia nullum dicit actum. sed distinctio fit ꝑ actum. vij. metha. ergo.

Secũdo sic. Si esset materia eiusdem rationis cum alia. aut esset eiusdẽ actualitatis aut alterius. Si eiusdem habeo ꝓpositũ. Si alterius. ergo sunt due materie prime. Tercio sic. nõ est alia ratio assignata ab aduersarijs ꝓpter quod in celo et in inferioribus non sit eadem materia nisi quia vnum esset transmutabile in aliud. Sed hoc non valet. quia in celo est vna materia et tñ vnum non est transmutabile in aliud. Sed hoc non credo esse veruz primo. quia cõmentator dicit primo de substantia orbis. ꝙ quicquid dicitur de superioribus et inferioribus dicitur equiuoce. Scđo si materia esset eiusdem rationis hic et ibi. sequitur ꝙ celum esset corruptibile vel ad minus materia vnius rei corruptibilis esset in potentia ad formam celi et posset transmutari. alias illa potentia esset frustra. Preterea. arguit Varro sic. transmutatio facit nos scire materiam ꝫm ꝯmentatorẽ. viij. metha. ergo ꝑ diuersas transmutatões arguemus diuersas formas. Sz diuerse sunt transmutationes supioꝝ et inferioꝝ. igitur. Scđo. Finis imponit necessitatẽ his que sunt ad finẽ. Sz forma est finis materie. ex. ij. ꝓhisicoruz. ergo vbi vna forma perficit

incorruptibiliter forma autem infe
riorum corruptibiliter. ergo. Ad
rationes alterius opinionis dicit.
Ad pmum ꝙ supponit falsum. qr ma
teria habet actum distinctuz contra
potentiā obiectiuā. vt patz. j. q. dis.
xij. Ad secundū dico ꝙ materia ē
ꝑpe nihil in sua coordinatione scili-
cet corruptibilium ⁊ incorruptibili
um. Sed quia materia dicit ꝓprium
actum distinctum contra potentiaz
obiectiuā nō est inconueniēs ꝙ vna
excedat aliam in entitate sicut dici-
mus ꝙ materia ē pncipalius ens, ꝗ̄z
relatio. vt patet in. j. q. distin. xij nec
est inconueniens esse duas materias
primas. vt patet in distin. iij. questi.
de compositione angelorum. Ad
terciū dico ꝙ omnes celi sunt eiusdē
speciei. Sed Scotus arguit contra
per hoc ꝙ celi habent diuersos effe-
ctus differētes specie. Credo tamē
ꝙ ista obiectio non valeat in causis
equiuocis. quia sol per eandem vir-
tutem habet dissoluere glaciem ⁊ ex
siccare lutum. Si autem valeat ista
obiectio potest dici aliter ꝙ mate-
ria sub forma vnius stelle non potest
transmutari in aliam. quia non ē in
potentia naturali ad eam sed tantū
in potentia obiectuali. Aliter potest
dici ꝙ materia non ē in potentia ad
formas nisi propter rationes semi-
nales que non sunt in ꝓposito. Sz de
hoc dicetur infra distinctione. xviij.
Ad scdm dubium dicit Egidius ꝙ
materia habet ꝓpriam extēsionē ali
am ab extensione quantitatis. quod
ꝓbatur sic. Impossibile est accidēs
aliquod permanens ⁊ diuisibile esse
subiectiue nisi in subiecto diuisibili.
alias accidens esset naturaliter sine
subiecto. Sed quantitas est accidēs
permanens ⁊ diuisibile. ergo habet
subiectum diuisibile vel extensum.
Sed hoc est materia. ergo. Hoc non
placet aliijs nec mihi. quia omne extē
sum est quodammodo corporeum et
sic plures quātitates corporee essent
simul in eodem ⁊ ꝑirent argumenta
philosophi. ij. de anima. et. iiij. phisi
corum. Ad argumentum autem di
co ꝙ deficit per falsam imaginatio-
nem. quia imaginatur ꝙ quantitas
prius existat in actu ꝗ̄z adueniat ma
terie. quod nō teneo sed dico ꝙ agēs
naturale educit de potētia materie
quantitatem actualem ad quam pus
erat in potentia. Per ea q̄ dicta sūt
patet ad argumenta opinionis q̄ ne
gat in celo materiam. Tercius ar
ticulus est videre si celum est anima-
tum. et patet per auctoritates alle-
gatas in tercio articulo pncipali ꝙ
sic. Et confirmatur tali ratione. Vi
uum non potest esse a nō viuo. sz mul
ta sunt viua ꝓducta virtute celi. si-
cut illa que generantur per putrefa-
ctionem. ergo. Maior patet. qr om-
ne viuum est nobilius nō viuo. Ista
opinio est falsa ⁊ excommunicata ꝑ
dominum stephanum episcopū pari
sieñ. ⁊ theologie magistrum. et ē cō
tra Damasce. li. ij. ⁊ contra Basiliū
et Gregorium. Thomas autem im-
probat illam opinionem per ratiōez
talē. parte prima. questione. lxx ar-
ticulo vltimo. Quia si celum esset a-
nimatum anima frustra vniretur cor
pori celesti. quia non propter perfe-

ctionem in essendo. pro eo ꝙ mate-
ria est propter formam ⁊ non econ-
uerso. ij. phisicorum. nec ppter perfe-
ctiones in operando. quia eque per-
fecte posset operari non vnita sicut
vnita. Ista ratio non concludit. qꝛ
eadem ratio posset fieri de anima be-
ata q̄ vnitur corpori. sicut deductuꝫ
est. xj. distin. q. j. articulo. ij. Ideo
est alia ratio Richardi in scđo q̄ ar-
guit sic. Celum non habet animā ve-
getatiuam. quia non augetur nec mi-
nuitur. nec etiam habet animam sen-
sitiuam quia non habet instrumēta
sentiendi. nec habet animam intelle-
ctiuam. quia intellectiua p̄supponit
istas. ergo. Sed ista ratio non va-
let. qꝛ illa anima intellectiua ſm plā-
tonicos qui fuerunt contrarie opini-
onis nō vnitur eiꝰ vt forma sed vt mo-
tor. Teneo ergo ꝙ celum non est ani-
matum. tum ppter dictum Damas.
libro. ij. ca. v. tum ppter dictum Ba-
silij Gregorij nasazeni. tum ppter ar-
ticulum excommunicatum per domi-
num stephanum qui dicit. Error est
celos ponere animatos. Ad ratio-
nem contrarie opinionis cum dicit
ꝙ viuum non potest esse a non viuo.
quia tunc non viuum ⁊c̄. dicitur vno
modo ꝙ non est inconueniens aliq̄d
esse nobilius in vno ordine ⁊ ignobi-
lius in alio ordine. licet enim celū sit
ignobilius in genere entitatis est tn̄
nobilius in genere causalitatis.
Contra. aut causat inq̄tum ens aut
inq̄tum non ens. Non secundo mo-
do. quia quod nihil est nullius ē cau-
sa. ergo primo modo scilicet inq̄tū
est ens. ⁊ tunc sic. Quicquid est nobi-
lius in causalitate est nobilius in en-
titate. sed per te celū est nobilius in
causalitate. ergo ⁊ in entitate. quod
est contra Augustinum qui dicit ꝙ
omne viuum ste nobilius non viuo
Ad argumentū illud melius patebit
in questione de rationibus seminali-
bus vbi dicetur ꝙ forma viua est im-
mediate a deo per creationem. Ad
primuꝫ principale dico ꝙ mediū est
duplex scilicet collectiuum ⁊ distin-
ctiuum. vt patet in coloribus. de me-
dio p̄mo modo sumpto est vera ma-
ior sed non de medio secundo modo
sumpto. firmamentum enim est me-
dium distinctiuum non collectiuum
Ad secundum dico ꝙ non est con-
tra me. quia cōcedo ꝙ in celo sit ma-
teria. Ad tercium patet ex tercio
articulo. ꝙ celum non est animatum
Et dico ꝙ philosophi sentientes op-
positum dixerunt falsum.

Secundo queritur. Vtrū
celum moueatur ab intel-
ligentia creata. Vide-
tur ꝙ nō per philosophū.
ij. celi ⁊ mūdi qui dicit ꝙ primū cau-
satum mouetur a causa prima. Sed
primum causatum est celuꝫ. ergo mo-
uetur a prima causa que est deus.
Preterea. celum non recipit pegri-
nas impressiones. sed si moueret̄ ab
intelligentia reciperet peregrinas ī-
pressiones. ergo. Preterea. viij.
phisicorum. Celum mouet seip̄m. er-
go non mouetur ab intelligentia. er-
go. Contra philosophus. xij. me-
tha. inuestigat numeꝝ ītelligētiaꝝ p
numeꝝ orbeū. qꝛ sūt motores orbiū

Rñº. et dico ꝙ hic ponũtur tres
articuli. In primo ponuntur tres
opiniones false. et in secundo dice-
tur ſm veritatẽ ꝙ intelligentia cre-
ata mouet celum. tercio declarabi-
tur si ista actio sit totaliter ab intel-
ligentia vel a deo. Quantum ad
primũ est vna opinio ꝙ celuz effecti-
ue mouetur a prima causa nõ medi-
ante aliqua causa secunda. quia po-
test immediate ꝑ se ipsam mouere.
Contra. q̃uis deus posset moue-
re orbem non mediante causa secun-
da tñ ꝓpter ꝯmunicationem sue bo-
nitatis et ꝓpter maiorem creaturaꝝ
ꝯnexionẽ voluit ipm mouere medi-
antibus causis scdis. Scđa opi-
nio est Auiceñ. ix. metha. ca. ij. ꝙ ce-
lum mouetur effectiue ab anima ce-
li ex eo ꝙ illa anima mouetur ab in-
telligentia sub ratione amati et de-
siderati. Contra istam opinionez
patet ꝙ supponit falsum. ꝙ celũ sit
animatum. quod improbatum est in
tercio articulo precedentis questio
nis. Tercia opinio est ꝙ celũ mo
uetur naturaliter a sua forma sicut
forme grauium et leuium determi-
nate sunt ad motum sursum et deor
sum. Contra. corpora determina
ta ad aliquẽ motum naturalẽ deter
minantur ad illum ideo quia conse-
quuntur ꝑ ipsum aliquã ꝑfectionez
Sed celum nõ ꝯsequitur ꝑ suum mo
tum aliquã ꝑfectionem. ergo ⁊c̃.
Forte dicis ꝙ imo. quia ꝯsequitur ꝑ
fectionem que est motus. Hoc non
valet. quia post resurrectionẽ melio
rabitur celum et tñ non habebit hãc
ꝑfectionem que est motus. Pre-
terea. Si hoc esset ꝑfectionis natu-
ralis in celo maxime essz in celo no-
bilissimo id est in celo empirreo. Sz
hoc est falsum. quia non mouetur. er
go. Preterea. contra hanc opini-
onem est Auiceñ. ix. methaphi. ca. ij
vbi dicit ꝙ motus celi non est natu-
ralis nec violentus. Quantuz ad
secundum articulũ dico ꝙ celũ mo-
uetur ab intelligẽtia creata. Cuius
ratio est. quia aut mouetur immedi
ate a deo aut ab aĩa ꝓpria. aut a for
maˡ ꝓpria aut ab intelligẽtia creata.
Sed primo modo nõ. vt patet cõtra
primam opinionẽ. nec scđo modo vt
patet ꝯtra scđam opinionẽ. nec ter
cio modo vt patet ꝯtra terciam opi
nionem. ergo relinquitur ꝙ quarto
modo. scz ꝙ celum mouetur ab intel
ligentia. Sed hic est dubiũm ꝑ quid
intelligentia mouet celum. scz vtrũ
ꝑ intellectum vel ꝑ voluntatẽ an ꝑ
potentiam executiuam. Sed de hoc
dictum est supra distinct. viij. q. j. in
principio tercij articuli. quere ibi.
Quantũ ad terciuz articulũ sunt
tres opiniones. Vna est que dicit ꝙ
actõ illa ꝑtim est a deo ⁊ partim ab
angelo. quia ꝓductũ ꝑt considerari
quantũ ad ens vel quantum ad hoc
ens. primo modo est a deo. secundo
modo ab intelligentia. Et ratio hu
ius est. quia inter agens creatum et
increatũ est triplex differẽtia. Vna
ꝙ agens increatũ est primariũ agẽs
creatum est secundariũ. Secunda ꝙ
agens increatũ est actus purus cre
atum non. Tercia ꝙ agẽs increatũ
non est ꝯtractum. agens creatũ sic.
Ex hoc arguitur tali medio. Effectꝰ
non ꝯtractus est a causa nõ ꝯtracta
Sed entitas vt sic nõ est ꝯtracta en
titas autẽ vt hec est ꝯtracta. ergo.
Scđa opinio dicit ꝙ res et omñes

actiones sm communem rationem p ducuntur a deo et ab agente creato. Hoc pbatur sic. potentia pportionatur essentie. Sed essentia diuina e infinita. ergo et potentia. sed pter infinitatem essentie diuine non potest poni aliquod creatum quin statim illabitur ei essentia diuina. ergo et potentia diuina habet illabi cuilibet potentie create et concurrit ad illu effectu. ergo. Tertia est opinio Varronis q non e ponere q in omni effectu producto agens increatum habeat actionem elicitam sed sicut generans graue dando sibi formam siue actum primum dat actum secundum no q ipm eliciat. Ita et in proposito agens primum dat intelligentie esse et potentiam mouendi celum qua habita intelligentia mouet celu per se psupposita manutenetia ipius a deo. De istis tribus opinionib9 accipiatur que magis videtur probabilior. Ad primum principale dico q prima causa mouet causatu p mum intelligendo primitatem n sim pliciter sed in ordine ad sequetia. vnde intelligentia mouens celum dicitur prima non simpliciter sed in ordine ad intelligentias sequentes. Ad secundum dico q celum non recipit peregrinas impressiones ex q litatibus sensibilibus. Ad terciu philosophus posuit q celum moueret seipm. quia erat animatu. sz hoc est falsum vt patet in questione precedenti.

Dixit etiaz deus producat aque reptile.

re. Circa istam distinctione quindecimam sunt duo querenda. Primum. Utrum in mixto maneant elementa sm suas formas substantiales in actu. Videtur q sic. quia mixto est miscibilium alteratorum vnio. Ex quo arguitur dupliciter. Primo qr si sunt alterata. ergo non sunt corrupta. Secundo quia si sunt vnita. ergo no sunt corrupta. et sic manet in actu. Preterea qualitas elemeti non est sine elemento. ij. de anima. sed in mixto sunt qualitates elementorum. ergo. Contra. Si elemeta manerent in actu cum habeant contrarios motus et quietes tunc vnu quodq mixtum violenter mouere tur et quiesceret. Preterea. omne compositum ex contrarijs in actu est corruptibile. sed multa sunt mixta q non corrumpuntur. sicut patet de lapide et auro. ergo. Responsio. hic sunt tres articuli. In primo ponuntur tres opiniones false. In secudo dicetur sm veritatem. Tertio si omnia elementa veniant ad compositionem mixti. Quantum ad primum est vna opinio quam recitat philosophus. j. de generatione. q impossibile est mixtionem esse. Et ratio huius est. quia miscibilia aut maneret saluata aut corrupta. aut vnum corruptum et aliud saluatum. Non primo modo. qr non est ratio quare sint plus mixta nunc q prius cum maneant eodem modo nunc et prius. nec secundo modo. quia nullatenus entia non sunt miscibilia. sed corrupta sut nullatenus entia. nec tercio mo. qr miscibilia debent se vniformiter habere. Ista opinio est falsa. vt patet per philosophum. j. de generatione

vbi querit quomodo generatio disti
guitur a mixtione. Ideo est opinio
Auicenne sicut imponit sibi commē
tator. iij. celi ꝛ mundi cōmento. lxvj
ꝙ elementa maneant in mixto nō re
missa ſm substantiam q̄uis remittā
tur ſm qualitates proprias. Con
tra hoc arguit commentator sic.
Idem est iudicium de toto ꝛ de par
te. ergo si qualitas potest remitti ſm
partem manente substantia omni
no nō remissa eadē ratione possunt
elementa manere ſm substantiam re
missa tota qualitate. Et ita posset
esse ignis non calidus quod est incō
ueniens. Et hic dicit Scotus ꝙ ra
tio non concludit. quia licet sit eadē
ratio de toto ꝛ de parte inter se com
parata non tamē respectu tercij. Et
licet elementum determinet sibi ali
quam qualitatem habet tamen eam
sub quadam latitudine ꝛ non est pro
cessus vltra ad aliquem gradum ita
ꝙ non potest ab omni gradu spolia
ri. Et sic licet corpus possit esse sine
hoc vel illo loco non tamen sine om
ni loco. Quicquid tamen sit de ratō
ne ipsemet Scotus dic̄ ꝙ opinio Aui
cenne sit falsa. Tercia est opinio
commentatoris vbi supra qui ponit
ꝙ elementa manent in mixto ſm su
as formas substantiales remissas si
ne refractas. quod probatur primo
per philosophum. v. methaphisice.
qui dicit quod elementum est ex quo
componitur res ꝛ manet in re. Scdo
Si elementa non manent in mixto se
quitur ꝙ materia prima immediate
reciperet omnem formam sine ordi
ne. quod est falsum. Arguit enim cō
mentator contra se tripliciter. Pri
mo. quia tūc forma mixti adueniret
enti in actu formali. et sic esset for
ma accidentalis. Secundo. quia nul
li forme cōuenit intendi ꝛ remitti ni
si forme accidentali. ergo forma ele
mentaris esset accidentalis. Tercio
receptiuum debet denudari a natu
ra recepti. ergo oportet materiā ele
menti denudari a forma substantia
li ꝓpria si debet esse sub forma mixti.
Ad primū et secundū dicit ꝙ for
me elementares sunt medie inter for
mas substantiales ꝛ accidentales.
ideo possunt intēdi ꝛ remitti et for
mā substantialez recipere. Ad ter
cium dicit ꝙ maior est vera de for
mis eiusdem ordinis. non autem de
formis alterius ordinis. forme autē
miscibiliuz et mixti sunt alterius or
dinis. ergo. Contra istam opinio
nem patebit per ratiōes que fient in
sequenti articulo. Quantū ad se
cundum articulum dico duas cōclu
siones. Prima ꝙ elementa non ma
nent in mixto in actu. Scda ꝙ conti
nentur in virtute tanꝙ in eminentō
ri in forma mixti. Probatur prima
conclusio ꝓmo sic. quia nulla plura
litas ponenda est sine necessitate. ſꝫ
hic nulla est necessitas ad ponendū
elementa miscibilia in actu. ergo.
Probatō minoris non enim est alia
necessitas ad ponendū elemēta in a
ctu nisi ꝓpter operatōnem. sed ꝓpter
hoc non oportet. quia cum forma mi
xti contineat eminenter formam mi
scibilis poterit in eius operatōnem

Scd̄o sic. forma lementaris nata est
constituere suppositū p se subsistēs
in genere substātie. ergo si sunt plu-
res forme elemētares in mixto actu
erunt in mixto plura supposita in ge
nere substantie. Tercio sic. quātitas
consequitur substantiam corporeaz
sicut passio subiectū. ergo si sunt ibi
plures substantie corporee in actu e
runt plures quantitates in eodē. qd̄
est contra philosophum. iiij. phisico
rum Sequitur etiam ꝙ quelibet ps
mixti non est mixta. quod est contra
philosophum. j. de generatione.
Quarto sic. mixtū generatur ex mi-
scibilibus. et sic se hz miscibile ad mi
xtum sicut terminus a quo ad termi
num ad quem. sed isti sunt termini in
compossibiles. ergo. Scd̄am conclu
sionem declaro per exemplum in co
loribus vbi color medius includit ex
tremos nō ſm realitatem. quia eque
simplex est color medius sicut extre
mus. Sed quia saluatur virtus eoꝝ
in medio tali. ita ē in pposito. Et de-
claratur per philosophum. j. de ge-
neratione vbi dicit. Quoniam vero
sunt quedam entia potentia quedaz
actu. contingit mixta equaliter esse
et non esse. in actu quidem ente ali-
quo generato ex ipis supple cōstituz ad
corpus mixtum. Et sequitur de mi-
scibilibus. potentia autem vtrunqꝫ
que erant in actu anteꝙ̄ miscerētur.
Et sequitur statim infra. Saluatur
enim virtus eorum. Quantum ad
tercium articulum sunt due opinio
nes extreme. Vna dicit ꝙ non opor
tet omnia elemēta concurrere ad ge
nerat͞oem mixti. quia pisces fuerunt
primo producti de aqua tantum.
Alia est opinio philosophi. ij. de ge
neratione. qui dicit oppositū. Et ra-
tio sua est talis. Ex eisdem sumus ex
quibus nutrimur. Sed ex quatuor e-
lemementis nutrimur. ergo. Itē
ex eisdem aliquid construitur in que
vltimate resoluitur. sed mixtum vl-
timate resoluitur in quatuor ilemen
ta. ergo. etc̄. Ad primum argumē
tum commentatoris dico ꝙ diffini-
tio elementi. v. methaphisice conue
nit tantum materie. Ad scd̄m di-
co ꝙ materia respicit formam dupli
citer. Primo quantum ad perfici
Sic dico ꝙ pōt qualibet forma sub-
stantiali perfici. Scd̄o modo respi-
cit eam quantum ad transmutari. et
isto modo oportet ꝙ sit ordo. quia p̄
mo oportet ꝙ materia in homine p̄-
mo sit sub forma elementi. secundo
sub forma seminis. tercio sub forma
carnis. vna illarum adueniente alte
ra non manet. ita est in proposito
Ad primum principale dico ꝙ mi-
xtio est eorum que primo fuerunt al-
terata nunc autem sunt corrupta.
Eodem modo dico ad secundum. ꝙ
vnio non sumitur sibi stricte sed lar
ge Ad aliud dico qualitas non est
sine elemento et sine eo quod inclu-
dit formaz elementi. sicut est forma
mixti.

y

Secundo queritur. Utrum anima sensitiua in bruto sit extēsa. Uidetur q̄ nō quia forma extensa est maior in maiori subiecto ⁊ sic potentia sensitiua esset maior ī pede q̄ in cor de. Preterea. quod educit̄ de potentia materie indiuisibili non est extensū. sed anima sensitiua est huius modi. ergo. Probatio minoris. q2 forma substantialis in materia precedit omne accidens ⁊ ita p̄cedit q̄titatem per quam est diuisibilis.
In contrarium est philo. j. et. ij. de anima de diuisione corporis annulosi. Responsio hic sunt opiniones. Una est fundata in dictis thome q̄ quando forma respicit totum ⁊ partes s̄m eandem rationem sicut patʒ de forma ignis talis forma est extensa. Quando vero forma nō respicit. totum ⁊ partes s̄m eandem rationē talis forma non est extensa. Et quia anima sensitiua est talis forma ideo non est extensa. Hoc confirmatur p̄ Augusti. li. de quantitate anime. vbi ponit q̄ cum vermiculus pungitur in vna parte statim retrahit se. qđ n̄ esset verū si anima sensitiua esset extensa. Preterea ibidem Augusti. dicit q̄ species rei visibilis in oculo nō est extensa. ergo multomagis potentia non est extensa. quoniam non magis extenditur accidens q̄ subiectum. Opinio hec non placet Varroni ⁊ Richar. Arguunt enim p̄mo sic. Quod producitur de potētia extensa est extensum. Sed anima sensitiua est huiusmodi. ergo. Secūdo sic. quia cum anguille diuiduntur p̄ partes remanent viuentes. quod nō esset verum nisi eius anima per diuisionem corporis diuideretur. sed nihil potest diuidi nisi extensum. ergo Qui vult istam opinionem secundam tenere petest dicere ad argumētum alterius opinionis de vermiculo q̄ illa attractio nō est per animaʒ sensitiuam precise sed per colligatōnem filiorum. Aliter potest dici ad primum et secundum q̄ quicquid dicit Augusti. li. de quantitate anime non dicit asserendo sed inquirendo.
Ad p̄mum p̄ncipale dico q̄ maioritas est duplex scʒ intensiua ⁊ extēsiua. Exemplum de albedine in equo et margarita. nā in equo ē maior extensiue. sed in margarita intensiue Ita in p̄posito anima sensitiua ī pede habet maiorem extensionem. sed in corde habet maiorē intensionem. Ad secundum dico q̄ subiectū ē extensibile aptitudine q̄uis nō sit extensum actu. vt patet supra distin. iij q. de indiuiduatione ⁊ dist. xiiij. de simplicitate celi.

His excussis quod sup. Circa istā distinctōem sedecimaʒ in qua tractat magister de imagine creata. Queritur vtrum intellectus ⁊ volūtas q̄ sūt p̄tes imaginis sint idem realiter qđ aīa. Uidetur q̄ nō. q2 imago est per imitationem illius cuius est imago. Sʒ aīa est ad imaginē trinitatis ⁊ in trinitate distinguuntur p̄sone realiter. ḡ. Preterea. potētie distinguunt̄ per actus. ex. ij. de aīa. Sʒ actus intellectus ⁊ voluntatis distinguunt̄ realiter. ḡ. Preterea. q̄ nō distinguuntur realiter possunt de se inuicē p̄di

cari in abstracto. Sz intellectus et voluntas non sic p̄dicatur. ergo. Contra. sicut transmutatio facit sci re materiā ita actō facit scire formā p cōmentatorē. viij. metha. Sz materia seipā est receptiua forme. ergo forma seipā siue aīa seipā est actiua. sed est actiua per potentias. ergo Confirmat̄ p phm̄. ij. phisi. qui dicit q natura est p̄ncipiū motus et quietis. Rn̄o. hic sunt quinq articuli fm quinq opiniones. Prima est opinio Thome pte. j. q. lxxvij. arti. j. qui dicit q potentie anime sunt distincte realiter inter se et ab essentia aīe fluentes ab essentia anime sicut accidens a subiecto. sunt tn̄ accidētia inseparabilia. Et q sint accidentia pbat vbi supra primo sic. Actus et potentia sunt in eodē genere. sed actus illarū potentiarum sunt in genere accidentiū: ergo. Scd̄o sic. aīa p seipam ē actus siue forma. g̃ si potentie sūt idem quod sua essentia sicut ipa est p̄ncipium viuēdi ita et intelligendi. sed aīa semper est p̄ncipium viuendi ergo eodē modo semp intelligendi. quod ē falsum. Et ꝯfirmat̄ sic. Agēs p essentiā semp agit. sz aīa nō semp agit. ergo non est agens p essentiā. ergo potētia p quā agit nō ē sua essentia. Tertio arguit̄ ab alijs sic. Vnuz et idē simplex nō potest esse principium diuersarum operatōnum sicut nec eadem materia pt esse p̄ncipium diuersarū formarū nisi p aliā et aliam dispositionē. Sed opatōnes intellectus et voluntatis sunt diuerse. ergo Quarto sic. Accidēs variabile presupponit accidēs inuariabile. sed intelligere et velle sunt accidentia variabilia. ergo p̄supponit accidentia inuariabilia. sed hoc ē potētia. g̃ potentia est accidens. Quinto sic. Sicut se habet essentia ad esse ita potē tia ad operari. ergo ꝑmutatim sicut se habet esse ad operari ita potētia ad essentiā. sed nullius creature esse est suū opari. ergo nec essentia ē sua potentia. Sexto sic. Quod nō recipit magis et minus nō est idem ei qđ recipit magis et minus. sed essentia non recipit magis et minus. potētia autem recipit magis et minus. quia vnus est ingeniosior altero. ergo. Septimo sic. Aristo. in p̄dicamētis dicit q naturalis potentia est in secunda specie qualitatis. sz omne tale est accidens ergo. Octauo sic. cōmentator. j. de anima dicit q anima diuidit̄ in has potētias sicut pomū in colorem et saporem. sed hec est diuisio in accidentia. ergo. Nono sic. Effectus assimilatur sue cause. sed effectus harum potentiarum est accidens. ergo. Decimo sic. Ita se habent p ordinem ens per se stans. accidens manens et accidens fluens. tūc sic. Impossibile est transire ab ente p se stā te ad accidens fluens nisi per accidens manens quod est mediuz inter illa duo. ergo cū actus anime sit accidens fluens et substantia anime sit ens per se stans. ita potentia anime erit accidens manens. Vndecimo sic. Si potētia anime sit idem quod sua essentia. ergo et actus qđ est falsum. Probatio consequētie. qz cum anima non intelligat se p suā essentiam tunc actus est medium. et sic non est minus idem alteri extremo q̃ē extrema sint idem inter se. Contra illā opinionem arguitur sic. Nō est ponenda pluralitas sine necessitate

vel distinctio sine necessitate. Sed B
nulla est necessitas ad ponendū has
potentias distinctas ab essentia ani
me. ergo. Minor probatur. quia nul
la ratio opinionis prime concludit.
quod patet sic. Ad primum dico
ꝙ equiuocat de potentia. quia potē
tia accipitur vno modo vt est diffe-
rentia entis. Et sic potentia et actꝰ
non solum sunt in eodem genere sed
etiam idem numero. vt patet per cō
mentatorem. ix. methaphisice. Secū
do modo sumitur potentia pro prin
cipio actiuo vel passiuo. ⁊ sic maior
est falsa. Ad secundum dico ꝙ nō
valet. quia anima est principium for
male vite sed vt est principiū intelle
ctionis volitionis reducitur ad ge-
nus cause efficientis. Ad confirma-
tionem dico ꝙ agere per essentiā po
test dupliciter intelligi. Vno modo
vt distinguitur contra agens depen
dens et sic competit soli deo agere ꝑ
essentiā. Alio modo vt distinguitur
contra agens per accidēs. ⁊ isto mo
do maior est falsa. Ad tercium ne
go maiorem. quod patet per eundez
doctorem libro secundo qui dicit ꝙ
anima seipā est immediatum princi
pium receptiuum talium potentiaꝝ
quas ponit diuersas formas. Ad
quartum eodem modo per negatio-
nē maioris. quia potētie anime aut
sunt accidentia variabilia ⁊ habēt
ꝓpositum. aut inuariabilia. et tūc cū
anima ex sui perfectione possit fun-
dare diuersa accidētia inuariabilia
multomagis poterit ⁊ variabilia.
Ad quintum nego ꝓportionem. quia
esse est idez realiter quod essentia vt
patet ex questione de compositione
angelorum. Sed operatio non ē idē

quod potentia. Ad sextum suppo
situm ꝙ forma nō recipit magis aut
minus quod tantum est dubium. Di
co ꝙ potentia ꝭm se non recipit ma-
gis ⁊ minus. Et cum dicis ꝙ vnus
est ingeniosior altero. dico ꝙ hoc ē
ꝓpter organa bene disposita. Ad se
primū dico ꝙ aristotiles accipit ibi
potentiam pro quadam facilitate ⁊
idoneitate, Ad octauum patebit
ex secunda conclusione quinte opini
onis. Ad nonum concedo ꝙ vni-
uocus effectus debet assimilari sue
cause. sed in causis equiuocis non o-
portet sicut est in proposito Ad de
cimum dico eodez modo sicut dictū
est ad quartum. Ad vltimum pa-
tet per illud quod dictum est distin-
ctione. ij. questione illa. Vtrum an-
gelus cognoscat se per suam essenti
am. Secunda opinio dicit ꝙ potē
tia anime est quedam ꝓprietas con-
substantialis emanās ab ipā anima
que eo ipō ꝙ emanat ab illa non est
ipā essentia anime. quia tantum ema
nat immediate ab illa nō declinat in
aliud genus. et ita non est substantia
nec accidens q̄uis reducatur ad ge-
nus substantie. Videas hoc diffusi-
us in Bonauentura si vis intellige-
re verius. Contra istam opiniōez
arguitur per Augustinum. v. de tri-
nitate. ꝙ in rebus creatis quod non
ꝭm substantiam dicitur restat vt ꝭm
accidens dicatur Item Boetius
et simplicius super predicamēta di-
citur: Omne quod est aut est substan
tia aut accidēs. et tota philosophia
clamat ꝙ inter substantiā ⁊ accidēs
non est dare medium. Sed forte sic
non est. nec philosophus sic clamat.
quia commentator circa ꝑncipiū ce

li ⁊ mundi dicit ꝙ inter substantiaꝫ
et accidens est dare mediū. Et Aui-
ceñ. expressius prima parte sexto na-
turalium. ca. j. dicit sic. Possibile ē
ꝙ aliquid sit in aliquo non vt acci-
dens nec vt substantia. vide ibi cir-
ca medium capituli. Ideo est ter-
cia opinio que dicit ꝙ potentie ani-
me sint idem cum essentia anime sed
distinguuntur realiter inter se. quia
sunt partes anime. Quod probatur
sic ꝑ phm̄. iij. de anima vbi dicit de
parte anime qua cognoscit ⁊c̄. Itē
Boetius libro de diuisionū dicit ꝙ
diuisio anime in potentias est sicut
diuisio totius in partes virtuales.
Contra. Augustinus. ix. de trinita-
te. dicit ꝙ quelibet istarum poten-
tiarum complectitur totam essentiā
anime. sed pars nō complectitur to-
tum. ergo. Preterea. partes pre-
cedunt totum origine. Sed intelle-
ctus ⁊ volūtas non ꝑcedunt essentiā
anime. ergo. Ad rationes opinio-
nis patebit ex secunda conclusione
quinte opinionis. Quarta est
opinio ꝙ potentia anime sunt idem
cum essentia anime re absoluta ⁊ ab
ea distinguūtur tantum relatiue. ita
ꝙ potentia anime non est nisi essen-
tia anime sub respectu sumpta ad di-
uersa itelligibilia ⁊ volibilia. Ista
quere diffusius si vis in Gandauo.
Contra. non querimus quid signifi-
cet potētia sed querimus quid sit im-
mediatum principium operationis
Et dico ꝙ nō potest essentia anime
cum respectu assumpto. quia vnius
operationis est vnum per se princi-
pium, per commentatorem. v. phisi-
co. sed essentia cum respectu nō facit
per se vnū, quia aggregat res diuer-
sorum generum. Preterea. iste po-
nit ꝙ voluntas realiter est nobilior
intellectu. ponit etiam ꝙ relatio re-
aliter est eadem cum suo fundamen-
to. Tunc arguo sic. Que sunt idē re-
aliter eidem fundamento vnum non
est nobilius altero realiter. sed ꝑ te
volūtas ē realit̄ nobilior intellectu
ḡ. Nūc restat ponere quītā opiniōeꝫ
quam teneo et dico duas conclusio-
nes. Prima ꝙ ille potentie sunt idē
in essentia anime realiter. Scḋa ꝙ
distinguūtur formaliter. Prima cō-
clusio ꝓbatur sic. non est ponēda plu-
ralitas sine necessitate Sꝫ h̄ nulla ē
necessitas ad ponēdū distinctōnem
realē in istis potentijs. vt patet ꝑ im-
probatōem dictaꝝ opinionū. ḡ. Se-
cūdo sic. Ignobilitas nō ē ponēda
in natura ꝑfecta sicut est anima nisi
occurrat improbabilitas. sꝫ talis di-
stinctio ignobilitat aīam ⁊ nō appa-
ret ꝓbabilitas. ḡ. Probatio minoris
q2 deus ē immediatū ꝑncipiū diuer-
sarum operationum absqꝫ eius disti-
ctione reali. ḡ. Preterea. ordina-
tū immediate ad aliquē finem debet
immediate attingere illū finē. sꝫ aīa
immediate ordinat̄ ad beatitudineꝫ
ḡ. immediate debꝫ illā attingere. Sꝫ
hoc ñ esset si attingeret ꝑ intellectū
tāqꝫ ꝑ accidēs sepatū. ḡ. Quarto
sic. ꝑfectior est forma substātialis qꝫ
accñtalis. Sꝫ forma accñtalis seipa
exit ī actū. ḡ. Scḋa ꝯclusio ꝓbat̄ sic.
tū q2 si vna potētia diffinit̄ in eiꝰ dif-
finitōe ñ ponit̄ aliatr̄ q2 aliq̄d ꝯpetit
ꝑ se volūtati qḋ ñ ꝯpetit intellectui.
Per h̄ ptꝫ ad rōes supiꝰ tactas. Di-
co eī ꝙ ñ sūt ꝑtes aīe sꝫ q̄dā ꝑfectōes
formalit̄ sūpte ñ tñ realit̄ distincte.

Ad primum principale patet in primo distinctione.iij. imago enim trinitatis non est precise in istis potentijs vt sunt actus primi.quia licet sit ibi consubstantialitas non tamen est ibi distinctio realis. Nec in actibus secundis.quia q̃uis sit ibi distinctō non tamen est ibi substantialitas Ideo dico ꝙ imago est in potentijs vt subsunt actibus secundis. Ad scdm dico ꝙ nō oportet ꝙ sit tanta distinctio in potentijs quanta est in actibus. Sol enim per candem potētiam habet exsiccare ⁊ humectare.

Ad vltimum dico ꝙ distinctio formalis impedit predicationem identicam inter illas potentias. Et si obijcias.quare nō impedit in deo cū ponas ibi distinctionem formalem. Soluit Scotus ⁊ bene.viij.distin.j.q.iiij.ꝙ hoc est ꝓpter infinitatem harum potentiarum et perfectionum que infinitas non reperitur in creaturis.

Hec de origine anime. Circa istam distinctionem.xvij.posset q̄ri. Vtrum anima sit composita ex materia ⁊ forma. Sed solutio patet per id quod dictum ē de compositione angelorum.ar.iiij.q̄re ibi. Secundo posset queri vtrū anima Ade fuerit creata extra corpus. Sed ad hoc patet per magistrū ca.ij.quere ibi. Tercio queritᷣ vtrū paradisus sit locus conueniens habitationi hominuz. Et videtur ꝙ nō quia est iuxta globum lunarem.sꝫ talis locus nō est habitabilis propter speram ignis.ergo. Contra. Genes.j. Tulit deus hominem ⁊ posuit eum in paradisum ⁊c. Responsio ꝙ sic ⁊ pro statu nature lapse.et pro statu nature restaurate.de primo patet.quia est ibi Enoch et Helias.vt dicitur Gene.v.et.iiij.Reg.ij.de secundo patet.quia fuit ibi adā ⁊ eua Sed est dubium de loco paradisi vbi sit q̃ztum ad locum. Dico ꝙ est in oriente.quia vbi nostra translatio habet quem formauerat a principio:alia translatio habet ad orientem. Et si queratur de eius latitudine dicitᷣ a quibusdā ꝙ est subequinoctiali.nec est ibi color intemperatus ꝓpter velocem motū solis. Doctor vero subtilis dicit ꝙ est citra vel circa zodiacum. Si autez queras de eius altitudine dicitᷣ a magistro ꝙ ē iuxta globum lunarem. Scotus dicit ꝙ est dictum mathematicum ⁊ ponit eū circa medium intersticium aeris nostri Et per hoc patet ad argumentū ꝓncipale qualiter est soluendum.

Quarto queritᷣ vtrū in homine sit alia forma substātialis ꝑter animā intellectiuā. Videtᷣ ꝙ n̄.qꝛ phs.iiij.metheoroꝝ dicit ꝙ caro q̄ nō ꝑt facere opus carnis ē caro equiuoce.talis est caro mortua.ergo ē caro eq̄uoce. Sꝫ si ꝑ aliā formam esset caro q̄ꝫ ꝑ animā viuā ꝑt dici caro vniuoce. Preterea.viij.metha.forme se habent sicut numeri. Sed vno numero addito variatᷣ spēs numeri ꝓcedētis.ḡ eodē mō in formis substātialibus.⁊ sic hō nō esset vnū specie. Cōtra.ↄmentator.j.phisi.q̄ sunt inter primam materiam et vltimā formā sūt materie ↄposite ⁊ forme ↄposite

Responsio. hic sunt quatuor articuli. Primus. Si anima intellectiua sit forma substatialis et specifica hominis. Secundus. Si cu illa sit compossibilis in homine alia forma substantialis. et ponitur ibi opinio falsa. Tercio dicetur ad questionez secundum veritatem. Quarto dicetur ad motiua aliorum. Quantu ad primuz dico quod sic. quod probatur per phm. ij. de aia. Anima inquit est actus corporis phisici organici vitam habentis in potentia. Et subdit ibidem quod non est actus secundus sed substantialis et primus. Scdo quia omes philosophi comuniter posuerunt in diffinitione hois ronale tanq differentiam. intelligentes per rationale aiam intellectiuam. Tercio per ronem phi. ij. de anima sic. Id est forma substatialis hominis quo amoto no remanet tale nisi equiuoce. Exemplu eius est de dolabro. quia eius forma amota non remanet dolabru nisi equiuoce. Sed amota intellectiua ab homine no remanet homo nisi equiuoce. Quarto sic per rationez modernorum que etia est aliqualiter phi. in. ij. de anima. ppria opatio est a ppria forma: Sed intelligere est ppria operatio hois. ergo est a ppria forma ipsius. Sed tale est ab anima intellectiua. Cofirmatur. ex. x. ethicoru. vbi dicitur quod felicitas que cosistit in speculatione et in intellectione est ppria opatio hominis.

Contra ista oclusionem sunt duo dubia. Primuz. Diuidentia aliquid ex opposito no faciunt per se vnu. sed corporeum et incorporeu sunt hmoi ergo no faciut per se vnum cum corpe Sed anima est incorporea. ergo no facit vnum cum corpore. cum corporeum et incorporeum sint ex opposito distincta. Sed forma facit per se vnum cum eo cuius est forma. ergo anima non est forma corpis. Scdm dubium. causalitas cause formalis est dare alteri esse quale sibi competit. Sz esse anime intellectiue est immortale. ergo dabit corpori esse immortale si est eius forma. qd est falsum. Ad ista dubia dicetur alibi.

Quantum ad scdm articulum est opinio Thome parte prima. q. lxxvj articulo. iiij. quod in homine est tantuz vna forma substantialis scz aia intellectiua. Quod pbatur primo sic. vnius rei tm vnicum est esse. sz vnuz esse est ab vna forma. ergo vnius entis puta hois est vna forma. Confirmatur ex. vij. metha. Genus nihil est preter generis species. Secundo sic. forma substatialis distinguitur a forma accidentali. quia forma substantialis aduenit enti in potentia. accidentalis aut enti in actu et sic forma substantialis esset accidetalis forma. Tercio sic. si in homine essent plures forme sustantiales dicendo homo est animal no essz predicatio per se primo modo. consequens est falsum. ergo et antecedes Probatio osequentie. pdicatio sumpta a diuersis formis est predicatio per accidens. sicut cum dicitur homo est albus. Sed si in hoie essent plures forme cu diceretur homo est animal. illa predicatio sumeretur a diuersis formis. ergo. Quarto probat illud Scotus libro. iiij. dist. xi. q. iij. sic. Pluralitas no est poneda sine necessitate. sed non est necessitas ponere plures formas. quia pfectior

continet virtualiter imperfectiores sicut trigonus continetur a tetragono. ex. ij. de anima. Quinto confirmatur illa opinio sic. Iste plures forme aut sunt eiusdem speciei specialissime aut alterius. Non pmo modo quia vna illarum sicut est intellectiua est incorruptibilis per naturã altera vero est corruptibilis. Sz corruptibile et incorruptibile differunt plus q̃ genere. ex. x. metha. Nec secũdo modo. quia tunc hõ non esset vnus specie et hominis per se non esset vna diffinitio. Quantum ad terciũ articulum dico q̧ illa opinio est falsa. quia in homine ad minus sunt ponẽde due forme substãtiales. scilicet intellectiua et corporea. Et hoc pbat Henricus sic. diuersa agentia que agunt distinctis operationibus non possunt habere eundem terminũ formalem. Sed anima intellectiua est terminus creatõis, ergo oportet q̧ agens naturale habeat alium terminum formalem. Secundo pbat idem Richardus sic. Eadẽ accidentia numero presupponunt aliquam formã substantialem eandez numero. Sed in homine mortuo manent eadẽ accidentia numero. sicut patet de cicatricibus. ergo oportet q̧ sit aliq̃ forma substantialis eadez numero. Sz non est anima intellectiua. ergo ẽ alia quod est ppositum. Maior pbat. quia vnitas posterioris depẽdet ab vnitate prioris. Preterea. Si non filius carnalis non haberet esse genitum a patre. quia materia est ingenita. anima autẽ intellectiua est a deo per creationem. similiter eius vnio cum corpore est a deo creante. ergo. oportet ponere aliquam formã sub-stantialem ratione cuius filius ẽ genitus a patre. Hugo artista pbat illam conclusionem sic. Omnis forma immediate in materia recepta ẽ forma generabilis et corruptibilis. Sed anima intellectiua nec est generabilis nec corruptibilis. ergo nõ ẽ forma immediate recepta ĩ materia ergo presupponit aliam sed non accidentalem. ex. j. phisicoz. ergo substãtialem. Ratio autem ista non valet. quia idem argueretur de forma celi cum nõ sit generabilis aut corruptibilis. ex. j. celi. Ideo aliter arguitur a landolfo sic. Causalitas cause formalis ẽ dare alteri tale esse, quale sibi competit. Sed anima intellectiua nõ est corporea formaliter. ergo nõ dat esse corporeum. ergo. Preterea probo idem sic. Anima est actus corporis phisici. ex. ij. de anima sed corpus phisicum habet formam substantialem. ergo Preterea arguo per duo argumenta fidei sic. Si beatus Petrus cõsecrasset in triduo cõfecisset verum corpus xp̃i. tunc quero. quis erat terminus consecratõis aut materia pura. et hoc non vr̃ patz per se. aut anima intellectiua. et hoc non. quia anima intellectiua ꝑm omnes est ibi tantum ꝑm concomitantiã Aut corpus informatum aliqua forma substantiali. Et tunc quero que sit illa quia aut anima intellectiua. et hoc non. quia erat in limbo. aut alia. et tunc vel esset de nouo introducta et non esset tunc xp̃us idem indiuiduum numero. vel altera que prefuit et habetur ppositum. Secundo qꝛ ista positio destruit reliquias sancti Dominici et omnium sanctorũ Probatio. Xp̃iani exhibent reueren

tiam corporibus sanctorum. Tunc quero. aut in illis corporib[9] manet eadem forma substātialis que fuit cū anima intellectiua et habetur ꝓposi/tum. aut alia et tunc nō sunt reliquie sanctorum venerande. Quantum ad quartum articulum dico ꝙ ratio/nes opinionis prime non concludūt. Ad primū quando dicitur ꝙ vnū esse requirit vnam formā. nego. Ali/ter potest dici ꝙ requirit vnam for/mam vltimate specificantez. Et ista est anima intellectiua que vltimate actuat q̄uis aliam ꝑsupponat. Con/firmatio nō valet. quia philosophus dicit ibidem. aut si est vt materia est eodem modo ad secunduz. quod ad/uenit alicui enti in actu vltimato et specifico est bene accidens. Sed per illam formam precedentem homo nō erat in actu specifico vltimate. Ad tercium nego consequentiam. Ad ꝓ/bationez dico ꝙ predicatio sumpta a diuersis formis alterius generis ē accidentalis. Sed quando sunt for/me eiusdem generis puta substantie et vna est potentialis respectu alte/rius non oportet. Ad quartū ne/go minorez. et cum non ꝓbatur ꝙ for/ma superior continet inferiorem cō/cedo de formis eiusdem ordinis. sed forma corporea non est eiusdem or/dinis cum anima intellectiua q̄uis sint in eodem genere saltem remoto. Ad quintum dico ꝙ suppositio di/uisiua non habet necessitatem. quia quando queritur de aliquibus duo/bus vtrum sint eiusdem speciei speci/alissime oportet ꝙ vtrunq̄ sit per se species. neutra autem harum forma/rum est per se species sed pars spēi. Aliter potest dici ꝙ dato ꝙ sint al/terius speciei adhuc faciūt ꝑ se vnū quia vna est potentia respectu alte/rius. Ad primum principale dico ꝙ caro mortua est caro vniuoce sz ē caro viua equiuoce. quia vt sic nō po/test facere opera carnis viue. Ad secundum dicenduz ꝙ illud est intel/ligendum de substantia directe exi/stēte in genere cui competit plenius ratio substātie. Aliter potest dici ꝙ illa similitudo non tenet quantū ad omnia sed tenet quantum ad hoc ꝙ sicut numeri consistunt in indiuisibi/li ita et forme.

In eodem quo qz paradiso

Circa istam distinctōem decimāoctauam quero. Vtrum in materia sit ratio semina/lis ad formam naturaliter educen/dam de ipa. Videtur ꝙ sic. quia alias forma crearetur si nihil eius ꝑ existeret. Secundo quia alias ge/neratio naturalis esset violenta. q̄r violentum est cuius principium ē ab extra. ex. iiij. ethicorum. Tercio sic Generatio forme substantialis ē na/turalis. ergo est a principio intrinse/co materie. Consequentia probatur ex. ij. phisicorum sic. natura est prin/cipium motus et quietis eius in quo est. Quarto sic. vj. methaphisice. philosophus dic̄. phisica nō ē practi/ca. q̄r ꝓcipiū factibiliū ē in faciēte ꝓcipiū vero naturaliū ē in ipis reb[9]

Cum ergo vniformiter accipit prin cipium. quia aliter argumentuz suū non valeret oportet ꝙ intelligat de principio actiuo. Quinto sic. vij. methaphisice. illa que sunt casu pñt generari sicut ea in quoꝝ materia preexistit aliqua pars forme inducende. Contra. vij. metha. forma nō generatur nisi quia ɔpositū generatur. sed in materia non preexistit aliquod seminarium compositi. ergo. Preterea. Si aliquid forme essz in materia tūc forma corrupta posset redire eadem numero ꝑ naturam cuius ɔtrarium patet in fine secundi de generatōe. Probatio ɔsequētie. Ex quo aliquid generatur in idē potest resolui. et sic si forma posset redire in pristinaz potentiā possz etiā esse idem agens. sed istis duobus existentibus sequitur idem effectus. ex viij. metha. Preterea. relatio realis non potest esse sine termino reali sicut nec sine fundamēto. Sed si poneretur talis ratio seminalis essz relatio ad formam et esset sine termino cum forma non existat. Rñº. Hic sunt tria vidēda. Primo quid est ratio seminalis. Scḋo in quibus ponitur. Tercio ad quid ponit. Quantum ad primum dico ꝙ in materia tria ɔsiderantur. scz essentia materie potentia receptiua et actus. Ratio aūt seminalis nō p̄t poni in essentia materie. qꝛ christus fuit in Abraham ꝑm corpulentam substantiā et materiam. vt patet per Augº. x. sup Gen̄. ad literā. sed non fuit christus in abraham secundum rōnez seminalem. ergo. Scḋo non p̄t poni in potentia receptiua materie. quia deus facit aliquid in materia nō scḋm rationem seminalem. vt patet per Augustinuz. ix. sup Gen̄. ad lr̄am. Sed deus nihil facit in materia cuius nō sit materia receptiua. Tercio ponitur ꝑm aliquos ꝙ ratio seminalis est aliquid in materia et est gradus aliquis imꝑfectus respectu forme educende et est eiusdem rōnis cum gradu sequenti. Vide hoc in bonauentura. Ista opinio ɔfirmatur ꝑ quinqꝫ rationes factas in principio questionis. Contra. quero vtrum illa pars forme que acquiritur per generationem aut prefuit in materia aut non. Si sic ergo non acquiritur ꝑ generationez. Si non. ergo nō euadis creationē quam intendis vitare. Preterea. in cuius virtute actiua est ens ꝑfectius in eius virtute actiua est ens imperfectius eiusdem ratōnis. Sed gradus precedēs est imperfectior gradu sequenti et eiusdem rōnis. quia alias forma essz composita ex ꝑtibus diuersaꝝ rationum. Si ergo generans p̄t ponere formam in esse ꝑm gradum sequentē qui est ꝑfectior multomagis scḋm gradum precedentē qui est imperfectior. Preterea quero de illa parte forme que vltimo inducitur de cuius potentia educatur. Si immediate ꝑducitur de potentia materie tūc frustra ponitur ratio seminalis. Si autez ꝑducatur de gradu imꝑfecto hoc est inconueniēs ꝙ aliquid ꝑducatur de potentia alicuius quod est eiusdē rōnis cum eo qḋ producitur. Preterea. illa rō intrinseca seminalis aut sp agit. et sic materia nūꝙ̄ esset in esse quieto sub forma. aut non semper agit sed tm̄ qn̄ excitatur ab agente exteriori et cū tale agens

sit extra erit generatio violenta. Est alia opinio Richar. que dicit ꝙ materia est tota forma sm purū esse potentionale. Contra. aut actus aliquid addit ad illud purum potentōnale aut nihil. Si nihil. ergo generatio terminatur ad nihil. Si aliquid. vel absolutum vel respectiuum. Nō respectiuum. quia tunc relatio esset terminus motus vel mutatōis cuius contrarium patet. v. phisico. Si addit aliquid absolutum. ergo non prefuit tota forma. Dico ergo ꝙ ratio seminalis est quedā qualitas cōsequens formam substantialem seminis ⁊ non est actus coeuus correspōdens ipi materie sed via ad ꝓductuȝ quod est per se intentum a natura.

Quantum ad secundum articulū est sciendum ꝙ aliqua sm aliquos semper ꝓducunt sibi dissimilia immediate. vt sol ꝓducit ranam. Aliqua ꝓducūt sibi similia. et hoc dupliciter scilicet mediate. vt homo hominem vel immediate vt ignis ignem. Ad ꝓpositum dico ꝙ in primis non potest esse ratio seminalis. quia nec virtute celi potest sensitiua forma in rana ꝓduci. Cuius ratio talis est. Omnis causa equiuoca est nobilior effectu ꝓducto. Ista enim negata nō pt̄ ꝓbari ꝙ deus esset perfectior musca. Sed celum non est nobilius ipa forma sensitiua. quia omne viuum ē nobilius non viuo. sm Augusti. ergo. Ad illam rationem datur vna respōsio que data est supra distinctione. xiiij. q. i. arti. ij. vide ibi. In his autem que producunt similia mediate vt homo generat hominem oportet ponere semē ⁊ rationem seminalem. In his autem que producunt similia immediate. vt ignis ignē nō oportet ponere rationem seminalem. qḋ probatur primo. Elementa sunt imperfectissima entia in genere substātie. sicut patet per commentatorem iij. de celo ⁊ mundo. Sed semen cuiuscunq; est perfectius eo quod dicitur ex semine generari. ergo. Preterea semen non ponitur nisi vt medium inter primum agens ⁊ vltimuȝ effectum. Sed hec actio est immediata. ergo. Contra illud vltimū dictum sunt quinq; rationes posite in principio questionis. Et sunt ratōes opinionis que ponit ꝙ forma p̄exisit in materia sm gradum imperfectum. ideo ad eas respondeo modo. Ad primum dico ꝙ nō sequitur creatio. quia creatio excludit actum cuiuscunq; cause extrinsece necessario hic autem presupponitur materia ꝗ̄s uis non gradus forme. Quod si arguas contra de anima intellectiua ⁊ gratia que presupponunt aliquid. qꝛ anima pressupponit corpꝰ. et gratia animam. ⁊ tamen creantur. Dico ꝙ non est verum. quia deus nō necessario presupponit illa. posset enim animam intellectiuā producere sine corpore. sicut aliqui ponunt de anima Ade. et gratiam inquantum est quedam qualitas sine anima. Agens autem creatum necessario presupponit subiectum. Ad omnia alia dico ꝙ natura accipitur vno modo vt distīguitur contra ꝓpositum et artem. Alio modo vt distinguitur cōtra violentum. Et sic ex parte passi accipitur naturalitas in proposito. vt dicitur generatio naturalis ex naturali inclinatōe principij passiui ad formam. Quantum ad tercium arti

culum est triplex modus dicendi. Uno modo q semen ponitur vt pri-cipium generationis substãtie. Alio modo vt sit principium alteratõnis Tercio modo vt sit via ad illud qđ est per se intentum a natura. Et istũ vltimum moduz teneo. Primus enĩ non potest stare. quia quod non ē nõ potest esse principium productiuum substantie. Sed in instanti generatõ nis substantie semen non est. ergo Quod si diceres maior ē vera in vir tute ꝓpria sed semen potest in virtu-te generantis quam virtutem Auer rois vocat diuinã in secundo suo col liget. Contra. in virtute non agē tis nihil agit. sed semine deciso po-test generans non esse. ergo non agit in virtute generantis. Preterea. nullum imperfectum potest esse cau sa per se sufficiens perfectioris. Sz semē cum omni qualitate ⁊ spiritib⁹ est imperfectius genito. Similiter secundus modus non valet accipien do semen vniforme pro semine ma-ris quod potest agere in semen femi ne. quia nihil per gradum sue entita tis siue per qualitatem suam corrũ-pit se nec alterat suum ꝓprium subie ctum. Preterea. principium acti uum vniforme non est causa diffor-mioꝝ vel differentiuz. ergo si semen vt supponitur sit vniforme non pote rit alterari vt sint ibi diuersa orga-na que apparent in genito. Ad ar gumentum in contrarium ⁊ ad quin q prima patet in fine secundi arti-culi. Ad primum alterius opinio nis dico q dictum philosophi debz restringi ad factionem rei complete vnde dicit ibi q forma generatur p accidens Ad secundum quibusdã non videtur inconueniens q corru-ptum redeat idez numero. de quo di citur in quarto. Si autem habet pro inconuenienti potest dici q philoso phus in quinto phisicorum dicit q ad idemptitatem numeralem aliqđ plus requiritur. scilicet idemptitas temporis et motus que in proposi-to deficiunt. Ad vltimum dicitur a quibusdam q relatio fundamenta lis potest esse sine termino q̄uis re-latõ formalis non possit esse sine ter mino. Illa autem relatio seminalis dicit relationem fundamentalem nõ formalem. Aliter potest dici q illa relatio habet aliquem terminum in trinsecum licet non extrinsecum.

Secundo queritur. Utruz sit vnus intellectus nume ro in omnibus. Videtur q sic. In separatis a ma teria idem est q quid est cum eo cu-ius est. Sed omne tale est vnum nu-mero. ergo. Preterea. multiplica tio indiuiduorum aut fit per quanti tatem aut per materiam. Sed intel-lectus non est quantus aut materia-lis. ergo. Preterea. multiplicatõ indiuiduorum fit propter corruptio nem. ex. ij. de anima. sed intellectus est incorruptibilis. ergo. Preterea cui non communicatur actus nõ cõ-municatur forma. Sed intelligere nõ communicatur corpori. ergo nec intellectus. et per consequens intel-lectus non multiplicatur ad multi-plicationem corporum Contra. si esset vnus intellectus numero in pe-tro ⁊ iuda periret omne meritum et premium. Etiam Auicenna. vj. na-

turalium parte. v. capitulo. secundo
dicit animã vnã numero esse in duo-
bus corporibus est falsum. Respõ
sio. hic sunt quatuor articuli. Pri-
mo ponetur vna distinctio de intel-
lectu. Secundo dicetur vna opinio
commentatoris. Tercio arguetur
contra ipsum. Quarto respondebi-
tur ad motiua commentatoris.
Quantum ad primum dico ꝙ intel-
lectus capitur sex modis. Primo ꝓ
intellectu agente qui est omnia face
re. Secundo pro intellectu possibili
qui est omnia fieri. Tercio pro intel
lectu informato habitu scientiali vl'
specie. Quarto pro imaginatione et
dicitur intellectus passiuus et ẽ cor
ruptibilis. et hoc totũ patet per phi
losophum. iij. de anima. Quinto ac-
cipitur per commentatorem. iij. de
anima. et dicitur intellectus specula
tiuus. Sexto dicitur intellectus a-
deptus. et dicit' ille intellectus spe-
culatiuus qui componitur ex intelle
ctu materiali ⁊ intellectu in actu.
Intellectus autez adeptus compo
nitur ex intellectu materiali ⁊ ex lu-
mine intellectus agentis. Unde si-
cut aer simul recipiendo speciem re
cipit lumen sic etiaz intellectus pos
sibilis recipiendo speciem simul re-
cipit lumẽ intellectus agẽtis. ⁊ pro
pter hanc receptionem dicitur intel
lectus adeptus. Quantum ad se-
cundum articulũ est opinio commẽ-
tatoris in. iij. de anima. commento.
xviij. ꝙ intellectus possibilis est vn⁹
numero in omnibus. Quod proba-
tur primo sic. Quod est immateria-
le non multiplicatur ad multiplica-
tionem corporum. Sed intellectus
est immaterialis. ergo. Secundo
sic. quod nõ est corpus nec virtus in
corpore non multiplicatur ad multi
plicationez coporium. Sed intelle-
ctus nõ est corpus nec virtus in cor
pore. ergo. Tercio sic. Si intelle-
ctus ad multiplicatõnem corporum
multiplicaretur tũc ea que essent in
intellectu non essent intellecta in a-
ctu. consequens est falsum. ergo ⁊ an
tecedens. Probatio consequẽtie
quia si intellect⁹ multiplicatur. tũc
esset hic ⁊ nunc. et ea que sunt in in-
tellectu essent hic ⁊ nũc. Sed ea que
sunt hic et nũc sunt intelligibilia in
potentia. ergo. Quarto sic. Si in
tellectus esset multiplicatus idẽ mo
ueret seipm̃. quia intellectus in po-
tentia mouet intelligentez. Si ergo
intellectus est in potentia idem in-
tellectus mouet seipm̃. Quinto sic.
Quod recipitur in aliquo recipitur
per moduz accipientis Sed in intel
lectu meo ⁊ tuo species recepta est
vna. ergo intellectus est vnus. Pro
batio minoris. Nam possibile est ꝙ
ego et tu intelligamus lapidem. aut
ergo hoc est per vnam speciem ⁊ ha-
betur propositum. aut per aliam ⁊ a
liam. si sic cum iste species differant
numemero et conueniant in specie.
aut cognosceretur inquantum speci
es per vnam speciem. et habetur ꝓ-
positum. aut per aliam et aliaz. ⁊ sic
in infinitum. standum ergo fuit in ꝓ-
mis videlicet ꝙ per vnam speciẽ co
gnoscatur. Ut autem magis ap-
pareat positio ista sunt hic duo con-
sideranda. Primo quõ differant
forme intentionales et reales.

Scđo quomodo differāt natura cor
poralis ⁊ spiritualis. ꝓpter pͥmū no-
ta ꝙ forme intentionales non nume
rantur ad numerationem subiectoꝝ
quia alias nō possent esse plures for
me in eadem parte medij. Itē nō
extenduntur ad extensionē subiecti.
quia non educuntur de potentia ma
terie. forme autem reales educūtur
de potentia materie. ⁊ numerantur
et extendūtur ad numerationē ⁊ ex-
tensionem subiecti. De scđo nota ꝙ
tum ad presens ꝙ in duobus diffe-
runt natura corporalis ⁊ spiritualis
Primo ꝙ natura spiritualis potest
simul esse cū natura corporali absqȝ
hoc ꝙ natura corporalis cedat ei.
Natura vero corporalis simul cum
corporali esse non potest. Scđo ꝙ
natura spūalis pͭ esse simul ⁊ semel
indiuersis dum tamen ipa habeāt or
dinem ad aliquod vnum. sicut patet
de anima que est indiuersis partibus
corporis. Natura vero corpalis hoc
non potest nisi per miraculum. Sic
ergo dico ꝙ quia species que est ī in
tellectu habet esse intentionale pōt
simul esse in imaginatione. vt patet
ex pͥmo dicto. Amplius. quia intelle
ctus est quid spirituale potest pluri
bus vniri non per informationem vt
imaginatur commētator. sed ꝑ quā-
dam vnionem qua intellectus copu-
latur imaginationi per speciem. Et
isto modo posuit commentator vnū
intellectum numero in omnibus.
Quantum ad tercium articulū sūt
contra cōmentatorem octo difficul
tates quarū quatuor ipsemet cōtra
se mouet. iij. de anima. Alie sūt a do
ctoribꝰ modernis facte. Primo sic.
Quando aliqua habent vnam ⁊ eā-
dem perfectionem primam habent
et secundam ꝑfectionē eandem. Sȝ
per te omnes homines habent vnā
perfectionem pͥmam eandē scilicet
intellectum. ergo similiter habebūt
eandem ꝑfectionem scđam. scilicet
intelligere vnum. Sed hoc est falsū
quia quando tu dormis ego intelli-
go. Similiter quando tu affirmas
vnum ego nego illud. ergo. Secūdo
sic. Intellectus agens ⁊ possibilis
sunt eterni et tamen generatū ex eis
scilicet intellectio ⁊ intellecta n̄ sūt
eterna. Sed si esset vnus intellectus
sicut ille est eternus ita intellectio ⁊
intellecta essent eterna. quod patet
esse falsum. Tercio sic et ratio Got-
fridi. Si intellectus possibilis esset
vnus in omnibus ⁊ de se nullam ha-
bet formā ⁊ ꝓpter hoc est possibilis
vocatus. ergo est sicut materia pri-
ma. Quarto sic. plurificatio effectu
formali plurificatur forma. Sed tu
et ego sumus homines per intellectū
et tamen tu es alter homo a me. ergo
et alius intellectus. Ad primam
obiectum respondet commētator ꝙ
maior est vera si habet omni eadē q̄
requiruntur ad actū scđm. Sed hic
non sunt omnia eadem que requirūt
ad actum secundū. quia est diuersa
fantasia vel imaginatio que est gene
rabilis et corruptibilis. Eodem mo
do ad secundum. Est enim intellige-
re generabile et corruptibile. qꝛ de-
pendet ab intentōne imaginata que
est generabilis et corruptibilis. Ad
tercium concedo ꝙ intellectus est si
cut materia in suo ordine. quia sicut
materia se habet in genere entiū sic
intellectus in genere intelligibilium
Ad quartum dicit ꝙ intellectus

nō ē forma nec vnitur nobis vt forma. Quamuis iste rationes aliqualiter saluantur non tamen sufficienter. sed existenter adhuc manent. Et preter has adducuntur ratōnes modernorum. quarū prima est ista. Si esset intellectus vn⁹ in omnibus tūc homo non intelligeret. Consequens est falsum. ergo et antecedens. Probatio consequentie. nam ſm commētatorem ibidem. Intellectus se habet ad fantasmata sicut ocul⁹ ad colores. Ex vnione autem quam habet oculus ad parietem per colorem nō sequitur ꝙ paries videat. ergo ex vnione quam habet intellectus ad nos per speciem non sequitur ꝙ nos intelligamus sed ꝙ intelligamur. Secunda ratio est ista. Si esset intellectus vnus in omnibus hominibus. intellectus iste esset eternus. Et sic haberet omnes species ab eterno. et sic non poterit recipere aliquam speciem. quod est contra philosophum iij. de anima. Tertia ratio talis est. Ab vna virtute creata nō possunt pgredi duo actus solum numero differentes. Sed intelligere meum ꝛ tuū respectu eiusdem obiecti solo numero distinguuntur. ergo non possunt esse ab eadem virtute numero. ergo. Quarta ratio est talis. Sicut transmutatio facit scire materiam ita actio formam. Sed ppria actio hominis est intelligere. ergo ex intelligere debemus inuestigare formam hominis ppriam. Sed non est intelligibile ꝙ multiplicetur effectus formalis et non multiplicetur forma. ergo ad multiplicationem hominis sequitur multiplicatō forme. Respondet ꝙ verum est si intellectus esset forma hominis. Nunc autē ſm eum intellectus nō ē forma hominis. Ista responsio nulla est. quia procedit ex falsa suppositione. Est enim intellectus ppria forma hominis vt probatum est sup̄ distinctione. xvij. de pluralitate formarum. articulo primo.

Quantum ad quartum articulū dico ꝙ argumenta commentatoris non concludunt. Ad primum ꝛ secundum dico. ꝙ intellectus non multiplicatur effectiue ex corporibus sꝫ ex ppriis gradibus indiuiduantibus vt patet supra distinctione. iij. questione de indiuiduatione. Ad tercium nego consequentiam. Ad pbationem cum dicitur. Receptū in intellectu esset hic ꝛ nunc est signatum. Dico ꝙ illud receptum potest accipi obiectiue ꝛ subiectiue. Subiectiue est particulare obiectiue vniuersale. Ad quartum patet per cōmentatorem in. iij. de celo et mundo ꝙ maior est falsa in spiritualibus. Quis vero in corporalibus sit dubiū ꝙ aliquid moueat seipm̄ sicut supra patuit distinctōe. ij. de motu angelorum. Ad quintum soluitur a quibusdam antiquis et etiam ab Aureolo per oppositū. quia sequiť ꝙ omnes intelligentie essent vna intelligentia. ꝛ sic intellectus intelligentie que mouet lunam esset idem cum intelligentia que mouet solem. quia sicut arguitur de specie respectu intellectus tui ꝛ mei in illo argumento. ita arguitur in pposito. Dicit hic egidius in tractatu de vnitate intellectus ꝙ oppositum non valet. qꝛ species in intellectu hominis intelligētia sunt alterius rationis. Species autem que sunt in intellectu meo et

tuo sunt eiusdem rationis. Ergo aũt teneo primã solutionez. ꝛ dico ꝙ solutio Egidij non valet. peccat enim per fallaciam petitionis principij. sicut patet intuenti ipam. Ad primum principale nego minorem. sicut melius patuit distĩctiõe. iij. questione Utrum plures angeli possũt esse sub eadem specie. Ad secundũ nego maiorẽ. quia indiuiduatio nec fit per quantitatem nec per materiam. sicut patuit distinctione. iij. questione de indiuiduatione. Ad tercium dico ꝙ ibi non est causa totalis sed concausa. Ad vltimum nego minorẽ ꝙ patet per philosophũ in prologo libri de anima. vbi querit. Utrum anima habeat aliquam propriam operatõnem quam nõ cõmunicet corpori. Et dicit ꝙ non. et exemplificat ibidẽ de intelligere ꝛc.

Uolet etiã queri. Circa istam distinctionem decimamnonaz queritur. Utrum homines in statu ĩnocẽtie fuissent immortales si non pecassent. Videtur ꝙ non quia vbi est eadem species est eadem differentia specifica. Sed homo in statu illo fuit eiusdem speciei cum isto statu. ꝛ in statu isto mortale est propria eius differentia per porphirium. ergo. Preterea. illa immortalitas aut esset ex parte anime aut ex parte corporis. Non ex parte anime patet per apostoluz qui dicit ꝙ solus deus habet immortalitatem. Non etiam ex parte corporis. quia omne generabile est corruptibile. ex primo celi ꝛ mundi. Sz corpus hominis in statu innocentie erat generabile. ergo ꝛ corruptibile. Confirmatur. quia cum in statu innocẽtie habeat corpus nutribile indigebat alimento et per consequens fiebat ibi aliqua deperditio. Sed eadez est ratio de toto et de parte. per commentatorem tercio celi ꝛ mundi. In contrarium scribitur Genesis ij. In quacunqȝ die comederis ex eo morte morieris. Sed non dixit hoc de actu moriendi. quia nõ statim fuerunt mortui. ergo de potentia.

Respondeo. immortalitas potest referri ad corpus vel ad animam. Et sic sunt duo videnda. Primo. Si corpus erat immortale. Secundo Si anima sit immortalis ꝓ statu illo siue pro statu isto. Quantuz ad primuz dico ꝙ immortalitas dupliciter accipi potest. vel absolute vl' ex suppositõne. Si primo modo adhuc dupliciter. quia vel considerata natura vel considerato dono pro statu innocẽtie sibi collato. Si primo modo sic homo erat mortalis. et hoc qr erat compositus ex contrarijs q̃ nata sunt agere in seinuicem si ponãt elemẽta ẜm proprias essentias in mixto. vel si non ponuntur sicut verius credo vt patuit supra. distinctione. xv. hoc est ꝓpter organicas partes in quibus sunt qualitates contrarie. Si. secundo modo considerat̃ donum quod deus dederat ꝛ dicit̃ quasi naturale. quia pro tota natura erat sibi datum. sic fuisset immortalis stante homine in isto dono. Siuero consideratur ex suppositione ꝛ cõditione. sic erat etiam immortalis ꝛ mortalis. Immortalis quia pote-

rat nō mori si stetisset ⁊ illa dona re
tinuisset. Mortalis quia poterat
mori si illa dona amisisset sicut et fa
ctum est. Quantum ad secundum
articulum dico ꝙ anima rationalis
et pro statu isto ⁊ pro statu illo ē im
mortalis ꝗuis forte hoc demonstra
tione ⁊ ratione naturali ostendi non
possit. Adducuntur nihilominus au
ctoritates philosophorum ⁊ ratio-
nes: Primo sic. Aristotiles. ij. de a-
nima. Intellectus separatur ab a-
lijs potentijs sicut perpetuum a cor
ruptibili. Si dicatur ꝙ separatꝰ ab
alijs quantum ad operationes. Con
tra ex hoc sequitur propositū. quia
si potest separari quantum ad ope-
rationem. ergo quantum ad esse per
argumentum philosophi in prologo
de anima. Secundo sic. iij. de ani
ma ponitur differentia inter sensum
et intellectum. quia excellens sensi-
bile corrumpit sensum. de intellectu
autem non est sic. quia intellectꝰ nō
debilitatur in operādo. sed omne ta
le est incorruptibile. ergo. Tercio
sic. philosophus. duodecimo metha
phisice. mouētes cause velut p̄us ex
istentes. q̄ autem vt ratio id est for-
ma et cetera. videtur dicere ꝙ intel-
lectus est forma manens post cōpo-
situm. Quarto sic. xvj. de anima-
libus. Solus intellectus est ab extra
et sic non recipit esse per generatio-
nem. ergo non subijcitur causalitati
cause secunde. et sic non est corrupti
bilis. Quinto sic. desiderium na-
turale non est frustra. j. ethicorū. sed
in anima est naturale desideriū ad
semper esse. ergo. Sexto sic. Illud
per quod res potest esse ⁊ non esse ē
materia. ex. vij. methaphisice. sed a-
nima intellectiua non habet materi
am quia est forma simplex. ergo.
Ratio ista forte nō valet. quia ac
cipit minorem dubiam. Septimo
sic. philosophus. iij. ethicorum vult
ꝙ fortis debet se exponere morti f̄m
iudicium rationis pro republica. er
go anima est immortalis. probatio
consequentie. Nullus propter quod
cunqꝫ bonum virtutis vel in se vel in
alio potest appetere suum non esse.
tum quia non esse est nihil. tum quia
non esse non includit rationem boni
tum quia talis non efficeretur meli-
or. que sunt rationes Augustini. iij.
de libero arbitrio. sed si anima non
esset immortalis acciperet totaliter
non esse. ergo. Octauo per ratio-
nes Thome parte prima. questione
lxxv. articulo sexto. primo sic. Sim-
plex non potest separari a seip̄o. sed
anima est simplex. ergo nō potest se
parari a seip̄a. nec per ꝯsequens cor
rumpi. Secundo sic. quod corrum-
pitur aut corrumpitur per contrari
um aut per defectum alicuius neces
sario requisiti ad eius esse. sꝫ anima
intellectiua nō habet contrariū nec
esse corporis est simpliciter necessa-
rium ad eius esse. quia habet ꝓpriū
esse. ergo. oēs istas ratōes repetit
Scotus li. iiij. distin. xliij. q. ij. et di-
cit eas nō concludere sicut patet in
tuenti ip̄m in p̄dicta questiōe. Aure
olus aūt adducit hic duas ratōes p̄
ma ē illa. Nulla op̄atio est abstra-
ctior q̄z sit p̄ncipiū op̄atōis. sꝫ exp̄i-
mur in nobis op̄ationē eē q̄ nō subest
alicui corruptioni. ergo nec substan
tia subest corruptioni. minor patet.
quia experimur ꝙ libere intelligimꝰ
eligimus volumus et iudicamus.

Secunda ratio est talis. Substātia non quanta non potest corrumpi ab aliquo quanto. sed in nobis est aliq̄ substantia non quanta. ergo non potest corrumpi ab aliqua virtute corporea. Aliter arguo sic. Si obiectū est incorruptibile / et potentia est corruptibilis. Sed obiectum intellectus ē incorruptibile sicut sunt rationes eterne. ergo. Ultimo arguitur per rationem theologicā. q2 nullum malum impunitum et nullū bonum irrenumeratum. Sed si anima esset incorruptibilis multa mala non impunirentur. ergo. Quicquid sit de efficacia istarum ratonū et vtrum demonstratiue concludāt dubium est. Teneo tamen ꝙ anima est incorruptibilis. Ad primū pñcipale patet ex primo articulo. quia corruptibilis erat ex natura pure cōsiderata in se. Ad secundum quātum ad primum mēbrum puta de anima cum dicitur ꝙ solus deus immortalitatem habet. patet per Augustinum. vj. de trinitate. capitulo. sexto. qui dicit ꝙ immortalitas vocatur ibi immutabilitas. Sed ad aliam partem alterius mēbri de corpore dicatur sicut ad primum.

Post hec vidē dum est. Circa istā distinctionem vicesimā q̄ritur. Utrum in paradiso terrestri fuisset ꝓpagatio filiorū per copulam carnalem. Uidetur ꝙ non. quia propagatio ꝑ copulaꝫ carnalem fit ex decisione seminis vt semen est de superfluo alimenti. sed in statu innocentie nihil fuisset superfluum. ergo. Preterea. generatio per copulam carnalē non fit sine corruptione et macula. sed in statu illo non fuisset aliqua corruptio nec macula. ergo. In contrarium. manēte eadem natura in specie manet cōsimilis actus. sed natura humana ē eiusdem speciei in statu isto ⁊ illo. et in isto statu fit generatio filiorum ꝑ copulam carnalem. ergo. Responsio hic sunt duo articuli. Primus. q̄lis sit generatio filiorū pro statu nature lapse. Secundus. qualis fuisset in statu nature institute. Circa pͥmum sunt videnda septem. Primo qualis superfluitas sit semen cum semen sit de superfluo alimenti. Secūdo que virtus sit in spermate maris et femine. Tercio in quanto tempore formatur fetus. Quarto que mēbra primo formantur. Quinto vnde causatur tanta diuersitas sicut ē inter carnes et ossa ⁊ huiusmodi.

Sexto de diuersitate partiū ex eo ꝙ alique fiunt in maiori ⁊ minori tēpore. Ultimo de causa masculinitatis ⁊ femineitatis. Quantum ad primum dico cum Auerroi in quolibe. suo ꝙ pretermissa digestione oris sunt tres digestiones. scilicet digestio stomachi. epatꝫ ⁊ cordis. Est enim cor princeps in virtute nutritiua. et in hoc ipē reprehendit Galienum qui posuit ꝙ princeps in virtute nutritiua erat epar. Sicut enī se habet digestio stomachi ad digestionem epatis ita digestio epatis ad digestionem cordis. Superfluitates autem digestionis stomachi sunt feces. Superfluitas autem digestionis epatis sunt vrine. Superfluitates au

tem digestionis cordis post factum missionem necessariaȝ ad omnia mēbra remanet superfluum quod dicitur semen. Quantum ad secundū est opinio Galieni sicut recitat Auicēna.ix.de animalibus ꝙ in sperma te femineo est vis actiua ad formationem fetus. quod probaт̄ primo sic. Matrix habet vim receptiuam. Exemplum de illa que steterat cum viro dedit magnum saltum vt emitteret semen ne impregnaretur et non potuit. Sed matrix non solum habꝫ vim receptiuam retinendi semen maris sed etiam semen proprium. Et tunc quero ad quid retinet. quia aut precise propter materiam fetus et hoc non. quia talis materia ponitur menstruum. aut propter vim actiuā et habetur propositum. Secundo sic. quod ex se inspissatur habet vim actiuam. sed semen mulieris ex se inspissatur. ergo minor probatur per istam mulierem que cū non staret cū viro patiebatur suffocationem matricis. hoc autem non erat nisi quia eius sperma erat inspissatum in matrice. Ista opinio a quibusdam non tenetur. quia est contra philosophū.xv.de animalibus. Item est contra Auicennā.ix.de animalibus. qui reprehendit Galienū et dicit ꝙ ignorat in hoc radices seminis naturalis

Item contra Auerroim in quolibe. suo. Et est ratio Auerrois talis. Si esset in spermate mulieris virtus actiua ad formationem fetus posset naturaliter generare sine viro. quod est inconueniens. probatio cōsequētie. quia agens approximatum passo debite potest iudicare suam formaȝ in materia bene disposita. ſꝫ sanguis menstruosus et semen mulieris sunt bene disposita. ergo. Ad primam rationem Galieni dicitur ꝙ sperma receptum necessarium non ē propter vim actiuam sed propter contemperamentum sicut ponit Auicēna in.iij.sui canonis.fen.xxj.et exponitur statim. Ad secundum dico ꝙ illa inspissatio nō est propter vim actiuam sed ꝑpter caliditate matricis. Diceres ergo ad quid poniт̄ sperma viri et mulieris. dico ꝙ sperma mulieris ponitur propter contēperamentum spermatis viri. Et hoc est dictum Auicenne. vbi supra qui dicit ꝙ duorum spermatum commixtio est necessaria. quia cū viri sperma sit grossum ⁊ calide complexionis. sperma femine contēperat grossitiem et calorem spermatis maris propter molliciem ⁊ frigiditatē propriam. Vlterius dico cum Auicenne. licet quibusdam non placeat ꝙ sperma mulieris ⁊ sperma maris cedunt vel intrant materiam fetus aliter tamen et aliter. quia sperma femineum intrat non habens vim actiuam. sperma aūt viri intrat habens vim actiuam. Exemplum suum ē. pasta que est modo panis ⁊ in virtute caloris furni fit in pasta quedā crustula. Sic etiam est quando coadunantur ista spermata virtute caloris matricis generatur crustula siue pellis. Quibusdam autem hoc nō placet volentes ꝙ semen virile concurrat tantūmodo vt dans formam quia aliter idem esset in potentia ⁊ actu et actiuum ⁊ passiuum. Teneatur quod plus placet. Quantum ad terciū sunt due opiniones de formatōne fetus. Vna est Aug. octua-

Tercia via declarans possibilitatem incarnationis est ista. licet res vnius generis non possit esse alterius. potest tamen habere modum alterius generis sicut accidens quis non possit esse res de genere substantie tamen potest habere moduz substantie. sicut in sacramento altaris vbi est accidēs sine subiecto. ergo sicut accidēs pt esse sine subiecto ita substātia sine natura humana pt induere hūc moduz vt sit in alieno supposito. sic ponitur in incarnatōe scz q natura humana sit in alieno supposito. Contra. pbare vnum creditum per aliud creditum non haberetur inde maior euidentia quesiti. Sed sicut est credita incarnatio ita creditum est accidens esse sine subiecto. ergo. Preterea. Quando dicitur q res vnius generis potest induere modum alterius generis hoc est falsum de modo pprio illius generis. Accidēs enim in eucharistia nō induit moduz pprium substantie. qr modus pprie substantie est nō depēdere actualiter vel aptitudinaliter Accidens aūt in eucharistia dependet aptitudinaliter. Nec valet si adducitur illud. phi. v. metha. q differentia substantie habet modum qualitatis. quia nō intendit ibi phus de modo pprio generis qualitatis sz intendit imponere multiplicitatez huius nominis quale. et in voce dicitur per modū qualis. Quarta via est ista. Quanto res sunt magis distincte et diuerse tanto magis vnibiles Nam indiuidua vnius speciei non possunt sic vniri sicut res diuersorū generum. sed creatum et increatum maxime distant et differūt. ergo possunt ad inuicem vniri. Ratō non valet. quia distantia inter extrema vnibilia non est ratio vnionis sed ratio vnionis inter distātia de quibus ponitur exemplū est possibilitas in vno extremo et actus in altero. quod in proposito non potest poni. quia nec verbū est actus humane nature nec econuerso. et sic lapis & homo maxime possent facere vnum et tamen nō possunt. Et ideo declaratur ista possibilitas aliter sic. Independens in quantum independens potest terminare dependentiaz alterius ad ipm quod natum est habere talem terminum. sed suppositum diuinum est independens et dependentia humane nature est nata habere personam p termino et non naturam. ergo persona diuina independens potest terminare dependentiaz nature humane ad ipsam. et hec est incarnatio.

Preterea. Quod non repugnat perfectioni nature vel persone diuine potest poni in ea. Sed incarnatō non repugnat perfectōni diuine nature. nec persone. ergo &c. Minor probatur. Quia illa incarnatio nihil aliud est nisi terminatio dependentie nature humane ad suppositum diuinum. et sic non ponit limitationem vel compositionem vel imperfectionem in diuina persona. Quod declaratur sic. Quicquid est perfectionis in creaturis debet attribui deo amota omi imperfectōne sz sustētare in substātia est pfectōis informari aūt ab accnte ē impfcōis

ergo sublato hoc secundo primū potest manere in deo ⁊ potest sustentare humanam naturam sine informatione vel imperfectione. Ad primum in contrariū cum dicitur. actus purus et infinitus non est alicui cōponibilis. Dico ꝙ veruȝ est sicut ꝑs ꝯponitur vel vtitur cum toto. quia tunc caret aliqua ꝑfectōne. sed bene est vnibilis id est potens terminare dependentiaȝ alterius ad ipsum.

Ad secundū dico ꝙ nō est simile de vnione ꝯtrarioꝝ et nature create et increate. quia natura creata ⁊ increata formaliter non repugnant ideo possunt vniri. ꝯtraria vero formaliter repugnant ideo ñ vniūtur. Et cū dicis. plus distant natura creata et increata ꝙ̄ ꝯtraria. hoc nō valet. quia plus distant res diversoꝝ generum ꝙ̄ res eiusdem generis et tamen res diversorum generum possunt vniri. res autem vnius generis sicut albuȝ et nigrum non possunt vniri. Ad terciū cum dicis. Incarnari est pati. dico ꝙ Priscianus dicit ꝙ quedam sunt verba que in voce passiua signant actionem vt vniri. quedam que in voce actiua signant passionē vt video. et illo modo intelligenduȝ est in ꝓposito. cum dicitur natura diuina humane nature vniri. nō ꝙ natura diuina aliquid patit̄. sed ꝙ natura diuina vnit sibi naturam hūanam. Aliter potest dici ꝙ incarnare et incarnari habēt se sicut amare et amari. sed amari non est pati. ergo nec incarnari. Scotus vero dicit ꝙ incarnari non est passiuum ei correspondens quod est incarnare scd̄m rem sed vocaliter tm̄. sed passiuum reale sibi correspondens est assumi. vnde tres incarnant actiue sed vna sola terminat incarnationem et illa dicitur incarnari non tamen passiue. Ad quartum dico ꝙ maior est vera si intelligatur de ꝓportōne que attēdit inconueniētia ordinis. si autem intelligatur de ꝓportōe que est ꝯmensuratio quantitatis non est verum. Nunc autem inter creaturā et deum est ꝯuenientia ordinis pro eo ꝙ natura rōnalis eoipso ꝙ est imago dei nata est ordinari ad ip̄m immediate. ideo ꝯceditur ꝓportio que sufficit ad hanc vnionem. Ad vltimū dico ꝙ dependentia potest terminari ad aliquid independēs dato ꝙ illud nō sit absolutū. Et sic est in ꝓposito. quia suppositum verbi est independens.

Secundo queritur. Utruȝ vna persona possit incarnari sine alia. Videtur ꝙ non. quia scd̄m sanctos opera trinitatis ad extra sunt indiuisa. sȝ incarnatio est opus trinitatis ergo. Preterea maior est vnio hypostatica ꝙ̄ beatifica. sed in vnione beatifica anima non potest vniri vni persone quin vniatur alijs. ergo similiter natura humana nō potest vniri vni persone quin vniatur alteri. Contra Joh̄. j. Uerbum caro factum est. sed verbum est persona filij. ergo solus filius est incarnatus. In ista questione primo ponam conclusionem. secundo cōclusionis declarationem. Quantum ad primum dico ꝙ incarnatio compatur ad deum vt ad causam efficientem. vel vt ad causam terminantem. Si primo modo. quia opera trinitatis sunt indiuisa. dico ꝙ vna ꝑsona nō

efficit incarnationez sine altera. Si autem loquamur de incarnatione secundo modo. dico quod non una persona potuit incarnari et quia de facto est incarnata sine altera. Hanc conclusionem declaro dupliciter. Primo sic. Licet tres persone sint in una essentia tamen tres persone sunt tres substantie personales. sed incarnatio terminatur ad substantiaz. ergo una persona potest incarnari sine alia. Preterea effectus ponitur nullibi nisi per applicationem virtutis sue cause. sed incarnatio est effectus trinitatis et trinitas applicat ad unam substantiam vel personam ergo una persona potest incarnari sine alia. Sed occurrit hic dubiũ quod illud est ratio terminandi incarnationem per quod continetur suppositum creatum et per quod natura assumpta est in potentia obedientiali. sed illud est essentia non persona. ergo essentia est ratio terminandi incarnationem. sed eadez essentia in tribus personis. ergo una persona non potest incarnari sine alia. Solutio huius dubij patet ex precedẽti questione. Supponit enim in isto dubio quod quia terminans incarnationem continet suppositũ creatũ ideo potest gerere eius vicem quod est superius improbatum. quia ratio possibilitatis incarnationis ut visuz fuit est quia suppositum diuinuz est independens et independens inquantum independens potest terminare dependentiaz alterius ad ipsum. et sic ratio incarnationis non est continentia ut dubiuz assumit sed est independentia. Ad primum principale. opera trinitatis sunt indiuisa in ratione cause efficientis tamen in ratione cause terminatiue una potest terminare incarnationem et non altera. Ad secundum non est simile de unione beatifica et hypostatica quia in unione beatifica terminus formalis unionis est essentia diuina que est una in tribus. In unione autem hypostatica formalis terminus est proprietas relatiua. ideo non concludit argumentum etc.

Tercio queritur. Utrum tres persone possint assumere eandem naturaz numero. Videtur quod sic. quia natura antequam assumatur ab aliqua persona est a qualibet per se diuisim assumptibilis. ponatur ergo quod omnes se habeant ad assumptionem huius nature. vel ergo omnes assumerent et habeo propositum. vel nulla assumeret quod est inconueniẽs vel una assumeret et altera non et hoc non potest poni. quia nõ videtur ratio quare potius vel prius assumatur ab una persona quam ab alia. Preterea. Natura humana in Christo antequam assumeretur a filio erat assumptibilis a patre. ergo et modo est assumptibilis a patre. Probatio consequentie Ideo erat assumptibilis a patre. quia erat in potentia obediẽtiali. sed ita est nunc ista natura in potentia obedientiali sicut tunc. ergo ita est assumptibilis modo sicut tunc. Contra Anselmus in libro Cur deus homo dicit. quod plures persone eundem hominem assumere nequiuerunt. Preterea. Si plures persone possunt assumere eandem naturam argueretur per sylogisimum expositoriũ

sic. Iste homo est hic pater. iste ho
mo est hic filius. ergo hic pater est
hic filius. sed illud est impossibile. er
go et illud ex quo sequitur. In ista
questione sunt tres articuli secundum
quod circa eam sunt tres opiniones. due
sunt extreme. tercia mediat. Prima
est Bonaventure libro tercio. q. ij.
quod plures persone non possunt assu-
mere eandem naturam numero. quia
omnis assumptio terminatur ad ali
quam vnitatem. sed si plures perso-
ne assumerent eandem naturam ista
assumptio non terminaretur ad ali-
quam vnitatem. ergo. Probatio mi
noris. Si ista assumptio terminare-
tur ad aliquam vnitatem. vel hoc es-
set in natura assumpta vel in natu-
ra assumente. sed non potest in natu
ra assumpta poni. quia assumere est
ad se sumere. et sic natura assumpta
debet trahi ad modum nature assu-
mentis. et non econverso. Non enim
potest poni vnitas ex parte nature
assumentis in illa assumptione. quia
vel hoc esset ex parte essentie vel ex
parte persone. ex parte essentie non
potest poni. quia natura humana non
transfertur in divinam. nec potest po
ni ex parte persone si ponis quod assu-
matur a pluribus personis. Pre-
terea. Illud quod convenit essentie
divine propter sui infinitatem non
potest competere alicui nature crea
te. sed quod essentia sit in pluribus per
sonis convenit sibi per suam infini-
tatem et immensitatem. ergo non po
test competere alicui nature create.
et per consequens nulla natura cre
ata potest assumi a pluribus suppo-
sitis. Preterea. Sustentificatio
activa ex parte persone est infinita.
sustentificatio passiva ex parte na-
ture est finita. sed quando infinitum
sustentificat finitum evacuat omnem
potentiam finiti. ergo non est poten
tia in ista natura vt sustentificetur
ab alio supposito. Preterea. per-
fectiori modo sustentificatur natu-
ra humana in supposito divino quam in
supposito humano. sed natura huma
na sustentificata vel suppositata in
supposito humano non potest ab alio
supposito sustentificari. ergo etc.

Alia est opinio Thome parte ter
cia. q. iij. articulo quarto. quod licet plu
res persone non possint assumere ean
dem hypostasim. bene tamen possunt
assumere hanc naturam. Hanc opi-
nionem confirmant Guilhelmus et
Varro libro tercio. questione quin-
ta. tripliciter. Primo sic. Natu
ra est prior supposito. quia illud est
prius quod potest esse sine altero. sed
natura potest esse sine supposito. quia
Christus assumpsit naturam et non
suppositum. Tunc arguitur sic. Ad
multiplicationem posterioris non
necessario ponitur multiplicatio pri
oris. Sed suppositum est posterius
natura. ergo propter multiplicatio
nem suppositi non oportet multipli
care naturam suppositi. et sic non im
possibile est eandem naturam in plu
ribus esse. Secundo sic. Distin-
ctio relativa non est causa distincti
onis in absolutis. Sed distinctio in
natura est absolutorum. Distinctio
autem in suppositis est relativorum
ergo propter distinctionem et mul-
tiplicationem suppositorum non o-
portet ponere distinctionem et mul-

tiplicationem nature. Tercio sic
Eadem anima potest esse in plurib⁹
partibus corporis naturaliter. et i/
dem corpus in pluribus locis super
naturaliter. Ergo multo magis ea/
dem natura in pluribus suppositis.
Tercia opinio est Scoti qui di/
cit. Quia aut ponitur formalis ter/
minus incarnationis essentia. aut
proprietas relatiua. Si ponitur ꝙ
essentia sit formalis terminus incar
nationis. dicit ꝙ plures persone me
diante essentia possunt assumere eã/
dem naturam numero. Si autem po
natur ꝙ formalis terminus incar/
nationis sit proprietas relatiua si/
ue persona. Tunc est impossibile ꝙ
plures ꝑsone mediante essentia pos
sunt assumere eandem naturam nu/
mero. Quod probatur sic. In om/
ni dependentia essentiali vnum de/
pendens precise dependet ad vnum
quod totaliter terminat eius depen
dentiam. sed in illa assumptione est
dependentia essentialis vnius natu
re et vna persona totaliter terminat
eam. ergo idem non potest hoc mo/
do dependere ad plures personas
et assumi a pluribus personis. Ma/
ior probatur. Quia impossibile est
idem causatum habere plures cau/
sas essentiales vno genere causan/
di a quibus dependeat. Tunc enim
aliqd potest esse ab aliquo vt a cau/
sa quo posito et remoto nihilomi/
nus esset. Minor probatur etiaz qr
personalitas causata totaliter ter/
minat dependentiam nature. et ista
stante non possit habere aliam. sed
non minus terminat eam personali
tas persone diuine q̃z personalitas
persone create. Si teneatur ista opi
nio que verissima est non oportet re
spondere ad argumenta prime opi/
nionis scilicet Bonauenture. quia
non sunt contra eam. Ad primũ
secunde opinionis dico ꝙ non opor
tet quodcũqz prius manere indistin
ctum posita distinctione in posteri/
ori. maxime quãdo est posterius qd
totaliter terminat dependentiam ꝑ
oris. Nunc autem sic est suppositũ
respectu nature humane scilicet sup
positum filij. Eodem modo potest
dici ad secundum. Vel dicitur ꝙ re
latio que sequitur absolutum non fa
cit distinctionem in eo. Nunc autez
supposita diuina si assumerent ean/
dem naturam ista distinctio proce/
deret. Ad tercium dico ꝙ non est
simile. In istis enim exemplis non
est formalis repugnantia. Hic autẽ
scilicet ꝙ natura creata sit in pluri/
bus suppositis est repugnantia for
malis. Tum quia esset infinita vt de
ducebat vna ratio prime opinionis
et infinitas repugnat creature. tum
quia essentialis dependentia ter/
minatur ad vnum totale indepen/
dens. Ad primum principale di
co ꝙ tres persone possunt agere ad
assumptionem vnius nature effecti
ue non autem terminatiue. quia ad
impossibile nulla est potentia. Hoc
autem est impossibile vt dictum est
ꝙ eadẽ natura supponatur a pluri
bus suppositis. Ad secundum ne
go consequentiaz. ad ꝓbationẽ cum
dr ꝙ ideo est assumptibilis natura.

quia est in potentia obedientiali. cócedo anteq̄ assumeretur. sed postq̄ assumpta est ab vno supposito iam reducta est ad actum. et ideo stante illo actu non potest reduci ad alium actum. quemadmodum superficies est in potentia ad albedinē et nigredinem stante ipsa sub albedine non potest reduci ad actum nigredinis. Ad primum in contrarium dico q̄ Anselmus dicit q̄ plures psone eūdem hominem assumere nequeunt si persona diuina est primus et formalis terminus incarnationis. Ad secundum de sylogismo expositorio dico q̄ sylogismus expositorius nō concludit nisi qñ illud quod assumitur verificatur solum de vno. si aūt potest verificari de alio tunc nō valet. Exemplū huius vt dicatur sic. Hic motus est actio hic motus est passio. ergo actio est passio. non valet. q2 motus in maiori et minori verificatur pro eodem. et sic est in ppo sito ideo non ɔcludit.

Et q2 in homine tota natura. Circa istam distinctionem secundam queritur pmo. Utrum si homo non peccasset deus incarnatus fuisset. Uidetur q̄ non. quia apl̄us ad galath. iiij. dicit q̄ deus misit filiū suum vt eos qui sub lege erant redimeret. sed si non fuissz peccatuz non fuisset. ergo nec incarnatio. Preterea Anselmus libro de concep. virginis dicit. q̄ ideo deus factus est homo vt homines redimeret quod facere non poterat non deus. Preterea. vbi non est infirmitas non oportet ponere medicuz sed si homo non peccasset non fuissz infirmitas. ergo nō fuisset medicus sed deus incarnatus est noster medicus. igitur. Contra. Christus est predestinatus ab eterno secundum apostoluz ad Romanos primo. peccatum autem est temporale. sed nullum temporale est causa etern. ergo homo si non peccasset adhuc deus incarnatus fuisset. In ista q̄stione sunt duo articuli secunduz q̄ de eo sunt due opiniones. Una est Thome et multorum sequentium eū parte tercia questione prima articulo tercio q̄ si homo non peccassz deus non fuisset incarnatus. quia circa factum incarnationis debemus tenere quod dic̄ scriptura et doctores sci. sed doctores sci̅ et scriptura dicunt q̄ si homo non peccasset deus nō fuisset incarnatus. ergo. Probatio minoris per apostolum ad galathas tercio. vt supra. Itez Augustinus in libro de verbis domini dicit q̄ si homo non peccasset Christus in mundū non venisset. Itē glosa super prima epistola ad Thimoteum primo dicit sic. Nulla causa veniendi fuit Christo domino nostro nisi peccatores saluos facere. tolle morbos. tolle vulnera. nulla est causa medicine. Item Anselmus libro de incarnatione verbi dicit. que erat causa incarnationis nisi vt caro q̄ peccauerat redimeretur. Itez Leo papa in sermone. Si homo nō peccasset creator creaturarum non fuissz fact9. Preterea scd̄o pncipaliter sic. Si deus fuisset incarnatus ante peccatū aut fuisset propter dignitatem aut propter necessitatem.

Non ꝓpter dignitatem. quia nobilior est natura angelica q̄ҙ humana et tamen non assumpsit naturā angelicam. Non etiam ꝓpter necessitatem. quia si non fuisset peccatū nulla fuisset miseria nec necessitas. Alia est opinio quam teneo. Si homo non peccasset adhuc deus incarnatꝰ fuisset. Est tñ sciendū ꝙ de incarnatōne possumus loqui dupliciter. vel quantū ad substantiaz incarnatōis in se. vel quantū ad finem incarnatōnis qui est redemptio. vnde dico. si homo nō peccasset deus incarnatus fuisset. loquendo de substātia incarnatōnis in se. licet non fuisset incarnatus vt redemptor. qḋ ꝓbatur sic. Circa factū incarnatōis standū est dictis sanctoꝝ. sed sancti dicūt ꝙ si homo non peccasset adhuc deus incarnatus fuissꝫ. ergo. Probatio maioris. Nam glosa Bernardi sup̱ illud Jone tercio. Si ꝓpter me tempestas hic orta est dicit ꝙ diabolus vidit naturā humanā debere assumi a deo et ex inuidia excitauit hoīem ad peccandum vt deus carneꝫ vicio vel peccato infectam nō assumeret. et Augꝰ. xiij. de trini. dicit ꝙ cū multi essent modi redimendi genus humanum tñ voluit redimere isto modo vt magis alliceret hominē ad sui amorem. sed magis alliciebatur ad sui amorē si fuisset assumptus in statu innocētie. Tercio sic. Summū bonuꝫ in natura hūana nō debet esse occasionatum. sed incarnatio dei est summū bonū in natura humana ergo non debet esse occasionata. sed incarnatio fuisset occasionata si fuisset facta ꝓpter peccatum. ergo. Preterea. homo est ꝯpositus ex duplici substātia scꝫ intellectuali ⁊ sensibili. et ſm vtranqꝫ est beatificabilis. sed non p̄t ſm partē sensitiuā beatificari in videndo diuinam essentiam. ergo beatificabitur ſm hāc p̱tem videndo christi humanitatē. ergo si deus nō fuisset incarnatus hō nō fuisset quantū ad vtranqꝫ parteꝫ beatificabilis vel ꝑfecte beatus. et hoc est qḋ dicit Augꝰ. li. de spū ⁊ aīa Ipse deus factus est hō vt totū hominē in se beatificaret ⁊ pascua inueniret intus et foris. foris pascua in carne saluatoris. intus in diuinitate creatoris. Ad primū alteriꝰ opinionis dico ꝙ oēs ille autoritates negant deum nō fuisse incarnatum vt redemptorē qḋ cōcedo. quia si non fuisset peccatū non fuisset redemptio. sed non negāt deum nō fuisse incarnatū loquendo de substantia incarnatōnis p̄cise. Ad secundum dico ꝙ deus assumpsit naturaꝫ humanā non ꝓpter necessitatē miserie que ex peccato oritur vt tu arguis sed ꝓpter necessitatē perfecte beatitudinis vt ostendebat tercia ratō mea. et ꝓ eo ꝙ summū bonum in natura hūana nō debet esse occasionatum sicut ponit scḋa rō. Ad duo principalia patet ex p̄dictis. Ad tercium dico ꝙ non fuisset medicus tollens infirmitatē sed fuisset medicus preseruās ab infirmitate et largiens ꝑfectam felicitatem.

Secundo queritur. Vtruꝫ deus possit assumere naturam rationalem que nō frueretur eo. Et videt̄ ꝙ non. quia maior est vnio hypostatica q̄ҙ sit vnio anime ad deum p̱ grāz in gloria. sed anima nō p̄t vniri deo

per gratiā in gloria qui fruatur eo. ergo. Preterea. idez suppositū nō pt esse fruens ⁊ nō fruēs. qꝛ sunt cō tradictoria. sed suppositū diuinum fruitur. ergo si natura assumpta nō frueretur idem suppositū esset fruēs et nō fruēs qđ est impossibile. ergo. Contra. deus pt assumere naturā irrationalē quia est in potētia obe dientiali. ſʒ ista natura sic assumpta nō frueretur deo. ergo non sequitur ex vi vnionis ꝙ natura assumpta fru atur. ergo potest natura humana as sumi ⁊ tñ nō frui. In ista questio ne sunt duo articuli scđm duas opi niones. Vna dicit ꝙ non est possibi le ꝙ deus assumat naturā humanaʒ rationalē et nō fruatur eo. quia vbi est obiectū beatitudinis pfecte pre sens et potētia disposita necessario sequitur fruitio. sed si deus assume ret naturam rationalē ibi esset obie ctum beatitudinis pñs et potentia disposita. ergo sequitur fruitio.

Preterea. potētie aīe fundantur in essentia anime. ergo beatitudo aīe redundat in potentijs. sed sic anima assumpta a deo est beata in essentia ergo redundat in potentijs. sed bea titudo potentiaꝝ dicitur fruitio. er go. Preterea. Si deus sic assume ret naturam rationalē ⁊ non fruere tur eo tūc talis natura pt mereri vel demereri ⁊ p ꝯsequens dānari. et sic homo assumptus a deo hypostatice pt damnari. sed hoc videtur incōue niens. Preterea. actio est supposi ti. j. metha. ergo si deus assumeret hu manā naturā que pt peccare seque retur ꝙ deus posset peccare. qđ vi detur omnino absurdū. Alia opi nio est ꝙ deus de potētia absoluta posset assumere naturam rationalē que non frueretur eo. qđ pbatur sic. Prius pt separi a posteriori. ſʒ esse est prius opari. ergo pt separi ab o peratione. sed assumptio est ad esse. fruitio aūt est opatio. ergo potest es se assumptio nature et non sequi fru itio. Preterea. actiones realiter differentes que scilicet non sunt ad inuicem ꝯnexe essentialiter possunt p diuinaʒ potentiā separi. sed tales actiones sunt assumptio et fruitio. patet enī in beatis qui fruūtur deo et tñ non assumūtur ad vnitatē hy postaticam. ergo iste actiones pñt separi et p ꝯseqñs potest esse assum ptio nature et non sequitur fruitio.

Preterea. Si ex vi vnionis neces sario sequitur fruitio cum terminus vnionis sit psona sequitur ꝙ imme diatus terminus fruitionis sit pso na. quod falsum est. Preterea ar guunt aliqui sic. Ratio entis est pri oꝛ ratōne boni. sicut subiectū est pri us passione. ergo deus potest mani festare essentiam suam sub rōne en tis nō manifestata sub rōne bonita tis. sed essentia beatificat sub rōne bonitatis. ergo ⁊c. Vltimo sic. Si necessario sequitur fruitio in na tura assumpta. aut hoc est rōne ob iecti aut ratione potentie. Non ra tione obiecti. quia tale obiectum est diuina essentia que nullum actū cau sat ad extra necessario. Non etiam ratione potentie. quia voluntas nō necessitatur respectu vltimi finis e tiam clare visi vt probatur libro se cundo. distinctōe vicesimaquarta. Ex hoc patet ad primuʒ argumē tum alteriuſ opinionis cum dicitur vbi est obiectum presens et potētia

disposita necessario sequitur fruitō
non valet. quia obiectum nō neces-
sario causat et voluntas non est po-
tentia naturalis sed libera. Ad se
cundum concedo eo modo quo com
petit essentie anime beatificari. ita
redundat in potentijs. Sed essentia
non beatificatur in isto illapsu nisi
secundum esse qui non est actus secū
dus. et ideo non redundat in poten-
tijs fruitio qui est actus secundus.
Ad tercium et quartum que ha-
bent eandem difficultatē dicitur du
pliciter. Uno mō ꝙ natura illa as-
sumpta ꝗuis nō frueretur adhuc nō
peccaret. quia esset ꝯfirmata in gra
tia. sicut beata virgo que fuit cōfir-
mata in grā et nunꝗ̄ peccauit. Ali-
ter dicitur. ꝙ sicut deus per commu
nem illapsum est in rebus deforma-
tis et tamen ipse in nullo deforma-
tur. Sic deus per istum illapsuz spe
cialem esset in natura deformata et
tamen nulla esset deformatio in eo.
sicut deus immortalis assumpsit na
turam mortalem. Puto tamen ꝙ ꝑ-
ma solutio sit melior. Ad primuz
principale dico. ꝙ non valet. q᷑ iste
due vniones qua anima vnitur deo
per grām et qua natura vnitur deo
hypostatice non sunt eiusdem ratio
nis. et ideo non sequitur in ista vni-
one est fruitio ergo in ista. Ad vl-
timum dicitur. ꝙ ꝯtradictoria non
possunt dici de eodem secundū idez
sed secundum diuersa possunt dici.
et sic est in ꝓposito. quia illud suppo
situm nō est fruens et nō fruens ſm
idem sed secundū diuersas naturas
Diceretꝰ enī fruēs ſm diuinā naturā
et nō fruens ſm assumptā. i. natura
assumpta esset nō fruens.

Tercio queritur. Utrum
deus posset assumere na-
turam irrationalem. Ui-
detur ꝙ non. quia quanto
aliqua natura est nobilior tanto est
in potentia ad nobiliorem perfecti-
onem. sed natura rationalis est no-
bilissima creaturarū. ergo est in po-
tentia ad nobilissimam perfectionē
Sed nobilissimum quod ponitur in
natura rationali est ꝙ sit vnita deo
ergo hoc non competit nature irra-
tionali. Preterea. maior vnio re
quirit maiorem dispositionem. sed
ista assumptio est maxima vnio. er-
go requirit maximam dispositionē.
Sed ista dispositio fit per gratiā cu
ius natura irratōnalis non est capax
ergo non potest assumi Preterea
Impossibile est ꝙ aliquid insit ali-
cui nisi habeat appetituz ad illud. sȝ
natura irrationalis non habet appe
titum ad illam assumptionez. ergo.
ꝓbatio minoris. quia ille appetitus
esset frustra cū nunꝗ̄ sit reducturus
ad actum. Cōtra. Augustinus cō
tra Volisianum. in rebus mirabili-
bus tota ratio facti est potentia fa-
cientis. sed deus est potentie infini
te. ergo. Pretea. deus potuit assu
mere naturam rationalez quia est in
potentia obedientiali natura irrati
onalis sicut rationalis. ergo potuit
assumi. In ista questiōe sunt duo
articuli ſm duas opiniones. Una di
cit ꝙ deus nō potest assumere natu-
ram irrationalez. quia qđ implicat
contradictōnem non est a deo facti
bile. Unde. vj. ethico. dicitꝰ. ꝙ hoc
solo priuatur deus ingenita facere
que facta sunt. Sed ista assumptio
implicat contradictionem. ergo ꝛc.

Probatio minoris. quia natura irrationalis assumpta esset personata et non psonata que ɔtradicunt. Esset enim psonata. qr ista assumptio esset ad suppositū diuinū. in deo autem psona et suppositum sunt idem realiter. Esset etiaʒ non psonata. qr psona est intellectualis nature indiuidua subsistentia. Nunc autem natura irrationalis nō est intellectualis. Preterea. in oīni creatura essentia et potentia pportionantur. ergo sicut essentia assumitur ad vnionem. ita potentia assumitur ad fruitionem. Sed potentia nature irrationalis nō potest assumi ad fruitōeʒ. ergo nec eius essentia ad vnionem.

Preterea. cui repugnat quod est minus ei repugnat quod est maius. sed vnio beatifica que est minor vnione hypostatica repugnat nature irrationali. ergo et vnitas hypostatica. et p ɔsequens non pt assumi.

Preterea. pper ɔmunicationem ideomatum dicimus q̄ deus est homo. et homo est deus. et hec ɔmunicatio ideomatum est. quia due nature sūt in eodem supposito. Sed si deus assumeret naturam irrationalē. puta lapideʒ. due nature essent in eodē supposito. et posset dici. deus est lapis. et lapis est deus. quod videtur incōueniens. Preterea Aug⁹. libro de spū et aīa dicit. q̄ deus assumpsit hoīem quia est ad imaginem dei. ʒ natura irrationalis non est ad imaginem dei. ergo non potest assumi.

Alia opinio est quam teneo. q̄ deus posset naturam irrationalem assumere. hoc pbatur sic. Q̄ō continet pfectioneʒ suppositi creati pt supplere vicem illius. Sed suppositum diuinum ɔtinet pfectionem cuiuslibet suppositi creati. ergo potest supplere vicem eius. et sic pt supplere vicē suppositi leonis et assumere leonem. Sed hec ratio parum valet vt ostensum est sup. in. j. q. hui⁹ tercij. Ideo pbatur aliter sic. Si deus non possʒ assumere naturam irrationaleʒ. aut hoc esset ex parte dei. aut ex pte creature. Sed non ex parte dei. tum qr independens inquantū independēs pt terminare dependentiam alterius ad ipm. tum quia ex hoc nulla ponitur imperfectio in deo vt ostensuʒ est supra in. j. q. huius tercij. nō etiā ex parte creature. quia illa que habent vniformem modum viuendi et dependendi pn̄t eodem modo assumi. Sed natura rōnalis et irrationalis habent similēʒ modum dependēdi et rōnalis potest assumi. ergo et irrōnalis. Preterea corpus mortuum non est natura rōnalis. sed in triduo corpus christi fuit vere mortuum et tamen vere vnitum deo. qr ſm damascenum. quod semel assumpsit nūq̄ dimisit. ergo nō repugnat deo vniri nature irrationali. Ad primuʒ alterius opinionis. negetur minor. et cum dicitur. psonatum et non psonatum ɔtradicunt. Dico q̄ verum est si vniformiter accipiātur Sʒ si in pposito natura sic assumpta diceretur personata et non personata. diceretur quidem personata extranee. sed non personata intranee. et ista non contradicunt. Ad secundum concedo. q̄ essentia et potētia pportionantur. et cum dicitur. essentia nō potest assumi ad vnionem nisi potentia assumatur ad fruitōeʒ. ista pt negari vt patet ex precedenti

questione. Aliter ad argumentum dico. q positio tunc habet veritatē qn̄ potentia assumpta est apta nata frui. Potentia aūt irrōnalis nature non est apta nata frui. igit̄. Ad tercium cōcedo q cui repugnat minus eidē repugnat mai⁹ si sunt eiusdem rōnis. sed ille vniones non sunt eiusdem ratōnis. Ideo non sequit̄. nature irratōnali repugnat vnio beatifica. ergo et hypostatica. Ad quartum dicunt aliqui q sicut dicit̄ deus homo. et homo deus. ꝓpter cōmunicationē ideomatū. Ita si deus assumeret lapidez. deus diceretur lapis et lapis deus. quia ita essent hic due nature in eodem supposito sicut ibi. Alij dicūt q nō oportet. quia deus in triduo vniebatur corpori mortuo. et tn̄ non dicebatur. deus est corpus ⁊ corpus est deus. accipiatur solutio que plus placet. Ad vltimū Augustini dico. q Augustinus loq̄tur de cōgruo. qr congruētius est q deus assumat naturaz rōnalem q̄ irrationalem. sed non negat per hoc a deo potentiaz assumendi quācunq naturam. Ad primum principale dico. q quanto aliqua natura est ꝑfectior tanto est in potentia ad nobiliorem ꝑfectionē loquendo de potentia naturali. sed hoc non obstante. natura irrōnalis est per potentiā obedientialem in potētia ad istaz ꝑfectionem. Ad secundum dico. q vnio ꝑ inherentiam requirit dispositionez et maior vnio maiorē dispositionem. Ista aūt vnio que est nature assumpte ad deum nō est per inherentiam. sed ꝑ quendam illapsum specialem. Ad tercium dico et ad maiorem q ipsa est vera de eo quod inest per potentiaz naturalē. Aliter potest dici ad minorem. q natura habet appetitū ad omne id qd̄ potest terminare eius dependentiā. et quia suppositum diuinū ꝑt terminare dependentiam cuiuslibet nature. ideo quelibet natura si est supposito priuata haberet appetitū ad ipsam. Et cū dicitur q talis appetitus est frustra. Nego istud. quia q̄uis non sit reductus ad actum est tamen reducibilis.

Queritur consequenter de incarnatione verbi. Circa istā distinctionem terciaz queritur primo. Vtrum virgo beata fuerit concepta in peccato originali. Videt̄ q sic. quia ille qui est filius ade ſm rōem seminalē hȝ pcc̄m originale. ſȝ virgo btā fuit filia ade secundum rationem seminalem. ergo. Preterea. Damascenus dicit q spiritussanct⁹ purgauit eam. sed purgatio est a peccato. ergo habuit peccatum. sed non habuit peccatum actuale. ergo habuit originale. Contra. Augustinus libro de natura et gratia. cum de peccatis agitur nullam volo de maria facere mentionē. Preterea. Anselmus de ꝯceptu virginis. Decuit vt mater dei ea puritate niteret qua maior sub deo neq̄t intelligi. sed pura innocentia potest sub deo esse. ergo habuit puraz innocentiaz. Sed pura innocentia excludit peccatum originale. ergo nō habuit peccatuȝ originale. In ista questione est videndum quid sit peccatum originale. sed hoc patet libro secūdo. distinctōe tercia. quere ibi.

Insistendo igitur circa questionem propositā sunt de ea due opiniones. Una dicit ꝙ habuit peccatum originale. quod ꝓbatur sic. Primo auctoritatibus. dicit enim Augustin⁹. de fide ad petrū. Firmissime tene et nullatenus dubites omnem qui per concubitum maris et femine nascitur cū originali peccato nasci. Itē Anselmus in libro Cur deus homo. Uirgo ipsa in iniquitatibus concepta est. et peccatis cōcepit eam mater sua. Itē Leo in sermone de natiuitate domini. Sicut a reatu nullum liberum repperit. ita curandis omnibus venit. Item Bernardus in epistola ad lugdunenses. dicit. ꝙ habuit peccatum originale et reprehendit eos de celebratione conceptionis virginis. Item de consecrati. distinctione tercia. in glosa. Conceptio non est celebranda. quia concepta est in originali peccato. Preterea. Arguitur per rationes quarū prima est bernardi in epistola ad lugdunenses. Si non habuit peccatū originale. aut sanctificata fuit ante conceptum. aut in conceptu. non ante conceptū quia nondum erat. nec in conceptu. quia in conceptu fuit libido. Preterea. Christus est vniuersalis redemptor omniū. sed si virgo beata non habuisset originale peccatum. tunc non indiguisset redemptore. Preterea. Si nō habuit originale peccatum ianua celi erat sibi apta. ergo si fuisset mortua ante passionem christi iuisset ad vitam eternam. Preterea. ipsa fuit propagata communi lege et eius corpus fuit conceptum secundum rationem seminalem. sed omne tale habet originale. ergo. Ultimo sic. ex effectu arguit causa. ergo vbi est pena peccati ibi est peccatum. sed in virgine erat pena peccati originalis. puta mors. ergo in ea fuit peccatum originale. igitur.

Alia opinio dicit ꝙ non est concepta in originali peccato. Ad cuius euidentiā aliqui notant ꝙ conceptio est duplex. scilicet conceptio seminum. et conceptio naturarum. Conceptio seminū est qū semina concurrunt. Sed conceptio naturarum est quando anima creatur et infunditur corpori. Peccatū autem originale non ponitur precise in conceptione seminum. quia res irrationalis non est subiectum peccati. Peccatum autem originale ponitur in conceptione naturarum. qꝛ cum anima infunditur corpori infecto inficitur et ipsa. et isto modo probatur. ꝙ virgo non fuit concepta in originali peccato. quod probatur. Primo per Augustinū libro de natura et gratia sicut allegatum est supra. Item per Anselmum de conceptu virgi. Decuit vt ea puritate niteret qua maior sub deo nequit intelligi. Item Linconiens. dicit et clare ꝙ non habuit originale. Idē dicit Anselmus in quodam libello quē specialiter fecit de illa materia. et h idem dicit Richar. de sancto victore in sermone de conceptōe. Preterea arguitur per rationes sic. filius debet exhibere matri omnem honorem sibi possibilem. sed possibile est esse virginem sine originali. ergo. Probatio minoris. pro eodem instāti pro quo anima est susceptiua culpe est etiā susceptiua gratie. sed pro primo instanti creatōis ꝛ infusionis

anima est susceptiua culpe. ergo et gratie. Sed anima habens gratiam non habet originale. ergo potuit p̄seruari ab originali. Preterea. cristus immediatius videtur fuisse reparator ab originali q̄ actuali culpa. quia necessitas incarnationis et passionis communiter assignatur ex peccato originali. sed deus preseruauit virginem a peccato actuali. ergo preseruauit eam a peccato originali. Preterea. si non habuit minus peccatum in genere scilicet veniale. nec maius scilicȝ originale cui debetur pena eterna alteri temporalis. Preterea dicit saluator. Inter natos mulieruȝ ꝛc̄. Aut ibi christus loquitur de non peccāte. aut re surgente a peccato. Si primum falsum est. quia Maria maior est Johanne baptista. Si secundum scilicȝ de resurgente. et beata virgo fuisset in peccato et resurrexisset. ipsa iterū non fuissȝ maior Johāne. quod nō dicitur. quia secundum Augustinū. in de natura et gratia. ipsa preseruata fuit a culpa actuali et veniali.

Ad auctoritates auteȝ que adducuntur pro alia opinione. Respōdetur sic. q̄ quilibet filius ade naturalis est debitor iusticie originalis. et si caret ea in se vel in aliquo equiualenti. sicut est gratia habet peccatuȝ originale. et quilibet quantuȝ est de se contraheret originale peccatum nisi preseruaretur a deo. et sic beata virgo contraxisset originale peccatum nisi fuisset priuilegiata. et sic intelligunt sancti vbiq̄ quia virgo fuit preseruata ex speciali priuilegio. ideo non habuit originale peccatū. Sed respondetur ad quālibet auctoritatem per se. Ad primam Augustini concedo q̄ quilibet habet originale quantum ex parte parentum sed in se non oportet si preseruetur a deo. Ad secundum dicitur q̄ Anselmus nō dicit id asserendo. sed ex quadam suppositione discipuli. q̄ si virgo esset concepta in peccato adhuc caro Christi fuisset munda. Vel dicitur q̄ tunc Anselmus. fuit illius opinionis. tamen postmodum per miraculum informatus oppositum tenuit vt patȝ in epistola quam scripsit ad episcopos anglie vbi dicit. Non credo eum esse verum amatorem virginis qui respuit celebrare festum conceptionis. Ad tercium dicitur q̄ cōmunis modus sanctorum est cum loquuntur in cōmuni de aliq̄ materia non excludere aliquē dato q̄ de facto sit exclusus. et quia Leo loquebatur in omuni ideo non fecit mentionem specialem de virgine quamuis ipsa sit exclusa a reatu. Ad quartum ad Bernardū dicitur q̄ suum dictum non asserit quia correctioni domini pape illam epistolam supponit. Aliter dicit quidam doctor scilicet Varro q̄ Bernardus retractauit post mortem apparens cuidam monacho clare vallis. apparens enim ei fulgidus et lucidus apparuit vna macula in eius pectore. quam dixit se habere p̄ eo q̄ dixit virginem esse conceptam in originali peccato. Et si illa responsio non placet negandus est in hoc. nec derogat sanctitati eius. quia nō semper sancti a spiritusancto locuti sunt. propter qd̄ Hieronymus. Augustinus. Ciprianus. sibi ɔtradicūt in his q̄ nō sunt simpliciter ɔtra fidē

Ad illud decreti dicitur ꝙ nō est textus. sed apparatus. quando autē apparatus est cōtra sanctos non debemus eum tenere. Ad primaz rationem dico. ꝙ ratō bene concludit de conceptione seminum et non de conceptione naturarum. sicut declaratum est in principio huius opinionis. Ad secundum cum dicitur ꝙ non indiguisset redemptore. dico ꝙ falsum est. imo maxime ipsa indiguisset redemptore. quia ipsa contraxisset originale nisi fuisset deus mediator preueniens et preseruans ipsaz

Ad aliud dicunt aliqui ꝙ non est inconueniens ꝙ Christus sue matri tantam gratiaz contulerit ꝙ si mortua fuisset ante passionem intrasset ad celum. Aliter dicitur ꝙ consequentia non valet. quia illud erat decretum diuinuz ꝙ nullus ingrederetur celum ante passionem Christi. Nam antiqui patres qui erāt in limbo nō habebant originale peccatum. imo habebant gratiam dei et tamen eis nō erat ianua celi aperta. Ad q̄rtum dicatur sicut ad rationē Bernhardi. Ad vltimum dico. ꝙ mors non est pena peccati. Si enim fieret vnus homo in puris naturalibus et non haberet peccatuz originale adhuc essz mortalis. et hoc patz de christo qui nullum habuit peccatuz et tamē fuit mortalis. Ad primū principale patet ex predictis. Ad secūdum dico. ꝙ maria non fuit purgata per amotionem macule. sed quia fuit preseruata et ei gratia infusa. Unde Damascenus dicit eam purgatam non a peccato quod infuit. sz a peccato quod infuisset. sicut matrimoniū excusat a peccato. nō quidem a peccato quod insit. sed a peccato quod inesset si non esset matrimonium.

Secundo queritur. Utruz corpus Christi fuerit formatum subito vel in instāti. Videtur ꝙ non. quia quando ex vno figurato fit aliud figuratum hoc non fit nisi per motū. Sed alia est figura carnis alia figura sanguinis. et corp⁹ christi fiebat ex sanguinibus virginis. ergo p̄ motum. sed motus non fit in instanti. ergo formatio illa nō fuit in instanti. Preterea. glosa Crisostomi in epistola ad hebreos dicit. ꝙ cristus debuit per omnia fratribus assimilari in eo ꝙ natus et educatus. Sed corpus aliorum non formatur in instātie. ergo. In contrariuz est damascenus libro tercio. qui ponit illam carnem subito formataz. In ista questione sunt duo vidēda. Primo de formatione corporis humani in generali. Secundo de formatōe cristi in speciali. Circa primuz adhuc duo sunt videnda. Primo in quāto tempore formatur fetus. Secundo que mēbra primo formantur. et hec libro secundo quere distinctōe. xxij. articulo secundo. De principali dico duas conclusiones. Primo ꝙ corpus christi potuit formari in instanti. Secundo ꝙ de facto fuit formatuz in instanti. Prima conclusio probatur. Illa formatio fuit facta cooperatione spiritussancti. sed spiritussanctus habet potentiam infinitam. virtus autem infinita potest operari in instanti. ergo illa formatio potuit fieri in instanti. Secunda ꝯclusio p̄batur sic. per Grego. xviij.

moralium. ca. v. Nunciante inquit angelo et adueniente spiritusancto verbum in vtero mox fit caro. Item Damascenus libro tercio dicit. quod simul caro simul dei caro simul caro animata. Item Linconiens. ii de diuinis nominibus dicit. illud corpus formatum est in termino indiuisibili. id est in instanti. Ad argumentum in contrarium dicitur quod maior est falsa. etiam de agente naturali. quia si esset aqua in vno vase quadrato et generaretur ex eo ignis illa generatio esset instantanea et in instanti. et ex vno figurato fieret aliud figuratum. quia aqua habens figuram quadratam transmutaretur in ignem qui habet figuram sphericam. Aliter dicitur. quod maior non est vera de agente quod habet potentiam infinitam. Nunc autem spiritussanctus habet potentiam infinitam. Ad secundum dico. quod debuit per omnia fratribus assimilari in eo quod habuit corpus verum et veram animam. sed non quantum ad modum formationis corporis.

Quam vo incarnatio. Circa istam distinctionem. iiij. queritur primo. Vtrum virgo beata fuerit aliquid cooperata actiue in conceptione filij sui. Videtur quod non. quia principia naturalia sunt per se distincta. sed mas et femina sunt principia naturalia. ergo sunt per se distincta. Sed mas est principium mere actiuum. ergo mulier est principium mere passiuum. Preterea. virtus finita non operatur in instanti. sed virgo habet virtutem finitam et illud corpus formabatur in instanti. ergo. etc. Preterea. principium actiuum in maria est ratio seminalis. sed christus non est conceptus secundum rationem seminalem. ergo virgo beata non se habuit actiue in ipsa conceptione. Contra violentum est cuius principium est extra non conferens vim passo. ex. iij. ethicorum. ergo si virgo se non habuit actiue in illa conceptione. sequitur quod conceptio filij sui fuerit violenta. et per consequens non fuit vera mater eius quod est hereticum dicere. In ista questione sunt duo videnda. Primo principale quesitum Secundo si virgo maria est dei genitrix appellanda. Circa primum sunt tres opiniones. Vna Thome parte tercia. q. xxxij. articulo quarto. quod virgo maria tantum materiam ministrauit et non se habuit actiue in conceptione filij sui. et probatur sic. Virgo maria habuit tantum illam potentiam in illa conceptione qua esse potuit mater et non qua potuit esse pater. Sed patri competit potentia actiua. matri autem potentia passiua tantum. ergo. Minorem non probat ipse. sed probatur ab alijs sic. Aristotiles. xv. de animalibus dicit. quod virtus patris assimilatur arti. matris vero ligno. igitur. Item Auicenna. nono de animalibus. reprehendit Galienum. qui ponebat in spermate femineo vim actiuam. et dicit quod in hoc ignorauit Galienus radicem scientie naturalis. Item dicit Auerrois in suo quolibeto. et facit talem rationem. Si in spermate femineo esset vis actiua ad formationem fetus tunc mulier potest concipere sine viro. quod est falsum. consequentia probatur. Agens debile pt

inducere suam formaz in materia be
ne disposita. Sed sanguis menstru-
us et mulier sunt bñ disposita. ergo
quantūcūq3 illa vis essz debilis muli
er posset concipe Scḋa opinio est
q virgo nō solum materiā ministra
uit. sed etiam actiue se habuit in con
ceptione filij sui. quia virgo habuit
illam potentiā p quā mulier est ma-
ter. Sed mater habet potentiā acti
uam respectu prolis. ergo. minor p-
batur per rationes galieni. Primo
sic. quod ex se inspissatur habet vim
actiuam. Sed sperma femineuz ex se
inspissatur. ergo habet vim actiuam
assumptum pbatur. p vnam experiē
tiam de muliere que patiebatur suf-
focationē matricis et tamen nō vte-
batur viro. et hoc non erat nisi quia
sperma fuerit inspissatum in matri-
ce. Scḋo sic. matrix habet vim reti-
nendi sperma pprium. tunc quero ad
quid retinet. quia aut pter materiā
fetus. et hoc nō. quia illa materia po
nitur menstruum. aut retinet pter
vim actiuam et habetur propositū.
Preterea. Scotus pbat idem tri-
pliciter sic. Primo. Forme eiusdem
speciei habent potentiaz eiusdē spe-
ciei. Sed mas et femina sunt forme
eiusdem speciei. p phm. x. metha. er-
go habent potentiam eiusdē speciei
Sed mas habet potentiam actiuam
respectu fetus. ergo et mulier. Secū
do sic. pater diligit filiuz suum sicut
opus suum. p phm. viij. ethicoꝝ. Sz
naturaliter plus diligit mater filiū
suum q̄ pater. ex eodē. viij. ethicoꝝ.
ergo est opus suum. Tercio sic. agēs
intendit sibi assimilare passuz. sed fi
lius pluries assimilatur matri q̄ pa
tri. ergo mater se habet actiue circa

conceptionem filij. Cōtra est opi
nio doctoris venerabilis fratris Bo
nauēture. q virgo beata habuit vir
tutem diuinitus sibi datam p quam
amministraret materiā illius conce
ptionis. materiam inquam que non
soluz habuit rationē materie seu po
tentie passiue. sed etiam sufficientiā
et virtutem ad prolis productionē.
Ex his opinionibus accipiatur que
plus placet. Inter omnes autez ter
cia videtur mihi rōnabilior. De
secūdo principali dico. q virgo ma
ria est mater et dei genitrix appellā-
da sicut patz per Dam. libro. iij. ca.
viij. Dei inquit genitricem sanctam
virginem predicamus. Preterea
ipsa habuit omnia que requiruntur
ad veram matrem. quia concepit et
pepit. Juxta illud Luce. j. Ecce cō-
cipies et paries filium. Preterea
pter ꝯmunicationez ideomatū que
cunq3 dicuntur de illo homine dicū
tur de deo. Sed de isto homine dicitr̄
q est filius virginis. ergo deus est fi
lius virginis. et p ꝯsequēs maria est
mater dei Preterea. sicut se habz
filius dei ad virginem matrem. sic fi
lius hominis ad deum patrem. Sed
christus est filius dei patris. ergo fi
lius dei est filius virginis matris.
Ad primuz principale dicitur q
principia naturalia non sunt distin-
cta per hoc in proposito q vnum di
catur mere actiuum. alterum mere
passiuum. Sed per hoc q vnum est
actiuuz principalius sicut pater. ali
ud minus principale sicut mater.
Ad aliud dicitur q virtus finita po
test agere in instanti si sunt remota
omnia impedimēta a principio pas
siuo. Nam propter indispositionem

principij passiui agens agit in tempore. Ad tercium dicitur ꝙ non valet. illud est principium actiuum. ergo producit secundum rationem seminalem. quia principium actiuū in plus se habet ꝙ̄ ratio seminalis.

Secundo queritur. Utrū christus possit dici filius spiritussancti. Uidetur ꝙ sic. quia pater dicitur pater per hoc ꝙ producit filium ad esse. sed spiritussanctus produxit cristum ad esse perfectius ꝙ̄ pater carnalis producat filiū suum. ergo spiritussanctus est pater christi. Preterea. conceptionem filij perfectius operatur spiritussanctus ꝙ̄ btā virgo. sed virgo est mater christi. ergo spiritussanctus est pater christi. In contrarium est magister in lrā. Ad hanc questionem breuiter respondeo et dico. ꝙ ista est falsa locutio. spiritussanctus est pater christi. quia ista filiatio et paternitas aut recipiuntur ratione nature. aut ratione suppositi christi. sed spiritussanctus non dicitur pater christi ratōne nature. nec ratione suppositi. ergo. Probatio minoris. scilicet ꝙ spiritussanctus non sit pater christi ratione nature. quia pater et filius debent habere eandē naturā. sed christus et spiritussanctus non habent eandem naturam. naturam dico humanam non diuinam. quia de humana loquimur. ergo christus non est filius spiritussancti ratione nature. Probo ꝙ non sit filius ratione suppositi. quia spiritussanctus potius est a filio ꝙ̄ econuerso. sicut declaratum est superius libro. j. distinct. xj. Ad primū principale dico. ꝙ pater est pater. quia producit filiū ad esse. ita ꝙ est idem esse in patre et filio. Nunc autem in christo et spiritusancto non est idem esse humanū vel eadē natura humana. Et ꝑ hoc patet ad secundum. Nam virgo fuit vera mater christi. quia ipsum concepit et humanam naturam in specie cum eo habet. quod nō habet spiritussanctus.

Preterea inquiri solet. Circa quintam distinctionem queritur primo. Utrum natura diuina assumpserit vel assumere potuit naturam humanā. Uidetur ꝙ sic. per Augustinū de fide ad petrū Illa inquit natura que semper manet genita apud patrem nostram naturam sine peccato suscepit. Preterea. quando aliqua sunt idem realiter quicquid cōuenit vni conuenit alteri. sed persona et diuina natura sunt idem realiter. ergo quicquid cōuenit vni conuenit alteri. Sed persona diuina assumpsit humanam naturam. ergo similiter natura diuina assumpsit naturam humanam. Preterea. illud quod continet perfectionem suppositi creati potest vicem illius supplere. Sed essentia diuina cū sit infinita continet perfectionē suppositi creati. ergo potest vicem eius supplere. et per consequens naturā humanum assumere. Contra quādo aliqua sunt in aliquo indiuisibili

quicquid vnitur illi indiuisibili vnitur illis que sunt in eo. Exemplũ si due linee sunt vnite pũcto quicquid vnitur puncto vnitur lineis. Sʒ p̃sone sunt in essentia que est indiuisibilis. ergo quicquid vnitur essentie vnitur p̃sonis. hoc est falsũ. ergo et quod vnitur p̃sone non vnitur essentie siue nature. In ista questione sunt duo videnda. Primo de facto si natura diuina assumpsit humanã. Scd̃o de possibili si potuit assumere. De primo dico duo. Unum est ꝙ illi qui ponunt ꝙ ratio terminandi dependentiã nature ad suppositũ est ꝓpter ꝯtinentiã p̃fectionis suppositi creati in assumente habẽt necessario dicere ꝙ natura assumpsit naturam. quia nature ꝯpetit ꝯtinẽtia p̃fectionis et nõ supposito. cum non dicat p̃fectionem simpliciter vt alias est dictũ in primo. Scd̃o dico. ꝙ natura nõ assumpsit naturã. Cuius ratio est ista. Illud assumit naturã quod est ratio formalis terminandi vnionẽ nature assumpte. Sed essentia nõ est rõ formalis terminãdi vnionem et dependentiã nature assumpte. ergo natura non assumpsit naturam. ꝓbatio minoris. In quocunqꝫ est ratio formalis terminãdi vnionẽ illud formaliter terminat. sed in patre formaliter est essentia. et p̃t non terminat formaliter illã vnionẽ. ergo nec essentia nec natura terminat illam vnionẽ. De scd̃o articulo dicit vna opinio. ꝙ natura nõ p̃t assumere naturã. qꝛ oĩs assumptio terminatur ad aliquã vnitatem. Sed si natura diuina assumeret humanam ista assumptio non terminaretur ad aliquã vnitatem. ergo. ꝓbatio minoris. Omnis vnitas q̃ exurgit ex vnitate aliquoꝝ aut est ex illis tanq̃ ex imp̃fectis. aut tanq̃ ex p̃fectis. Sed ex vnione nature diuine ⁊ hũane nõ exurgit vnitas tanq̃ ex imp̃fectis vt p̃ se patet. nec tanq̃ ex p̃fectis. quia aut manerẽt saluata. et talis vnio esset accidentalis. qd̃ non ꝯceditur in ꝓposito aut transmutarẽtur ad inuicem. qd̃ est falsum. quia nec natura humana ꝯuertitur in diuinã nec econuerso. Contra istam opinionem obijcitur. qꝛ ꝓbatio minoris arguit ab insufficienti diuisione. cum enim dicitur. ꝙ vnitas aliqua vel est ex imperfectis vel ex p̃fectis. oportet addere terciũ membrũ. ꝙ vnitas est ex vnione aliquoꝝ quoꝝ vnũ est p̃fectum aliud imperfectũ siue minus p̃fectum. ita est in ꝓposito. quia natura diuina est p̃fectissima. natura aũt humana minus p̃fecta. Preterea. sub oĩbus istis membris nõ ꝯprehenditur ista vnitas que est nature p̃ illapsum. qualis ponitur in ꝓposito. Preterea. p̃ eandem ratõnem p̃t ꝓbari ꝙ diuina p̃sona nõ p̃t assumere humanã naturã sic ptʒ deducendo eã p̃ singula mẽbra. Ideo dicitur s̃m illam opinionẽ ꝙ aũt de rõne assumentis est ꝙ habet incommunicabilẽ substantiã. aut ꝙ habeat existentiã singularem absqꝫ incõmunicabilitate. Si primo modo cõceditur ꝙ natura diuina nõ p̃t assumere naturã humanã. qꝛ non habet incõmunicabilẽ subsistentiã. Si secundo modo ꝯceditur ꝙ p̃t assumere. qꝛ natura diuina habet per se existentiam singularissimã. Ad primum in ꝯtrariũ dicitur ꝙ Aug⁹ accipit ibi naturam pro p̃sona. non p̃

essentia. quod patz. quia dicit illam
naturam esse genitã. essentia aũt di
uina nõ generat nec generaꝛ̃. vt pa-
tet libro primo. di. v. Ad scđm ar
gumentũ difficile est respondere eis
qui dicũt essentiam et suppositũ diui
num distingui tñ rõne. nec pñt bene
saluare articulũ incarnatõnis. Sed
ponendo sicut alias dictũ est ꝙ sup
positum et essentia nõ sunt omnibus
modis idem: qꝛ essentia dicit entita
tem ꝯmunicabilẽ. suppositũ aũt incõ
municabilẽ. patet ꝙ ꝑsona p̃t assu-
mere et natura nõ p̃t. Ad terciuz
dictũ est pluries. quia ꝯtinentia nõ
est ratio terminandi. sed independẽ
tia ⁊ incõicabilis subsistẽtia que cõ
petit ꝑsone.

Secundo queritur. Utrũ
ꝑsona assumere p̃t ꝑsonã.
Uidetur ꝙ sic. Q̃n aliq̃
sunt idem realiter vnũ nõ
p̃t assumi sine alio. sed natura ⁊ per
sona creata sunt idem realiter. et na
tura est assumpta. ergo et ꝑsona est
assumpta. ꝓbatio minoris. Si ꝑso-
na non esset idem realiter cũ natura
vel esset accidens vel substantia. Sz
nõ est accidens. qꝛ nullũ accidẽs est
causa subsistendi. ꝑsona vero est rõ
subsistendi. Nec etiã est substantia.
quia vel esset materia vel forma vel
ꝯpositum. sed nullum istoruz potest
dari. quia in quolibet vel essent plu-
res materie. vel forme plures. vel plu
ra ꝯposita. ergo. Preterea suppo
situm dicit aliquid qđ spectat ad di
gnitatem. sed om̃e tale dicit entita-
tem positiuã. ergo ꝑsona vel supposi
tum dicit entitatem positiuaz. Sed
omne ens positiuũ p̃t assumi. ergo ꝑ
sona põt assumere personam. In

contrariuz est magister et patet per
Dam. libro tercio. ca. ij. In ista
questione sunt duo vidẽda. Primo
quid addit suppositũ vel ꝑsona sup
naturam. et hoc patet in prima que-
stione huius tercij. et in ꝓbatione se-
cunde opinionis vide ibi. Secun-
do est videndum si ꝑsona p̃t assume
re ꝑsonam id est naturã ꝑsonatam.
Et dico ꝙ nõ. qꝛ aut ꝑsona dicit ne-
gationem dependẽtie. vt ponit vna
opinio. aut ꝑsona dicit entitatẽ po-
sitiuam supra naturam. vt dicit alia
opinio Si teneatur prima opinio
est ad questionẽ talis ratio. Cõtra-
dictoria non pñt simul inesse eidem.
Sed si ꝑsona assumeret ꝑsonaz. id ẽ
naturam ꝑsonatam ꝯtradictoria si-
mul inessent eidem. ergo ꝑsona non
p̃t assumere ꝑsonaz. ꝓbatio minoris
Cõtradictio ẽ naturã depẽdere ad
ꝑsonam extrinsecaz ⁊ nõ dependere
Sed si assumeretur dependeret a ꝑ-
sona extrinseca assumente. Si aũt ꝑ
sonaretur ꝑsonalitate ꝓpria non de-
penderet. ergo dependeret ⁊ non de
penderet. Si aũt teneatur secũda
opinio est ad questionẽ talis rõ. oĩs
assumptio terminatur ad aliquã vni
tatem. Sed si ꝑsona assumeret ꝑso-
nam illa assumptio nõ terminaretur
ad aliquã vnitatez. quia nec ad vni-
tatem nature. nec ad vnitatẽ suppo
siti. ergo ꝑsona non p̃t assumere ꝑso
nam. Ad primum principale. si ꝑ-
sona addit entitatem sup naturã est
difficile respondere et optime vadit
ꝯtra eam illa ꝓbatio de accidente et
substantia. Si autem teneatur ꝙ ꝑ-
sona dicit negationem dependentie
tunc nõ oportet ꝙ si assumatur natu
tura ꝙ assumaꝛ̃ ꝑsona. qꝛ nec poniꝛ̃

ibi idemptitas realis. nec sequitur ꝙ addat substantiam vel accidens ex quo dicit negationem dependentie. Ad secundum dico. ꝙ persona in creaturis dicit dignitatem materialiter rõne intellectualis nature quã ꝯnotat. sed non formaliter rõne incõmunicabilitatis quã supaddit.

Ex pmissis aũt ꝯtingenter. Circa istam distinctionem sextã queritur. Utrum in christo sint plura esse. Uidetur ꝙ non. quia esse non est sine ente. ergo vbi sunt plura esse ibi sunt plura entia. Sed christus nõ est plura entia. quia tũc esset vnum p accidens. ergo in christo sunt plura esse. Preterea. Anselmus in monologion dicit. ꝙ quẽadmodum se habent lux lucere et lucẽs. sic se hñt essentia esse et ens. Sʒ vnius lucentis est vnum lucere. ergo vnius existentis est vnuʒ esse. sed christus est vnum existens. ergo ⁊c̃. Preterea. que dicunt diuersa esse si vniuntur faciũt vnum p accidens. ergo in christo nõ sunt plura esse. Contra Aug⁹. vij. de trinit. sicut ab eo quod est sapere dicta est sapiẽtia ita ab eo quod est esse dicta est essentia. Sed ad diuersas sapientias sequuntur diuersa sapere. ergo ad diuersas essentias sequũtur diuersa esse. Sed in christo sunt plures ⁊ diuerse essentie. ergo plura esse. In ista questione sunt duo vidẽda. Primo. quomodo se habent in creaturis essentia et esse. secundo principale quesitum. De primo sunt tres opiniones. Una Bonauẽture ꝙ essentia et esse differunt ratione solum. Alia Thome ꝙ differunt realiter. Alia herici de gandauo. ꝙ sunt idẽ realiter. differunt tamen intentione que non est differentia tm̃ per actuʒ rationis sicut partes diffinitionis. Que autem sunt fundamenta haruʒ opinionuʒ et quid sit ponendum patet li. ij. dis. iij. q. j. De secundo articulo si in cristo sunt plura esse. De hoc sunt due opiniones. Una thome parte tercia. q. xvij. articulo. ij. ꝙ in christo nõ sunt plura esse. quod probatur sic. Natura humana perfectius existit in supposito diuino q̃ȝ in supposito humano. Sed si natura humana esset in supposito humano haberet tantum vnum esse et non haberet aliud esse ab esse suppositi. ergo. Preterea. pars adueniens alicui toti nõ habet aliud esse q̃ȝ esse totius. Sed humana natura aduenit supposito diuino sicut pars toti. ergo non habebit aliud esse. Preterea. accidens non habet ꝓprium esse in subiecto. sed humana natura habet in supposito diuino modum accidentis. ergo non habet aliud esse ab esse suppositi diuini. probatio maioris per phm. vij. metha. vbi dicit ꝙ accidentia nõ sunt entia nisi quia entis. Preterea. omnia que sunt in subiecto quanto sunt quanta per vnam quantitatẽ. ergo similiter omnia que sunt in vno supposito habẽt vnum esse per naturam et suppositũ vnum. Preterea. confirmatur ista opinio duabus alijs rationibus. Primo sic. persona diuina sicut cõmunicat nature hũane subsistẽtiã ita ꝯũicat existentiã. sʒ ꝑsona dĩna sic ꝯũicat nature hũane subsistẽtiaʒ ꝙ nõ est ibi nisi vnum esse subsistentie. ergo similiter ibi non est nisi vnuʒ esse existentie. Preterea. sicut perso-

na diuina habet infinitatem subsi-stentie. ita habet infinitatem existentie. sed propter infinitatem subsistẽtie ponitur tantum vnum esse subsi-stentie. ergo similiter est ibi tantum vnum esse existentie. Contra istaꝫ opinionem obijcitur primo sic. Esse est formalis terminus generatõis. ex v. phisic. ꝑ vbi est duplex gñatio ibi est duplex esse. sed in christo est duplex generatio scilicet eterna ꝛ temporalis. ergo in christo est duplex esse. Preterea. viuere viuẽtibus est esse per pħm. ij. de anima. sed in christo est duplex vita scilicet diuina et humana. ergo. Preterea. anima informando corpus dat sibi verũ esse. sed in christo est vera informatio anime ad corpus. ergo ex hoc est ibi aliquod verum esse. Sed illud nõ est esse verbi increati. ergo est aliud esse et ꝑ ꝯsequens sunt in eo plura esse.
Preterea. si deus dimitteret naturam illam assumptam ipsa non acquireret aliquod nouum esse seu aliquam entitatem. quia sequeretur ꝙ esset ꝑfectior in seipa ꝗ̃ in supposito diuino. Sed natura illa sic dimissa habet ꝓprium esse. ergo similiter existens in supposito diuino habet proprium esse. sed illud esse nõ est esse verbi increati. ergo ẽ aliud esse. Preterea. relatio presupponit fundamentum. sed ista vnio est quedam relatio ergo presupponit fundamentũ. Sed illud fundamentũ est natura humana. ergo habet ꝓpriuꝫ esse et illud nõ est esse verbi increati. ergo. Dico ergo ad questionẽ duas ꝯclusiones. Prima conclusio est ꝙ in christo est vnum esse subsistentie. Secũda ꝙ in christo sunt plura esse existẽtie. Prima ꝯclusio ꝓbatur sic. vna ꝑsona dicit vnum esse subsistentie. Sed xp̃us est vna ꝑsona. qꝛ ꝑsona diuina nõ assumpsit humanã ꝑsonã ex questiõe precedenti. Scd̃a cõclusio ꝓbatur ꝑ rõnes factas ꝯtra primaꝫ opinionẽ scꝫ ꝙ in christo sunt plures nature. plures generatõnes. et plures vite.
Ad primũ argumentũ opinionis prime dico. ꝙ sicut natura humana existens in supposito ꝓprio nõ habet aliud esse subsistẽtie. ita etiã existẽs in supposito diuino nõ hꝫ aliud esse subsistẽtie. Sꝫ hoc nõ obstante hꝫ aliud esse existẽtie ab esse verbi increati. Ad aliud de ꝑte ꝛ ꝺ toto dico. ꝙ nõ est simile. qꝛ ꝙ pars nõ habeat aliud esse a toto hoc ꝓ tãto est. quia ꝑs informatᷣ a natura totius. qð in ꝓposito dici nõ ꝑt. qꝛ natura hũana nõ informatᷣ a supposito diuino. Ad aliud de accidente. negetur maior. ad probationem dico. ꝙ non allegatur autoritas philosophi sicut iacet quia philosophus dicit sic. accidentia nõ sunt entia nisi in eo ꝙ taliter entis. et tunc dico ꝙ lꝫ eo potest capi causaliter et effectiue. vel formaliter et entitatiue. Si primo modo cõcedo ꝙ accidẽs est ens eo ꝙ taliter entis. id est eo ꝙ causatur ab ente. qꝛ oritur ex principijs subiecti. Si secundo mõ dico. ꝙ accidẽs habet entitatẽ ꝑter entitateꝫ subiecti. Ad quartũ de quãto dico. ꝙ nõ est simile imo est ad oppositũ. ideo enĩ ea q̃ sunt in subiecto sunt quãta ꝑ vnam quantitatẽ qꝛ ponitur ibi vna quãtitas. sed si ponerẽtur in subiecto plures quantitates nõ essent quãta per vnã quantitatẽ. sic ẽ in ꝓposito. qꝛ in xp̃o sunt pl̃es nature. ideo plura esse

Ad alias duas rationes que habent eandem vim. dico ꝙ non est simile de subsistentia et existentia. qꝛ subsistentia humane nature suppletur per subsistentiam extrinsecaꝫ ꝑ suppositum diuinum. quod est independens. Sed existentia humane nature ibi non suppletur. sed quemadmodum ibi ponitur formaliter natura humana ita ibi formaliter eius existentia. Ad primū principale cū dicitur. Si in christo sunt plura esse ergo sunt plura entia. Nego ꝯsequētiam. qꝛ ꝯcretū nō numeratur absqꝫ numeraratōne suppositi. sicut patet de homīe habēte scientias duas. ꝙ non dicitur duo scientes. Ita in ꝓposito non sequitur sunt duo esse. ergo entia. Sicut etiam dicimus. ꝙ in Christo sunt due voluntates. et tamen nō sequitur ꝙ christus sit duo volentes sed vnus volens. Ad secundū dico. ꝙ est ad oppositū. Nā ideo in vno lucente est vnū lucere. qꝛ ponitur in eo vna lux. Sꝫ si essent in eo plures luces essent in eo plura lucere. et qꝛ in christo sunt plures nature. ergo in eo sunt plura esse. Ad vltimum dico. ꝙ illa que dicunt diuersa esse et vniuntur ꝑ inherentiaꝫ bene faciunt vnū ꝑ accidēs. Sed ea que vniuntur ꝑ illapsum quantumcunqꝫ dicant diuersa esse non faciūt vnū ꝑ accidens. et sic est in ꝓposito. qꝛ verbum diuinuꝫ est vnitū nature humane per illapsum.

Secunduꝫ personam dicitur deus factus est homo. In ista distinctione septima in qua magister querit de veritate aliquarum ꝓpositionum queritur primo. Utrum ista propositio sit vera Deus est homo. Et videtur ꝙ non. quia prima diuidentia sunt maxime diuersa. Sed finitum et infinitū sūt primo diuidentia ens. ergo sunt maxime diuersa Sꝫ maxime diuersa nō predicātur de se inuicem. cū ergo deus sit infinitus et hō finitus non est bn̄ dictū deus est homo. Scdo sic maior est vnio diuinarū ꝑsonarū in essentia ꝙ naturarū in supposito cristi. Sed ꝓpter istā vnitatē vna ꝑsona nō predicatur de alia. vt dicatur pr̄ est filius vel ecōuerso. ergo ꝓpter vnionē naturaꝝ in christo nō est bn̄ dictum. deus est homo vel ecōuerso Preterea. cū dicitur deus est hō. ista ꝓpositio est vera ꝑ se vel ꝑ accidens. nō ꝑ se. quia nō dicitur de quocūqꝫ ꝯcepto sub deo. qꝛ nec de patre nec de spū sancto. nec etiam est vera per accidens. quia nihil accidit deo ergo nullo modo est vera. Preterea. Athanasius ponit ꝙ sicut caro et aīa vnus est homo. ita deus et hō vnus est christus. sed anima non predicatur de carne nec econuerso. ergo. Preterea. cū dicitur deus est homo. aut homo est predicatū relatiuum aut absolutū. Nō relatiuū vt patꝫ de se. nec ē absolutū. qꝛ ſm August. esse absolutū dꝛ de tribꝰ ꝑsonis homo aūt nō dicitur de tribus ꝑsonis. ergo. Cōtra. Ioh. j. Verbuꝫ caro factū est. Ubi Augꝰ dicit ꝙ caro accipitur ꝓ hoīe. ergo deus factꝰ est homo. et ꝑ ꝯsequens deus est hō. In ista questione sunt tria vidēda. Primo si dicta ꝓpositio sit vera. secundo qualiter est vera. tercio qualiter est ista vera. christus est homo.

De primo patet secundum veritatē fidei q̄ ista est vera deus est homo. Unde Augustin⁹ pmo de trini. Ta lis fuit assumptio vt deū faceret ho minem et hominē faceret deum. Et Bernardus ad Eugenium. Cantaꝫ inquit et tam expressaꝫ vim vnionis prefert ea psona qua deus et homo est vnus christus vt si duo de se pre dices non erres. Preterea idem pbat quidam doctor p rationeꝫ sic. Quandocūqꝫ sunt due nature in eo dem supposito. licet sint distincte na ture vna tamen potest predicare de alia et denominare aliam in cōcreto licet non in abstracto. Exemplū hu ius est. Dicimus enim album est mu sicum. quia sunt in eodem supposito licet sint diuerse nature. Sed natu ra diuina et humana vniuntur in eo dem supposito filij. ergo vna potest de altera predicari in cōcreto vt di catur deus est homo et homo est de us. In abstracto autem non. qꝛ ista non esset bona predicatio deitas est humanitas. vel econuerso. Hec ra tio recipitur a dam̄. libro tercio. ca. xj. deus inquit est homo et homo de us propter eam que est scd̄m hypo staticam vnionem. De secūdo ar ticulo dicit vna opinio q̄ ista posi tio. deus est homo est vera p se. pri mo modo. probatur sic. Natura hu mana perfectius substātificatur in supposito diuino q̄ȝ humano puta in supposito Petri. sed hec est vera per se primo modo. Petrus est hō. igit̄ et illa deus est homo. Contra istā opinionem obijcitur sic. quando ali quid predicatur de aliquo in primo modo dicendi per se tūc predicatuꝫ est p se de intellectu subiecti. sed ho mo non est p̄se de intellectu dei. er go non valet. Preterea. quando aliquid predicatur de aliquo in pri mo modo dicendi per se predicatur de quolibet contento sub eo. sed ho mo non predicatur de quolibet con tento sub deo. quia nec de patre nec de spiritusancto. ergo ista nō est ve ra p se primo modo. deus est homo. Preterea. quando aliquid predi catur de aliquo in primo modo dicē di per se subiectū supponit per se de terminate. sed cum dicitur. deus est homo. deus supponit indetermina te. ergo. Dicitur ergo aliter ad il lud dubium q̄ per se et per accidēs possunt accipi dupliciter scilicꝫ me thaphisice et logyce. Si accipiatur methaphisice dicitur q̄ ista non est vera. deus est homo nec per se nec p accidens. non per se propter ratio nes factas contra precedentem opi nionem. non etiam per accidens. qꝛ nec vnū accidit alteri nec ambo ter cio qui sunt modi accidentium scd̄m pℏm. v̄. methaph. et ideo dicitur q̄ sicut in Christo est singularis mod⁹ viuendi qui nō est accidentalis nec essentialis. ita cum dicitur. deus est homo ibi est singularis modus pre dicandi qui non est per se nec per ac cidēs. Si autē accipiatur p accidēs logyce sic potest concedi q̄ est vera per accidens. quia predicatuꝫ est ex tra intentioneꝫ subiecti. et hoc est p̄ dicari p accidens logyce. De ter cio articulo sunt ad presens dicendi duo modi. Unus cum dicitur Chri stus est homo. hec est vera per se. qꝛ Christus est nomen suppositi subsi stentis in duabus naturis diuina sci licet ⁊ humana. Ex hoc arguitur sic

Illa propositio est vera per se primo modo in qua predicatum est de intellectu subiecti. sed homo est per se de intellectu christi. ergo. Alius modus dicendi est quod non est vera per se sed per accidens. Cuius ratio est ista quando fit aliqua implicatio cōtingentie in subiecto ista ppositio non est vera per se sed per accidens. vt cū dicitur. homo albus est homo pter ptingentiam implicitam non est vera per se sed per accidens. sed cū dicitur christus est homo. ibi est implicatio contingentie in subiecto. quia implicatur illa. Deus est homo. que est contingens. ergo accipiatur ibi que plus placet. Ad primum principale concedo quod prima diuidentia habent maiorem distantiam non tñ habent maiorem repugnantiam. illa aūt que formaliter nō repugnant possunt vniri in eodem supposito et vnum denominare alterum. et sic habet se deus et homo. Ad secundū dico quod non est simile de personis in essentia et de diuersis naturis in eadem persona. quia persona dicit entitatem incōmunicabilem. natura vero dicit entitatem communicabilem. Adeo quando diuerse nature sunt in eodē supposito possunt in cōcreto de se dici. sicut patet in ratiōe posita ad primum articulum. Ad tercium dico quod non valet. quia non currit illa similitudo propter duo. Primo quia anima et caro concurrunt in vnitate hominis tanquam partes constitutiue. et vna pars nō predicatur de altera parte. essentia autem diuina non est in christo tanquam pars. Secundo. quia anima et caro significant in abstracto. deus autem et homo in concreto. Ad vltimum dico quod homo non est predicatum relatiuum sed absolutum. sed quando dicitur. ergo predicatur de tribus personis. nego consequentiā. ad Augustinum vero dicitur. quod Aug⁹. intelligit de predicatis absolutis ad intra homo autem est predicatum absolutum ad extra. Ad quartum patet ex dictis in secūdo articulo si ista ppositio est vera per se vel per accidens.

Secundo queritur. Utrum hec sit vera. deus est fact⁹ homo. Videtur quod non. quia si hec est vera. deus est factus homo. sequitur quod deus est factus. Probatio consequentie. quia sequitur in simili. sortes est factus homo. ergo est factus. Preterea hec propositio in qua ponitur hoc verbum fit non est vera nisi subiectū mutetur. sed in deum qui est subiectum nulla cadit mutatio. ergo. Cōtra in simbolo. Natus ex maria virgine et homo factus est. Et Aug⁹. exponens illud. Uerbum caro factū est. dicit quod caro accipitur pro homine. In ista questione sunt multi modi dicendi de quibus ad presens repeto duos. Unus dicit quod hoc factus aut determinat subiectum puta deum. aut predicatum puta hominem. Si determinat subiectū vt dicatur sic. deus factus est homo. tunc ppositio est falsa. quia in deo nulla cadit factio. Si autem determinat predicatum vt dicatur sic. deus est factus homo. tunc ppositio est vera. Alius modus dicendi est quod illa propositio simpliciter ē vera. Ad cui⁹ euidētiā

est notandum q in illa ꝓpositione in qua ponitur hoc verbum fieri. aliqñ ly fieri tenetur scdo adiacens aliqñ tercio adiacens. quando tenetur secundo adiacens tūc accipit esse subiectum simpliciter sicut homo accipit esse. quādo autem tenetur terciū adiacens tunc nō accipit esse simpliciter. sed esse tale specificū. sicut ergo quando aliquid accipit esse simpliciter potest hoc verbum fit addi sibi secundo adiacens. Ita quando accipit esse tale potest dici fieri tale et tercio adiacens. et sic est in ꝓposito cū dicitur. deus factus est homo. quia deus de nouo accipit esse hominis. et ideo potest dici. factus est homo. que factio est a tota trinitate.

Ad primū principale nego consequentiam ad ꝓbationem dico q nō valet. quia non tenet nisi gratia materie et non gratia forme. Ad secundū dicitur. vno modo. q maior est vera de agēti naturali quod educit de potentia materie. non est aūt vera in agēte supnaturali. Alio modo dicitur et melius q in factō de cōcurrit aliqua determinatio. quia vel est factio ꝑ informationem vel per inherentiam vel per vnionē que est relatio. Accipiendo ergo factionem vt est ꝑ informationem vel per inherētiam ista requirit mutationē. sꝫ ista que est per vnionem que est relatio sicut est in ꝓposito non arguit talem mutationem.

Post ꝑdicta inquiri oportet. Queritur in ista distinctōne octaua. Vtrū in Cristo sint due filiationes reales. et hec questio aliqualiter habet euidentiam ex illa difficultate. si plura accidētia eiusdem speciei pñt esse in eodem subiecto. Ideo queritur primo. Vtrum plura accidētia solo numero differētia pñt esse simul in eodem subiecto.

Videtur q sic. Ponantur multa alba in medio oculus vidēs seu existēs in quocunqꝫ puncto medij pt videre oīa ea. ergo hꝫ spēs distinctas oīm istoꝝ. sed iste spēs differūt solo numero. ergo plura accidētia solo numero differentia pñt simul esse in eodem. Rñdetur q argumentū bñ concludit de accidētibus intentōnalib⁹ nō aūt realib⁹. Nā plura accidētia intentōnalia bene pñt simul esse. realia nō nūc iste spēs habēt esse intentionale. Cōtra. Solutio ꝓsupponit falsum scꝫ q iste spēs nō habent esse reale ꝓpter duo. Primo. qꝺ habet actionē realē habet esse reale. sed species in oculo habet actionē realem. q2 excellēs sensibile corrūpit sensum ex .ij. de aīa. ergo. Scdo. q2 species in medio vere est sensibilis seu etiā visibilis. ergo est res. Probatio assumpti. si radius solis trāseat ꝑ vitrum rubeum pt spēs vitri rubei videri in pariete. Iste autē rubor in ꝑiete est spēs. q2 si feratur ibi oculus ꝑ illud videbit ruborem in vitro. Preterea. scdo arguitur ad principale sic. Iste pater potest habere plures filios. ergo sunt in eo plures paternitates. sed iste sunt eiusdē speciei. ergo. ꝯseqūtia ꝓbatur dupliciter. Primo ꝑ Aristotilem .v. metha. vbi dicitur. q pater dicitur pater quia genuit. Sꝫ iste pr̄ genuit plures filios diuersis seu pl'rib⁹ actibus. ergo sunt in eodē diuerse seu plures pr̄nitates

Vꝫ plura accidentia solo numero differentia pnt esse simul in eodem subiecto

Secundo. quia si moreretur vnus de filijs adhuc iste diceretur pater. ergo non p eandem paternitatē est pater filij mortui et viui. Preterea. ponantur due candele vna hic alia ibi et sit corpus aliud in medio puta columna tunc fierent due vmbre. si amoueretur corpus medium tūc lumē vtriusq candele incedit directe vsq ad locum vbi corpus fuit. et sic erūt duo lūia in eodē subiecto vł in eadē pte medij. Preterea. duo agētia eiusdem speciei puta duo ignes eque calidi possunt calefacere idem calefactibile tunc queritur. aut hoc fit vna actione aut diuersis actionibus. nō primo modo. quia actio est actus actiui inquantum actiuum ex iij. phisicoꝝ. cum ergo sint disticta actiua ergo habent distinctas actiones. si secūdo modo habetur ꝓpositum. quia tunc erunt duo termini p duas actiones puta duo calores in eodez. Rn̄detur ꝙ isti duo calores faciunt vnū calorē ꝯpositum. Cōtra pono duo actiua equaliter et eodez modo disposita respectu eiusdē passiui tunc erunt inducti duo calores eque in actu et eque perfecti. sed ex duobus eque in actu non fit vnū. ex. vij. metha. ergo. In ꝯtrarium est phus. v. metha. Quecūq inquit in eadem substantia sunt habent differentiam specificam. Preterea. oportet receptiuum denudari ab eo quod recipit. ex. ij. de aīa. ergo subiectum existens in actu p vnaz formā non pt recipe aliam eiusdem speciei Rn̄o. In ista questione sunt duo articuli scd̄m duas opiniones. Vna est Henrici et fere omniuz antiquoꝝ ꝙ plura accidentia eiusdem speciei non possunt simul esse in eodē. quod ꝓbatur sic. Ab eodē est aliquod ens et vnum. ex. iiij. metha. sed accidens habet suam entitatem a subiecto. ergo et vnitatem. sed subiectū est vnū ergo et accidens est vnum. Preterea. materia est primo et per se in potentia ad formam. ad hanc autez formam vel illaz est in potentia per accidēs. quia si materia esset primo et per se in potentia ad hanc formaz vel illam tunc in materia essent infinite potentie. quod est inconueniēs Ex hoc arguitur sic. Idem non potest esse in potentia et in actu respcū eiusdem. sed si in subiecto possent esse plura accidentia eiusdem speciei simul tunc idem potest esse in potentia et in actu respectu eiusdez in specie. quia esset in actu sub forma quā habet. et esset in potentia ad aliam quam potest recipere. sed hoc est falsum. Contra istam opinionē obijcitur primo ꝯtra primum motiuuz. qn̄ enī dicitur ꝙ accidens habet entitatem a subiecto. aut hoc intelligitur formaliter vel causaliter aut materialiter. Si formaliter. hoc non pt stare ꝓpter duo. Primo. quia tūc deus nō posset facere accidēs sine subiecto si entitas et vnitas accidentis essent formaliter entitas ⁊ vnitas subiecti. Scd̄o. quia tunc due albedines essent vnum numero. quod patet sic. Esto ꝙ sortes sit nunc albus et postea niger et iterum albus. tūc si albedo sit vna formaliter vnitate subiecti cum vnitas subiecti semper manet eodez numero sequitur ꝙ iste albedines erunt vnū numero. Si autem intelligatur causaliter tunc nō valet ad propositum. quia ab eodem

efficiente possunt esse multi effectus solo numero differentes. Si aũt intelligatur materialiter. concedo q̄ vna materia est diuersoꝝ numero in eadem specie et si accipis oppositũ petis principium. Contra secundum motiuũ obijcitur sic. Ad illud est materia primo in potentia quod primo introducitur per motum. sed illud qd̄ primo introducitur p̄ motũ non est materia specifica sed est hec forma. ergo materia est primo in potentia ad hanc formã. Confirmatur p̄ auctorẽ. vj. principioꝝ. qui dicit. q̄ natura latenter operatur in his ita q̄ scd̄m eum natura primo intẽdit singulare et ꝯsequenter vniuersale. Preterea. In materia sunt distincte potentie numero ad formas distinctas. ergo in subiecto p̄nt esse plura accidentia numero differẽtia Antecedẽs ꝓbatur p̄ Aristotilẽ. iij. phisicoꝝ vbi dicit. q̄ si posse sanari et posse egrotari sunt idẽ. ergo egritudo est sanitas. Similiter arguitur in ꝓposito. Si posse dealbari hac albedine et illa sunt idem. ergo hec et illa albedo sunt idem. Scd̄o q2 alias corruptum posset reparari idem numero p̄ naturam. quia q̄n hec forma corrumperetur cederet in eandem potẽtiam in qua p̄mo fuit. Alia est opinio Scoti in questionib9 sup̄ metha phisicaꝫ. q2 aut loquimur de formis intẽtionalibus aut realibus. Si de intentõnalibus cõceditur q̄ plures tales forme eiusdẽ speciei p̄nt simul esse in eodem. Si autẽ loquamur de formis realibus tunc distinguitur. q2 aut sunt forme respectiue aut absolute. Si respectiue ꝯceditur q̄ possunt esse plures forme in eodeꝫ. sicut patet q̄ in eodem patre sunt due paternitates ad duos filios. Si autem sunt forme absolute adhuc distinguitur. quia aut introducuntur p̄ motũ aut sine motu. si sine motu ꝯceditur q̄ plures forme possunt esse simul in eodem. sicut patet de diuersis speciebus in oculo et de diuersis luminaribus in medio sicut tangebant quedam argumenta. si aũt forme introducũtur p̄ motũ et agentia nõ agãt simul tunc dicitur q̄ plures forme eiusdem speciei nõ p̄nt esse simul in eodem. Cuius ratio est. quia motus non est nisi ꝓpter dispositiõem oppositam forme nature. sed si agens inueniat in mobili formam eiusdẽ speciei forme sue et non inueniet ipsum sub dispositiõe opposita. ergo nõ mouebit ipsum simpliciter vt inducat aliam formã sed augebit formã preexistentem in mobili. Ad argumẽtum p̄hi. ij. metha. dicitur q̄ autoritas p̄hi loquitur de formis introductis p̄ motum. Ad scd̄m dicitur q̄ receptiuum denudatur a forma recepti q̄n fit receptio p̄ motũ alias nõ. Aliter dicitur q̄ receptiuũ debꝫ denudari a forma recepti q̄n p̄ficitur scd̄m suam capacitatem. Nũc auteꝫ si in materia ponuntur distincte potentie numero tunc nulla forma p̄ficit materiã ipsam scd̄m totaꝫ ipsius capacitatẽ. Ad primũ argumentũ alterius p̄tis dantur multe solutiones. vna est posita in principio q̄stionis. Alia r̄nsio datur q̄ diuerse species in oculo nõ sunt in eadẽ p̄te oculi sꝫ in diuersis partibus. Aliter r̄ndetur ⁊ melius q̄ argumentũ non valet quia iste species nõ introducũtur p̄ motũ. Ad scd̄m ꝯceditur q̄

diuersa accidentia respectiua solo numero differētia pn̄t esse in eodem. Ad aliud de luminaribus dico q̄ nō valet. q2 non introducūt p motū. si aūt introducerētur p motū ꝯcedo q̄ agens nō imprimit formā nouam sed auget p̄existentez. Ad vltimū posset sustineri prima solutio q̄ illi duo calores facerēt vnum calorē cō positū. Cum dicit q̄ ex duob⁹ eque in actu nō fit tercium. dico q̄ illa ꝓpositio nō est vera generaliter. quia due gutte aque sunt eque in actu et tamē ex eis p̄t fieri vna tercia gutta aqua composita.

Secundo queritur. Vtruz in christo sunt due filiationes reales. Videtur q̄ non. q2 filiatio ꝯstituit filium. ergo vbi sunt due filiatōes ibi sunt duo filij. sed christus nō est duo filij. ergo. Preterea. Sācti ponūt q̄ nō est incarnatus p̄r nec sp̄ussanctus sed solus filius ne fieret ꝯfusio in ꝓprietatib⁹. sꝫ si in xp̄o essent due filiationes reales nō videretur vitari ꝯfusio in ꝓprietatibus. quia nō magis poneretur ibi vnica filiatio. ergo. Cōtra. Si p̄r esset incarnatus vere esset filius. sed nō esset filius filiatione eternali. g̃ est fili⁹ filiatōne tp̄ali. sed suppositū filij ita abstrahit ab omni creatura sicut suppositū patris. ergo similiter filius incarnatus est filiatione tp̄ali. et constat q̄ est filius filiatione eterna. lꝫ eternū aūt et tp̄ale ponūt in numerum. ergo.

Rn̄o. In ista questione sic ꝓcedam. primo recitabo vnā opinionē quam nō teneo. scd̄o quā teneo. tercio mouebo dubia. Quantū ad primū est vna opinio q̄ in christo nō sunt due filiationes reales quod ꝓbatur sic. Filiatio est suppositi nō nature. q2 licet natura sit nata non t̄n ꝯcedit̄ q̄ sit filius. sed in xp̄o est vnū suppositū ergo et vna filiatio t̄m. Preterea Si in xp̄o essent due filiatōnes. vna ad p̄rem. alia ad m̄rem. pari rōne et in quolibet filio essent due filiatōes reales qd̄ vid̄r inconueniēs. Preterea. duo accidētia eiusdem speciei non pn̄t esse in eodem subiecto. ergo nec due filiationes in eodē filio. ergo in xp̄o est t̄m vna filiatio. Cōtra istam opinionē obijcitur sic. In patre eterno nō obstāte vnitate suppositi ⁊ fundamēti ponūtur due reales relatōnes ꝓpter terminos realiter differentes sicut generatio actiua et spiratio actiua que sunt ad filium et spiritumsancū. sed hic sunt termini realiter differētes scꝫ pater et mater. ergo sunt ibi due relatōes reales. Cōfirmatur sic. vbi sunt duo fundamēta realia ⁊ duo termini reales ibi sunt due filiationes reales. sꝫ in christo sunt duo fundamēta realia scꝫ natura humana et diuina et ponūtur duo termini realiter differentes scꝫ pater ⁊ m̄r. ergo. Preterea. Actō est suppositi sicut relatō imo magis. q2 opari attribuitur supposito. sed nō obstāte vnitate suppositi ponūtur in xp̄o plures opatōes: ergo similiter plures filiatōnes vel relationes. Preterea. Causa ⁊ effectus sic se hn̄t q̄ qn̄ est relatio realis in cā p̄t etiā esse realis in effectu. sꝫ nō ecōuerso. sicut ptꝫ de deo ⁊ creatura. q̄ licet sit relatio creature realis ad deum nō t̄n est relatio realis dei ad creaturā. et ꝓ h̄ tāto est. quia effectus magis dependet a causa q̄

econuerso. s3 mater christi est causa
christi. et christus est effectus et con
stat ꝙ mater christi est realis mater
eius. ergo christus est realiter filius
eius. sed nō filiatōe eternali. ergo fi-
liatione tpali. et p ꝯsequens sunt ibi
due filiationes. quia tpale et eternū
ponūt in numerū. Ultimo sic. Si
natura assumpta a verbo dimitteret
statim ess3 psona sine aliquo absolu
to adueniēte et ille hō esset vere fili9
virginis mr̄is. Ex hoc arguitur sic
Nulla relatio pt de nouo aduenire
alicui nisi p aduentū alicuius abso-
luti. g cū nullū absolutū ponatur ad
uenire illi nature dimisse nec alteri
extremo id est virgini. tūc nulla rela
tio pt de nouo aduenire illi nature
dimisse. ergo cū tūc sit vere fili9 vir
ginis sequit ꝙ modo etiā sit vere fi
lius virginis et nō filiatione eterna
li. ergo tpali. Est ergo alia opinio
quā teneo que ponit duas ꝯclusio
nes. prima ꝙ in xp̄o alia filiatio est
ad prē3. alia ad mr̄e3. scda ꝙ vtraq3
est realis. Prima ꝯclusio pbatur
sic. Filiatio est habitudo pducti na-
turaliter sil'is pduceti in natura in-
tellectuali vel sensitiua. pticule hui9
descriptōnis declarātur sic. Filiatō
est habitudo pducti. q2 sicut pn̄itas
pducentis ita filiatio est habitudo
producti. Scdo additur ibi natura-
liter. q2 pter defectū huius pticule
spūssanctus nō est filius. Tercio ad
ditur. sil'is pduceti. q2 p hoc vermis
nō est filius hoīs. Quarto additur.
in natura intellectuali vel sensitiua.
q2 p hoc planta nō est filius plante.
sed nihil positū in ista descriptōe re
spicit primo et p se suppositū sed na
turā que ꝯmunicatur in generatōne
passiua. cum ergo in christo sint due
generationes passiue sc3 eterna ⁊ tē
poralis sequitur ꝙ in xp̄o sint due fi
liatōnes reales. Preterea. pt ista
opinio pbari p omnes rōnes factas
contra primam opinionē. Scda ꝯ-
clusio declaratur. ꝙ enī filiatio eter
na sit realis pt3. de tpali pbatur sic.
Illi relatio ē realis que exurgit ex
natura extremoꝝ sine actu intellcūs
s3 posita matre et supposito filio ha
bente naturam p generationem ne-
cessario exurgit filiatio nullo existē-
te opere intellectus vt ponit. Auicē
na. iiij. metha. ca. vltimo. ergo ista fi-
liatio est relatio realis. Ad argu-
menta aūt pcedentis opinionis rñ-
detur sic. Ad primū patet ex dictis.
ꝙ maior nō bñ accipitur cū dicitur.
ꝙ filiatio est suppositi. q2 filiatio est
habitudo pducti naturaliter sil'is p
duceti in natura intellectuali vl' sen
sitiua. Ad scdm dr dupliciter. Pri
mo scdm aliquos qui nō hñt p incō-
ueniente positū ꝯsequēs. q2 in quoli
bet filio est vna filiatio ad patre3 et
alia ad mr̄em. qd pbat sic. Mortua
mr̄e alicuius et remanēte patre cor-
rumpitur filiatio que est ad mr̄em et
nō corrūpitur illa que est ad prē3. er
go hec ⁊ illa nō sunt vna filiatō. Ali
ter dr ꝙ nō est sil'e de xp̄o et de alijs
filijs. quia in xp̄o sunt due nature et
due generatōes passiue. in alijs aūt
nō sic. quare nō valet. Ad tercium
dicitur dupliciter. Primo ꝙ antece
dens est falsum. quia sicut probatum
est in precedenti questione duo acci
dentia relatiua eiusdem speciei pos-
sunt stare simul in eodem. Secundo
dr ꝙ ꝯsequētia nō valet. q2 ille filia
tiones que ponūtur in xp̄o non sunt

eiusdem speciei nec eiusdez generis imo differunt plus ꝙ genere. cū altera illarum scz eterna siue diuina sit transcendens. De tercio articulo occurrūt duo dubia. Primū. Si illa filiatio est idem realiter suo fundamento. videtur ꝙ sic. q₂ relatio creature ad deum est eadem suo fundamēto. ergo et illa. Probatio ꝯsequētie. q₂ omēs cause efficientes habēt rōnem vnius cause. ergo sicut ibi est idemptitas relatōnis et fundamēti ita et hic. Dico oppositū ꝙ illa relatio nō est realiter idem suo fundamēto. q₂ que pñt ab inuicem separi non sunt idem realiter. sed ista pñt ab inuicem separi. ergo. Probatio minoris. Quia deus potuisset illā naturā p se assumere. potuit etiam nasci de alia matre. pt etiā illam matrez anihilare ⁊ tūc remaneret natura et nō filiatio. Ad argumentuz ꝓ dubio dico ꝙ nihil valet. quia relatio creature ad deuz est essentialissima ⁊ nō pt creatura manere sine illo respcū. illa aūt relatio est accidētalis. q₂ pt natura manere relatōne nō manēte Scdm dubium est. Si generaliter loquēdo quelibet relatio creature ad creaturā sit eadem suo fundamēto. Quid aūt sit ad hoc dicendū patet libro scdo. distinct. j. q. iiij. Ad primum principale qñ dicitur. vbi sunt multe filiatōnes ibi sunt multe filij nego istam. quia sicut alias dictum est. ꝯcreta nō plurificantur nisi plurificentur tā forma ꝙ supposita. hic aūt nō plurificantur supposita. Sic enī in christo ponūtur due voluntates nō tñ dicimus ꝙ christus sit duo volētes. Ad scdm dico ꝙ si pater fuisset incarnatus confusio fuisset in ꝓprietatibus. quia idem fuisset pater et filius. s₃ si in christo ponūtur due filiatōes reales non sequitur ꝓpter hoc ꝯfusio in ꝓprietatibus. q₂ idē est filius in vtraqꝫ filiatione prius dicta.

Preterea inuestigari oportet. In ista nona distinctōe tractat Magister de adoratōe et reuerentijs que dicūtur latria dulia yperdulia. Ideo anteꝙ moueaz questionē declarabo quid intelligā p latriam duliam yperduliā. Et dico ꝙ latria inqnantū virtus est habitus inclinās hoīem ad exhibendum obsequiū debitum deo in recognitionem vniuersalis dominij. Dulia vero est habitus inclinās hoīem ad exhibendum obsequium hoībus ad honorem debitū. Yperdulia vero est obsequium quod debetur psonis excellentibus vt christo et beate virgini. His premissis quero. Utrum latria debeatur christo scdm naturam humanā. Videtur ꝙ nō. quia latria est obsequiū soli deo debitū in recognitionem vniuersalis dominij. sed christus non habet vniuersale dominium fm humanā naturaz. ergo sibi nō debetur latria fm naturā humanam. Preterea. latria nō debetur creature. sed christus fm naturā humanā est creatura. ergo. Preterea glosa. sup illud ps. Adorate scabellū pedū eius. nō inquit illa adoratōne q latria est. In ꝯtrariū est Magister in lrā. In ista questione pmo premittā vnā distinctōz. scdo dicam ad questionē. Quantū ad primuz dico ꝙ adoratio ē duplex. s. adoratō

Imago gloriose virginis a sancto Luca depicta Rome ad sanctam Mariam de Araceli in domo fratrum minorum

per se et adoratio per accidens. Item adoratio per se distinguitur. quia est adoratio per se et propter se. et est adoratio per se et non propter se sed propter aliud. puta quando adoratum est alteri unitum. Ista distinctione premissa, dico ad questionem quod adoratio per se et propter se que dicitur latria competit soli deo et trinitati. quia solus deus est ultimus finis per se et propter se adorandus. Si autem loquamur de adoratione per se et non propter se sed propter aliud. tunc ista competit nature humane in christo que est unita deo. Ista autem natura sic deo unita potest tripliciter accipi. Uno modo inquantum substantiuatur supposito diuino. Alio modo inquantum est unita diuinitati. Tercio modo inquantum unitur deo per dona gratuita. Si accipitur primo modo tunc debetur sibi latria. si autem accipiatur secundo modo tunc debetur sibi yperdulia. si tercio modo tunc debetur sibi dulia. Sed tunc restat dubium de aliis sanctis qui sunt coniuncti deo solum per dona gratuita qua adoratione debeant adorari. Dico generaliter loquendo non faciendo mentionem de virgine. quia de ea erit specialis sermo inferius ipsi sunt adorandi adoratione dulie. cuius ratio est. quia sunt pure creature. Si autem loquamur de adoratione per accidens. Dico quod illa potest fieri quantum ad propositum spectat quinque modis. primo ratione significationis. secundo ratione imitationis vel representationis. tercio ratione continentie. quarto ratione contractationis. quinto ratione naturalis determinationis. Primo ergo modo fit adoratio per accidens ratione significationis. et sic adorantur sacramenta. quia sunt signa sacre rei et verba sancti euangelii que sunt signa sanctitatis. Secundo dico quod fit adoratio per accidens ratione imitationis vel representationis. et isto modo adorantur imagines sanctorum et specialiter ut quidam doctor dicit. imago beate virginis quam depinxit sanctus Lucas que est ad sanctam Mariam de ara celi rome in domo fratrum minorum. Tercio dico quod fit adoratio per accidens ratione continentie. et isto modo adoratur cultu latrie columba spiritussanctus que descendit super christum. sic etiam adoratur adoratione yperdulie species que sunt in sacramento altaris siue in eucharistia. Quarto dico quod fit adoratio per accidens ratione contractationis. et hoc modo adoratur virgo beata adoratione yperdulie que specialissime contractauit corpus christi. Sic etiam adoratur crux sanctissima in qua christus pependit et eam suo sanguine adornauit. Aliqui tamen dicunt quod crux est adoranda adoratione latrie. quod non credo sicut alii dicunt. sed est adoranda adoratione yperdulie sicut camisia vel alia eius indumenta. Quinto fit adoratio per accidens ratione naturalis determinationis vel complexionis. et sic adorantur membra sanctorum et cadauera ipsorum. quia sicut alias ostensum fuit in secundo libro oportet in homine ponere aliam formam substantialem preter animam intellectiuam que forma remanet post separationem anime intellectiue et est extensa in subiecto et potest diuidi secundum diuisionem subiecti. Ad tria argumenta principalia que habent eandem vim patet ex dictis quod humanitati christi debetur latria non quidem ut in se accipitur vel ut deo per dona gratuita unitur sed ut in supposito diuino substantificatur.

Volet etiam a quibusdaz queri. Circa distinctionē .x. queritur primo. Vtruz christus scđm q͂ homo sit persona. Videtur q͂ sic. quia quod ꝯuenit omni suppo/sito alicuius nature ꝯpetit ei ratio/ne nature. Exemplum de risibilitate que competit homini ratione natu/re. sed esse ꝑsonam ꝯpetit omni sup/posito. ergo competit ei ratōe natu/re. sed in christo est natura humana. ergo christus ſm q͂ homo est ꝑsona.

Preterea. christus non est homo nisi quia iste homo. sed iste homo ne cessario est ꝑsona. ergo. Preterea Boeci⁹ in libro de trini. dicit. ꝑsona est rationalis nature indiuidua sub stantia. ergo. Contra. si christus ſm q͂ homo esset ꝑsona tunc in chri sto essent due ꝑsone. ꝫ hoc est falsum ergo. Quia in ista questione poni tur terminus reduplicatiuus cū di/citur scđm q͂ homo vel inquantum homo. Ideo primo oportet videre aliqua de reduplicatione. secūdo di cetur ad questionem. Quantū ad primum sunt tria declaranda. Pri/mo quot sunt genera reduplicatio/num. Et dico q͂ quatuor scđm qua/tuor genera causarum. Aliquando enim fit reduplicatio ſm causam ef/ficientem. Exemplū. vt cum dicitur sortes et plato in eo q͂ sunt albi sūt similes. Aliqū ſm causam materialē vt cum dicitur corpus organicū phi sicum. in eo q͂ organicum phisicū est ꝑfectibile ab anima ratōnali. Aliqū fit per causam formalē. vt cum dicit᷑ anima inquantum anima est ꝑfectio corpis organici phisici. Aliquando vero fit reduplicatio secundum cau sam finalem. vt cum dicitur. sanitas in eo q͂ sanitas est finis medicine.

Secundo est videndum cui est ap ponenda reduplicatio in ꝓpositione subiecto vel predicato. Et dico q͂ ē apponenda subiecto. quia subiectuz est causa predicati. vnde nō bene di citur homo est animal. inquantum animal. sed debet dici. homo est ani mal inquantum homo. similiter tri/angulus in eo q͂ triangulus habet tres angulos. ꝛc̄. Tercio est vidē dum cui apponenda est reduplicatio in sylogismo si ad maiorem extremi tatē vel minorē vel ad mediuz. Et di co q͂ est apponenda ad maiorē extre mitatem. sicut patet per pħm in pri oribus. et exemplum suum est ibidez istud. Cuiuslibet boni est disciplina in eo q͂ bonuz. sed omnis iusticia est bona. ergo cuiuslibet iusticie est di/sciplina in eo q͂ bonum. Est autez diligenter notanduz ꝓpter dicenda q͂ ꝓpositio in qua ponitur natura re duplicationis potest distingui ex eo q͂ natura reduplicationis potest te neri positiue vel priuatiue. et si tene tur positiue vlterius est oratio mul/tiplex ex eo q͂ dictio reduplicatiua potest teneri specificatiue vel redu/plicatiue. Si tenetur reduplicatiue hoc est dupliciter. quia reduplicatō aliquando dicit concomitantiaz. vt cum dicitur. lac in eo q͂ lac est dulce Aliquando vero dicit formalem ra/tionem inherentie predicati ad sub/iectum. Exemplum. vt cum dicitur. lac in eo q͂ est album disgregat.

Quantum ad scđm articulum dico tres ꝯclusiones. Prima q͂ illa ꝓpo/sitō. Christus ſm q͂ homo est ꝑsona.

non est simpliciter vera sed est distin
guenda. et distinguitur dupliciter.
Primo modo sic. Illa reduplicatõ
in eo ꝙ homo. aut dicit concomitan
tiam. et tunc ꝓpositio est vera sub h̄
sensu. Christus inquantuȝ homo est
p̄sona. id est. Christus qui est homo
per concomitantiam suppositi diui-
ni est persona. Alio modo illa redu-
plicatio potest dicere causam inhe-
rentie predicati ad subiectum. et sic
illa ꝓpositio. Christus inquantũ ho
mo est p̄sona. est falsa. qꝛ esse homi-
nem nõ est christo causa essendi per-
sonam. Secundo modo distinguitur
illa ꝓpositio sic cum dicitur. Cristus
in eo ꝙ homo. aut respicit aptitudi-
nem aut actum. Si respicit aptitudi
nem tunc ꝓpositio est vera. quia si il-
le homo dimitteretur a deo remane-
ret p̄sona. Si autem respicit actum.
tunc ꝓpositio est falsa. quia christus
secundum ꝙ homo non est persona
sed secundum ꝙ deus. Secunda
conclusio est ista scilicet ꝙ hec ꝓposi
tio. Christus sc̄dm ꝙ homo est deus
nõ est simpliciter vera sed est distin-
guenda. et distinguitur sicut distin-
guitur precedens. Primo. quia ista
reduplicatõ in eo ꝙ homo. aut dicit
concomitantiã. et tunc est vera. aut
formalem rationem inherentie pre
dicati ad subiectum. et tunc est fal-
sa. quia esse hominẽ non est causa es-
sendi deum. Tercia conclusio est
ista ꝙ ista ꝓpositio. Christus secun-
dum ꝙ homo est indiuiduum. nõ est
simplicit̄ vera ſȝ est distinguẽda. qꝛ
vno modo dicitur indiuiduuȝ quod
est indiuisum in se et diuisum a quo-
libet alio nõ habendo respectum ad
subsistentiam sed ad vnionez anime
et corporis. et sic propositio est ve-
ra. Secundo modo dicitur indiuidu
um vt dicit indiuisum in se ⁊ diuisuȝ
a quolibet alio habendo respectum
ad subsistentiam. et tunc propositio
est falsa. quia christus secundum ꝙ
homo non est indiuiduum. quia lꝭ se
cundum ꝙ homo reduplicat causam
formalẽ inherentie predicati ad sub
iectuȝ. Ad primũ principale quã-
do dicitur hec competit cuilibet sup
posito nature. ergo competit ei rati
one nature. Dicitur ꝙ verum est se-
cundum aptitudinem et non secun-
dum actum. Ad secundum quan-
do dicitur. Iste homo est persona.
Dico ꝙ est distinguenda sicut fuit
distincta illa. Christus secundum ꝙ
homo est indiuiduum. Ad terciuȝ
dico ꝙ ista diffinitio persone quam
dat Boecius corrigitur a Richar-
do. libro suo de trinitate. quia tunc
anima separata esset persona. Vn-
de dicit Richardus. ꝙ p̄sona est in-
tellectualis nature indiuidua substã
tia. Christus autem secundum ꝙ ho
mo non est subsistens nisi inquantũ
subsistit in diuino supposito.

Secundo queritur. Vtruȝ
Christus sit filius dei ado
ptiuus. Videtur ꝙ sic. qꝛ
ille qui est filius dei ꝑ gra
tiã est filius dei adoptiuus. ſȝ xp̄us
habuit grãz. ergo. Preterea. Hy
larius primo de trinit. dicit. Pote-
statis dignitas non perditur dũ car-
nis humanitas adoptat̄. In con
trarium est Magister in litera.
Rñ°. In ista questione veritas est
certa. quia christus nõ est filius dei
adoptiuus sicut ponunt sancti. Vñ

Augustinus libro de ecclesiastic dogmatibus. Natus est secundum veritatem nature ex deo dei filius secundum veritatem nature ex homine hominis filius. vt non adoptione sed in vtraque natiuitate nomen filij nascendo haberet. Item Ambrosius in epistola ad Romanos. Legi et relegi scripturas Jesum filium dei de adoptione nunquam inueni. Item glosa in epistola ad Philippenses. Christus inquantum homo assumpsit nomen dei non per gratiam adoptionis sed per gratiam vnionis. Dubium tamen est si ista conclusio potest probari per aliquam efficacem rationem. Et videtur quod non. sic. quia probat eam Thomas parte tercia. questione. xxiij. articulo. iiij. sic. Filiatio est conditio suppositi vel persone. sed in christo est vnum suppositum seu persona et secundum illud suppositum est filius naturalis non adoptiuus. ergo christus non est filius dei adoptiuus. Sed hec ratio non valet. quia supponit falsum. vt patuit supra distinctione octaua. questione secunda. vbi dictum est quod filiatio est habitudo producti naturaliter similis producenti in natura intellectuali vel sensitiua. In qua descriptione nihil ponitur quod primo et per se aspiciat suppositum. Ideo probatur conclusio aliter sic. Adoptio est persone extranee non habentis ius in hereditatem. vnde filius naturalis non dicitur persona extranea. quia habet ius in hereditate. sed christus non est persona extranea sed habet ius in hereditate. ergo non est filius adoptiuus. Minor probatur dupliciter. primo sic. Ideo aliquis non habet ius in hereditate. quia fuit filius ire. sed christus nunquam fuit filius ire. ergo. Sed hec probatio forte non valet. quia beata virgo secundum illos qui ponunt non conceptam fuisse in originali peccato nunquam fuit filia ire et tamen conceditur filia adoptiua. Ideo probatur secundo illa minor sic. Qui habet ius in hereditate non est filius adoptiuus sed naturalis. sed christus ex vi vnionis nature humane ad verbum habebit ius in hereditate. ergo. Sed forte nec ista ratio concludit. quia vt patuit distinctione secunda. questione. ij. deus potuit assumere naturam irrationalem que non frueretur eo. ergo ex vi vnionis non habet in hereditate ius. Ad primum principale patet quod secundum diuersitatem istarum rationum oportet respondere. Ad secundum dico quod humanitas dicitur adoptari non ratione illius singularis nature que fuit assumpta a verbo in vnitate persone sed ratione consimilium. quia per illam vnionem adoptati sunt alij homines.

Vlet etiam queri.

Circa istam distinctionem. xj. queritur primo Vtrum hec sit vera. Christus est creatura. Videtur quod sic. quia in christo sunt natura diuina et humana ergo et proprietas naturarum. secundum Damascenum. Sed christus per naturam diuinam dicitur creator. ergo per naturam humanam dicitur creatura. Preterea. hec est vera. Christus est homo. aut ergo homo est creatus aut increatus. non increatus. quia tunc esset eternus. ergo creatus et per consequens creatura. Preterea. de

quocunq dicitur predicatum inferius de eodem dicitur predicatum superius per regulam in predicamentis. Quando alterum de altero predicatur etc. Sed creatura est predicatum superius ad hominem. ergo de quocunq predicatur homo predicatur et creatura. sed christus est homo. ergo. Preterea. pfectius denominatur pars formalis quam materialis. sed corpus in christo est materialis pars. anima vero est pars formalis. ergo pfectius denominatur anima quam corpus. sed christus secundum quod corpus dicitur natus. ergo secundum quod anima dicitur creatus. igitur xpus est creatura. Contra Ambrosius in libro de incarnatione. Quid pfidius dicere vel credere quam quod christus sit creatura. Item Augustinus in libro de religione christiana. Non audiamus eos qui dicunt quod christus est creatura. Item Hylarius in libro de synodo dicit. Damnamus heresim dicentem xpm esse creaturam. ergo. Preterea. p rationem omnis creatura rationalis potest dici filius adoptiuus. sed christus non est filius adoptiuus ex precedenti questione. ergo christus non est creatura.

In ista questione pretermissa opinione impijssimi Arrij dicentis xpm esse puram creaturam. Sunt autem ad presens duo articuli secundum duas opiniones. Una dicit quod illa est falsa christus est creatura. quia communicatio ideomatum non fit in illis vbi est repugnantia proprietatis vnius nature ad alteram. Sed dicendo christus est creatura. est repugnantia proprietatis vnius nature ad alteram. ergo non est vera ista. Christus est creatura. Minor pbatur. quia eternitas est proprietas diuine nature. creatura autem ponit inceptum esse quod repugnat eternitati. Contra hoc obijcitur sic. Non plus repugnat nature esse post non esse quam non esse post esse. quia vtrunq repugnat eternitati. Sed de Christo conceditur non esse post esse. quia conceditur mortuus et mors dicit non esse. quia viuere viuentibus est esse. secundo de anima. ergo non repugnat Christo vt dicatur de eo esse post non esse. Preterea. mortale et immortale ita formaliter opponuntur sicut creatum et increatum. Sed christus vere dicitur mortalis et immortalis propter naturas diuersas. ergo similiter potest dici creatus et increatus.

Alia opinio est quod ista propositio est simpliciter concedenda si bene intelligatur. Negatur tamen sub illo intellectu quo accipiebant heretici Arriani dicentes. Christum esse puram creaturam. quod autem illa propositio absolute loquendo de virtute sermonis sit concedi. pbatur per dicta sanctorum. dicit enim Leo papa in sermone. Noua et inaudita conuentio deus qui est et qui erat fit creatura. Item Damasce. libro tercio dicit sic. Christus creatus et increatus passibilis et impassibilis. Item Augustinus in sermone de natiuitate. Voluit esse creatura qui est creator. Item Hieronimus in epistola ad ephe. Nos libere proclamamus non esse periculum dicere Christum esse puram creaturam. Potest etiam illa opinio confirmari per quatuor rationes factas ad principale in principio questionis. Verumtamen. quia doctores theologi noluerunt

habere ꝓpositiones communes cum hereticis. Ideo ꝯuenienter potest teneri prima opinio propter istã rationem que dicit creari est quoddaꝫ fieri. ita ꝙ vltra fieri in ꝯmuni ipm creari dicit quendam respectum ad causam efficientem simpliciter primam. dicit etiam quendam respectũ ad non esse ꝑcedens tam ad non esse negatiue ꝙ priuatiue sumptũ. Ex his arguitur sic. Nihil dicitur creatura nisi quod habuit simpliciter nõ esse ante suum esse. Sed christus nõ habuit simpliciter non esse ante suũ esse. quia eius suppositum est eternũ. ergo christus nõ est creatura. Cõfirmatur. quia de ratione creature est ꝙ sit simpliciter de nihilo ⁊ ꝙ habeat esse post non esse. et hoc repugñt christo cum sit eternus. ergo cristus non est creatura. Istam opinionem tenendo dico ad primum principale. Q2 id qd̃ natum est denominare suppositum ratione nature potest dici de illo supposito puta viuere intelligere. Quod autem non est natũ denominare illud suppositum nõ potest dici de eo quia creatio passio nõ est natum denominare suppositū diuinum. igitur non dicitur de eo.

Ad secundum dicitur concessa maiore ꝓpositione dicitur ꝙ diuisio est insufficiens. quia licꝫ illa diuisio sit vera de omni natura in se. non tamen est vera de natura que implicat suppositum cui repugnat sic denominari. Natura autem humana est in supposito diuino cui supposito repugnat denominari a creatõe passiua. Ad tercium dicitur ꝙ omnis quidditas in abstracto cuiuscunqꝫ generis habet pro superiori creaturam. sed nõ omne concretuꝫ habet ꝓ suo superiori creaturã in sua denoĩatõne. ſꝫ hoc tñ verũ est de eo cuius primũ esse fuit simpliciter nihil. sed primum esse christi non fuit nihil. ideo non denominatur a creatura. Ad quartum dico ꝙ nõ est simile de esse genito et de esse creato. q2 esse genitũ natũ est denoĩare totum rõne nature. creatura aũt vel esse creatũ nõ natũ est denoĩare totum rõne nature. q2 nõ denominat suppositū diuinum.

Secundo queritur. Utruꝫ hec sit vera. Christus incepit esse. Uidetur ꝙ sic. q2 qd̃ generatur incepit esse. ꝑ eo ꝙ generare terminatur ad esse. ex. v. phisicoꝝ. sed christus generatꝰ. ergo. Contra. qd̃ fuit semꝑ nõ incepit esse. sed christus fuit semper. vt ipse ait. Ioh. viij. Anteqꝫ Abraam fieret ego sum. Rñ°. In ista questione sunt multi modi dicẽdi. vnus Thome pte. iij. q. xvj. ar. ix. et colliguntur inde due rõnes. Una est ista Terminus in subiecto positus stat ꝓ supposito vel ꝑsona. ſꝫ dicere ꝙ suppositum incepit esse est falsum. ergo simpliciter falsuꝫ est dicere christus incepit esse. Contra. ex eadem ratione sequitur ꝙ ista sit falsa. Christus est mortuus. quia terminus in subiecto positus stat ꝓ supposito. Sꝫ falsum est dicere suppositū diuinum est mortuum. ergo similiter si ratio tua valet falsum est dicere. Christus est mortuus. qd̃ est ꝯtra symbolum. Alia ratio ponitur ibi talis. Illud non vere dicitur de christo qd̃ repugnat ꝓprietatibus diuinis. Sed inci-

pere esse repugnat proprietatibus diuine nature cum natura diuina sit eterna. ergo non bene dicitur. Christus incepit esse. Contra. ex eadem ratione sequitur quod ista est falsa. Cristus est mortuus. quia illud non vere dicitur de christo quod repugnat proprietatibus diuine nature et cetera. Sed mors repugnat proprietatibus diuine nature. ergo non vere dicitur. Christus est mortuus. quod est falsum. ideo modus Thome nullus. Ideo est alius modus dicendi talis. quod quando in vno supposito sunt plures nature et ab vna suppositum habet esse ab altera vero non habet esse. tunc quicquid dicitur de natura a qua habet esse dicitur etiam de supposito. Si autem dicitur aliquid de natura a qua non habet esse tunc non oportet quod dicatur de supposito. Sed in supposito cristi sunt due nature diuina scilicet et humana. A diuina autem habet esse. Ab humana vero non. Si ergo aliquid dicitur de natura humana non propter hoc oportet quod dicatur de supposito. Sed cum dicitur christus incepit esse. hoc intelligitur de natura humana. ergo non oportet quod intelligatur de supposito. Ideo propositio est distinguenda. quia aut li incipere esse intelligitur de diuina natura. et tunc propositio est falsa. Aut intelligitur de natura humana et tunc est vera. Alius modus dicendi est quod ista propositio est distinguenda. quia potest considerari vel ex parte subiecti vel ex parte predicati ex parte subiecti considerantur duo scilicet natura et persona. Si autem accipiatur in subiecto natura humana tunc propositio est vera. Si autem accipiatur persona tunc est distinguenda. quia vel absolute et tunc est falsa. vel ratione nature assumpte et tunc est vera sub hoc sensu. Christus incepit esse. id est habet aliquod esse quod prius non habuit. Et ex his duobus modis vltimis dicendi patet ad argumenta principalia.

Volet etiam queri. Circa istam distinctionem duodecimam queritur primo. Vtrum Cristus potuit peccare. Et videtur quod sic. quia Johannis octavo. Si dixero quia non noui eum ero similis vobis mendax. Sed christus potuit dicere. non noui eum. ergo potuit mentiri et per consequens peccare. Probatio minoris. quia qui dicit totam orationem potest dicere partem orationis. Sed christus dixit totum illud allegatum in Johanne. ergo potuit dicere hanc partem non noui eum. Preterea. Augustinus in libro de libero arbitrio. Perfectior est natura que potest peccare quam que non potest peccare. Sed christus habuit naturam perfectissimam. Preterea. eadem est facultas ad merendum et demerendum. sed christus potuit mereri. ergo et demereri et per consequens peccare. Contra. Christus est deus ergo non potuit peccare. Preterea. Si potuit peccare potuit damnari. Sed christus non potuit damnari. ergo et cetera. Respondeo In ista questione sunt duo articuli.

Primus si deus potest facere creaturam rõnalē impeccabilē p naturā Secundus si christus potuit peccare. Primus articulus patet libro. ij distinct. xxiij. questione. j. De secundo scz si christus potuit peccare. Dico ꝙ de xp̄o possumus loqui dupliciter. q2 aut inquantum deus aut rõne nature assumpte. Si loquamur de xp̄o inquantum deus patet ꝙ nõ p̄t peccare. q2 in deo nulla cadit obliquitas. Si aūt loquimur de xp̄o ratione nature assumpte hoc p̄t esse dupliciter. q2 aut rõe nature assumpte eo modo quo assumpta est de facto. aut rõne nature assumpte eo mõ quo potuit assumi. Si loquimur de xp̄o illo vltimo modo illi qui dicūt ꝙ ex vi vnionis nõ necessario sequitur fruitio. Si christo nõ fuisset collata summa gr̄a hñt dicere ꝙ christus potuit peccare. Si aūt loquamur de christo rõne nature assumpte eo mõ quo assumpta est de facto planuz est per om̄es ꝙ nõ p̄t peccare. Et hoc ꝓbatur rõne gratie cõfirmate et rõne glorie ꝯsummate. Ex p̄te gratie ꝓbatur sic. Confirmatus in gr̄a p̄t deuiare vel peccare. sed christus fuit confirmatus in gratia. ergo. Ex p̄te glorie ꝓbatur sic. Voluntas immersa obiecto beatifico p fruitōem non p̄t deuiare vel peccare. sed volūtas xp̄i est pfecte immersa obiecto beatifico ergo. Aliqui aliter ꝓbant istaz cõclusionem sic. Actõnes sunt suppositorum. sed suppositū diuinū qd est in christo nõ p̄t peccare. ergo christus nõ p̄t peccare Preterea. actio nõ attribuitur agēti instrumētali. imo attribuitur agenti principali. sed in actionibus xp̄i natura est instrumentum p Damascenū libro. iij. ergo talis actio peccandi attribuitur deo. sed deus nõ potest peccare. ergo nec christus. Iste rões nõ valēt. Prima nõ. q2 cum dr̄ ꝙ actões sunt suppositorum verū est in rõne agentis. s3 nõ est verū in rõe agendi. q2 in rõe agendi sunt nature et attribuuntur supposito p naturā. vn̄ queadmodū christus moriebatur rõne nature humane. ita attribueretur ei ratio peccandi rõne nature humane. Similr ratõ scd̄a nõ valet. q2 equiuocat de instrumēto. q2 quoddā est instrumētū inaīatū et quoddā animatū. Q. d̄ aūt dicitur verū est de instrumēto inanimato. non aūt verū est de instrumento aīato sicut est voluntas libera. Nūc aūt in christo natura se habet vt instrumentū aīatum ⁊ non inanimatū. Ad primum principale dico. ꝙ aliter est dicere orationē et aliud asserere orationē tanq̄ veram Christus aūt potuit dicere illā orationem sed non poterat illā asserere tanq̄ veram. q2 non poterat mentiri. Ad scd̄m dico. ꝙ natura quam assumpsit de se erat peccabilis. s3 q2 habebat pfectā grām et ꝯfirmatõez in gratia et de facto perfectam gloriam. ideo non poterat peccare.

Ad tercium dico ꝙ hoc dispensatiue factum est in christo. quia simul fuit viator et cõprehensor. Et quia fuit viator potuit mereri. non tamē sequitur ꝙ potuerit demereri. tum quia cõfirmatus in gratia. tum quia erat in perfecta gloria.

Secundo queritur. Utrum deus potuit aliunde assumere hoiem q̄ de genere illius ade. Et videt q̄ sic. quia morbus ⁊ medicina debēt esse alterius nature. Sed christus fm naturaz assumptā fuit medicina filioꝝ ade. ergo debuit esse alterius nature ab eis. Contra. ad hebre. ij. Qui sanctificat et sanctificat ex vno sunt oēs. Sz qui sanctificat est cristus. qui aūt sanctificāt sūt filij ade. ergo cristus ⁊ alij hoīes sunt ex vno scȝ ex adam. Rn̄o. ad questionē dico quatuoꝛ ꝯclusiones. Prima est q̄ deus potuit aliunde assumere hoīez q̄ de genere illius ade. hec ꝯclusio pbatur p mgr̄m in lr̄a et p Aug. xiij. de trinitate. qui sic ait. Poterat aliunde deus suscipe in quo essȝ mediatoꝛ dei et hoīm q̄ de genere illius ade. qui peccato suo obligauit genus humanū sicut seipsūz quē primo creauit nō de genere alicuius creauit. Scd̄a ꝯclusio est q̄ ꝯgruū fuit q̄ deus assumeret hoīem de genere illius ade. Hec ꝯclusio declaratur sic. Cōgruū est vt p̄uaricatoꝛ ⁊ sanctificatoꝛ sint eiusdē generis. sed christus vel homo assumpt⁹ est sanctificatoꝛ adā aūt et filij ei⁹ sunt p̄uaricatores ergo congruū fuit vt de⁹ assumeret hoīem de genere illi⁹ ade. Tercia ꝯclusio est q̄ deus nō debuit assumere illum hominez qui dictus est adā. quia ille qui debet oēs peccatores iudicare non debȝ esse peccatoꝛ. sed ille homo assumptus debet oēs homines iudicare. ergo nō debuit esse peccatoꝛ. Sed adam erat peccatoꝛ. ergo non debuit adam assumere. Quarta ꝯclusio. q̄ deus debuit assumere hominem in sexu virili non femineo. sicut patet per magistrum in litera. et probatur per Aug⁹. lxxxiij. questionum. Et preterea. congruum est vt deus assumat hominez qui habeat auctoritatez in presidendo. sed habens auctoritatem in presidēdo est vir et non mulier. quia secundum Apostolum vir est caput mulieris. ergo debuit assumere viruz ⁊ nō mulierem. Ad principale argmentum dico. q̄ moꝛb⁹ et medicina sunt alterius nature non simpliciter sed quantum ad efficaciam et virtutem. et sic est hic. q2 christus est sine peccato. filij autez ade cum peccato.

Preterea sciendum. Circa distinctōem tredecimā querit̄. Utrū anime christi fuerit collata summa gratia. Videtur q̄ non quia nobilioꝛi perfectibili debetur nobilioꝛ perfectio. sed angelus est pfectioꝛ et nobilioꝛ q̄ anima. ergo debetur sibi nobilioꝛ pfectio siue gr̄a. Sed angelo non est collata summa gratia. ergo aīe christi non fuit collata summa gratia. Preterea illud quod est summum hoc est infinitum. sed gratia christi non fuit infinita. ergo. Preterea ita potest incarnari pater sicut filius et daretur illi homini assumpto a patre equalis gratia gratie christi. ergo gr̄a christi non est summa. Preterea p dictum magistri allegantis verbū Luce. ij. scriptum. Jhesus proficiebat etate et sapientia. quod non esset verum si ei fuisset collata summa gratia. ergo. Cōtra. Johānis tercio

dicitur. Non enim datus est ei spiri
tus ad mensuram. ergo habuit sum/
mam gratiam. In ista questione
sunt duo articuli. Primus si est dare
summam gratiã. Secundus si est aĩe
christi collata summa gratia. Ad
euidentiam primi articuli est notan
dum. q̷ summum dicitur dupliciter
scilicz positiue et negatiue. Dicitur
enim summuz positiue quod excedit
omne aliud. et sic dicitur. vij. topico
rum. quod per superabundantiã di/
citur vni soli conuenit. Summuz au
tem negatiue dicitur quod non po/
test ab alio excedi. et sic dicuntur ge
nera generalissima quedam summa
quia non habent superueniens gen⁹
Queritur igitur in isto articulo si ẽ
dare summam gratiam negatiue. sci
licet qua maior creari nõ possit. Et
hic sunt due opiniones. Vna dicit
q̷ non. quod probatur sic. Si essz da
re summam gratiam qua maior cre/
ari non possit. aut hoc esset ex parte
sui aut ex parte efficiẽtis aut ex par
te subiecti. Non primo modo. quia
ipsa est quedam participatio diuini
esse quod esse potest ꝑticipari in infi
nitum. Nec etiam secundo modo. q̷
efficiens est potentie infinite. Nec
etiam tercio modo. quia subiectum
quanto plus recipit de gratia tanto
plus augetur eius capacitas. Pre
terea. illud potest alteri addi quod
non repugnat nec ex parte ei⁹ quod
additur. nec ex parte eius cui addi/
tur. Sed gradum forme esse augmẽ/
tabilem non repugnat sibi nec ex ꝑ/
te eius cui additur nec ex parte eius
quod additur. q̷ iste gradus est eius
dem rationis cum forma que auge/
tur. ergo ꝛc. Preterea. non minus
repugnat nature infinitas extensiua
q̃z intensiua. Sed augmentatio extẽ
siua in natura est possibilis in infini
tum. ergo et intensiua. Minor pa/
tet. exceptis enim duabus magnitu/
dinibus. vna potest alteri apponi in
infinitum per partes eiusdem pro/
portionis. ex tercio phisicorum.
Preterea. quod non determinat
sibi formam quantitatis non deter/
minat sibi gradum forme. sed nulla
forma nec substantialis nec acciden
talis determinat sibi quantitatem.
ergo nec graduz quantitatis. et per
consequens potest augeri in infini/
tum. Probatio minoris. Nihil de/
terminat sibi quantitatem quod po
test absolui a quantitate. sed omnis
forma potest absolui a quantitate ꝑ
potentiam diuinam. ergo ꝛc. Alia
opinio est que dicit q̄d est dare sum
mam gratiã in tali termino qua ma
ior creari non potest. Quod declara
tur sic. Accepta aliqua gratia deter
minata siue finita puta A. tunc que/
ro ascendendo. aut est status ad ali/
quam summam gratiam aut non. Si
sic habetur propositum. Si non tũc
sequitur q̷ quanto aliqua gratia ex
cedit A. tanto est perfectior. ergo il
la que in infinitum excedit est perfe
ctior in infinitum. Ista autem per
se videtur ab intellectu diuino sicut
vnum creabile. ergo potest per se cre
ari gratia infinita. quia quod potest
per se intelligi potest ꝑ se fieri a deo
secundum eos. Preterea. Quan
to aliquid est in potentia tanto po/
test esse in actu per philosophum et
commentatorem tercio phisicorum.
Sed non contingit accipere aliquaz
formam infinitũ in actu. ergo nec in

potentia. cuius contrarium esset si forma posset augeri in infinitum.

Preterea. que sunt dissimilia dissimiles habent processus. Sed materiale et formale sunt dissimilia. ergo habēt dissimiles ꝓcessus. Sed processus ad materiale per diuisionem est in infinitum. ergo processus ad formam per appositionem est ad terminum. Preterea. appetitus naturalis nō est frustra. sed si esset quelibet forma augmentabilis in infinitum tunc appetitus naturalis essz frustra. quia nō potest attingere suum terminum. Preterea. philosophus tercio phisicorum dicit ꝙ numerus est augmentabilis in infinitum. quia itur ad materiam non autem diuisibilis in infinitū. quia itur ad formam. ergo secundum eos informis est status. Idem dicit secundo de anima. ꝙ omnium natura constantium certus et determinatus est numerus magnitudinis et augmenti. Et primo de generatione. ꝙ res animate aluntur semper. augentur autem non semper. Tenendo autem istam opinionem. Ad primuz alterius opinionis dico ꝙ non valet. quia tunc om̄is entitas cum sit participatiua entitatis diuine possz augeri in infinitum. quod non est verisimile. Similiter capacitas non potest augeri in infinitum. sed vsqꝫ ad certum terminum. Ad secundum dico ꝙ omnis forma infra suam naturam et speciem habet determinatos gradus ⁊ semper vnus potest alteri addi quoadusqꝫ deueniatur ad vltimum. Cum autem deductum fuerit ad vltimum gradum alius non potest addi quin varietur forma et species. Ad tercium dico ꝙ non est simile de infinitate intensiua et extensiua. quia in infinitate extensiua accipiuntur partes materiales. in quibus contingit processus in infinitum. In infinitate autem intensiua accipiūtur partes formales in quibus est status. per philosophum tercio phisicorum. Ad quartum potest dici eodem modo. Tamen aliter pōt dici sic. Dato ꝙ forma substantialis et accidentalis non determinet sibi quantitatem nec gaudiuz quantitatis. tamen forma que realiter est qualitas sicut est gratia in sua natura habet determinatam quantitatem et graduz qualitatis. De secundo articulo dico sicut dicebatur in principio questionis. ꝙ summum dicitur dupliciter. scilicet positiue quia excedit omne aliud. et negatiue. quia non potest excedi ab alio. Primo modo dico ꝙ anime christi non fuit collata summa gratia. quia pater potest assumere vnuz hominem et potest sibi dare equalez gratiam gratie christi. Secundo modo dico ꝙ anime christi est collata summa gratia negatiue. quia secundum magistrum in litera tanta est illi anime collata gratia quia maior creari non potest. Ad primum principale dicitur ꝙ nobiliori perfectibili respondet nobilior perfectio loquendo de perfectionibus naturalibus. Sed loquendo de perfectionibus supernaturalibus que respiciunt potentiam obedientialem sicut est in ꝓposito de grā hoc nō oportet.

Ad scđm dico ꝙ summū negatiue nō est infinituz. dicitur enī summum illo modo ꝑ nō excedi ab alio et non

per excedere omne aliud. ¶ Ad tercium patet ex dictis in secundo articulo ¶ Ad quartũ respondet magister ꝙ dicebatur ꝓficere in grã non in se sed in aliis qui de eius gratia et sapientia ꝓficiebant et hoc ꝓbat ꝑ Gregorium in quadam omelia.

Hic queri opus est. Circa istam distinctionem decimamquartam queritur primo: Utrum intellectus anime christi possit oĩa videre in verbo que videt verbũ. Et videtur ꝙ sic. quia qđ potest maius potest et minus. sed intellectus anime christi pt videre essentiam diuinam que maior est ꝙ̃ ea que relucēt in ea. ergo pt videre omnia in verbo que videt verbum. ¶ Preterea. Augustinus. ij. de trini. dicit. ꝙ qui cognoscit patrem cognoscit et filium. q2 sunt vnũ. Sed magis sunt rõnes ydeales in deo ꝙ̃ ꝑsone. q2 inter ꝑsonas est distinctio realis. ergo cũ cristus videat vnam ydeam in deo poterit videre omnes. ¶ Preterea. magister dicit in lr̃a. ꝙ aĩa christi videt omnia que videt verbũ. ergo. ¶ Cõtra. intellectus finitus nõ pt videre infinita. sȝ intellectus aĩe christi est finitus et nõ pt videre infinita. Sed ea que videt verbũ sunt infinita. ergo. ¶ In ista questione sunt quatuor articuli scđm quatuor opiniones Una est thome que dicit. ꝙ aĩa christi nõ pt videre omnia que videt verbum. Quod declaratur sic. Quanto aliqua causa ꝑfectius videtur tanto plures effectus videtur in ea. Exemplum huius est ꝙ quanto aliquis ꝑfectius videt aliquod principium tãto plures ꝯclusiones videt ex principio. ideo videns omnes ꝯclusiones alicuius principii ꝯprehendit illud principium. ¶ Ex hoc arguitur sic. Si intellectus anime christi videret oĩa que videt verbũ tũc ꝯprehenderet verbum sicut videns oẽs ꝯclusiones principii ꝯprehendit principium. sȝ nullus intellectus creatus pt ꝯprehendere verbũ. ergo nullus intellectus creatus pt videre oĩa que videt verbũ ¶ Ulterius distinguũt isti in deo duplicem scientiã. Una dicitur scientia simplicis noticie et respicit tam ea que sunt ꝙ ea que esse pñt. Alia dicitur scientia visionis. et ista respicit tm̃ ea que sunt. Si ergo fiat questio de scientia visionis. sic anima christi videt oĩa que videt verbũ. quia illa sunt finita et finita pñt sciri a virtute finita. igitur. Si autem fiat questio de noticia simplicis noticie tunc dicunt ꝙ aĩa christi non videt omnia que videt verbum. quia illa scientia respicit possibilia que sunt infinita. Infinita aũt non pñt videri a virtute finita. Et etiam sicut supra arguebat aĩa christi comprehenderet verbũ. que oĩa sunt falsa. ¶ Contra istam opinionẽ obiicitur sic. Dato ꝙ A cõtineat B et C ordinate. ita ꝙ B sit tota ratio respectu ipsius C. si intellectus B nõ ꝯprehendit A multo magis intellectus C nõ ꝯprehēdit A. Uel ꝑ alia verba clariora. accipiatur subiectũ et passio ꝓpinqua et passio remota. Si passio ꝓpinqua non cõprehendit subiectũ sequitur nec passio remota Sed respectu dei esse infinitũ intensiue et esse in quo infinita possibilia

relucent, se habet ordinate. ita q qr est infinitus intensiue ideo infinita possibilia relucent in eo, sed bene vident infinituz intensiue, nec pter h ipm zprehendunt. ergo nō sequitur q si aliquis videt omnia que relucēt in eo q ipm zprehendat. ¶ Itē cōtra distinctionē qua soluitur questō arguitur sic. Possibile est q anima christi videat aliquod possibile futurum puta aīam antichristi creandā. ergo non ponitur precise terminus in cognitōe coꝝ que deus nouit sciētia visionis scōm distinctōem superius tactam. ¶ Alia est opinio Henrici de gādauo. q aīa christi cognoscit omnia facta et fienda, non quidē cognitōne actuali sed habituali. vñ quemadmodū ponitur visio actualis et habitualis, ita aīa christi videt oīa que videt verbum non quidem actualiter. sed habitualiter per habitum anime Christi concreatum. ¶ Quod declaratur sic. Virtus finita distinctius videt duo q tria et tria q quinqz. ergo min⁹ distincte videt mille q centū. Sed aīa christi habet virtutem finitā. ergo minus distincte videt omnia q aliqua. sed illa est cognitio habitualis. ergo. ¶ Preterea. Infinitas extensiua presupponit infinitatē intensiuam p zmentatorem in tractatu de substantia orbis. Sed aīa christi nō habet infinitatem intensiuam. ergo nec extensiuam ad cognoscibilia. et sic cognoscit oīa habitualiter. ¶ Contra istā opinionem q aliquis intellectus cognoscit omnia p habitū vnum inherentem est diffuse dictum in scdo. distinctōe. iij. q. v. tm̄ vnū rōnem repeto. Vbi pluralitas requirit maiorē perfectionem ibi infinita pluralitas requirit infinitā pfectionem. Exemplum huius. Si posse portare decem pondera requirit tantā virtutem sequitur q posse simul portare infinita pondera requirit infinitam virtutem. Sed aliquid esse rōem distincte cognoscēdi plures quidditates zcludit maiorē pfectōez. g esse rōnez distincte zgnoscēdi omēs quidditates zcludit infinitaz pfectōem. et tūc talis habitus est infinitus pfectōe. qd non tenetur. Minor pbatur. tum qr in deo ponitur infinitas ex infinitate ydearum que representātur. tum quia representatiuū vnius est alterius rōnis a repñtatiuo alteri⁹. et qdlibet dicit pfectionē. quia non posse repñtare in representatiuo alterius dicit carentiam pfectōis. ¶ Alia est opinio multoꝝ et etiaz Scotus videtur aliqualiter assentire q aīa cristi videt oīa que videt verbuz non solū habitualiter sed etiā actualiter. Et hoc pbatur duob⁹ modis. Vno modo q hoc fiat vnica visiōe. Alio modo q fiat multis et pꝛijs visionibus et quocunqz modo cognoscendi hoc ponatur dicitur q hoc est actiue ex parte diuine essentie et passiue ex pte anime christi. ¶ Contra hoc obijcitur. quia tunc anima christi que est finita cognosceret actu infinita. qd est cōtra phm. ij. metha. vbi dicit q nō ztingit infinita ptrāsire. ¶ Preterea. si anima christi videt actualiter omnia que verbuz videt aut hoc esset distinctis visionibus. aut vnica visione. Non primo modo. quia finitum nō est capax infinitaꝝ visionuz Anima autez christi est finita. Non etiam secūdo modo. quia quodlibet

visibile proprium habet propriam visionem. ergo sicut ponunt in verbo infinita visibilia. ita ponuntur ibi infinite visiones. Si quis autem vellet istam opinionē sustinere cito posset se de istis obiectionibus expedire. dicendo quod ista visio non fit virtute anime christi. quia tunc concluderēt rationes. sed fit virtute divina. Quarta opinio est Guilhelmi. Varronis quod anima christi videt omnia que videt verbum habitualiter non tamen per habitum inherentem sicut ponebat secūda opinio. sed per hoc quod verbū exprimit anime cristi. quicquid exprimeretur potest sine omni occultatione. ad quod ponitur tale exemplum. Si in aliquo speculo relucerent viginti species et aspiciēs speculum non posset nisi decem videre. tunc si aspiciens esset agens volūtarium posset videre nunc quatuor nunc quinque species secundum volūtatem suam. Sic eodem modo anima christi ex quo nō potest omnia simul capere que verbum exprimit simul. potest tamen videre nūc ista nunc illa. Contra istam opinionem occurrit unum dubium. quia anima cristi in sua cognitiōne modū habet substantie separate et beate. sed in beatis non est successio in actibus. ergo anima christi non convertit se nunc ad ista nunc ad illa. Minor probatur per Augustinum decimoquinto de trinitate. Non erūt inquit volubiles nostre cogitatiōnes ab aliis in alia eūtes et redeuntes. sed omnem scientiam nostram unico intuitu videbimus. Sed istud dubiū non cogit. quia ibi Augustinus loquitur non assertive sed dubitative. quia dicit ibi forte non erunt volubiles nostre cogitationes. Ad primum principale dicendum quod si maius et minus non sunt eiusdem rationis et proportionis. tunc nō oportet quod si aliquid potest maius quod potest minus. Exemplum huius est. oculus potest videre lucem et tamē non potest videre tenebras. ita est in proposito. licet essentia sit maius quam ea que relucent in ea. verum quia se habet per modum unius et ea que relucent in ea nō sic se habent per modum unius. ideo non sunt unius proportionis. Ad secundū dicitur quod qui cognoscit patrem cognoscit filium non solum quia sunt unum in essentia. sed etiam quia sunt relativa. et relativa secundum philosophum in predicamentis simul sunt natura li intelligentia. sed ydee nō sic se habent. quia una ydea non dicitur relative ad alteram licet dicatur ad ydeatum. ideo videns unam ydeam nō oportet quod videat alterā. Ad quartum dicitur quod magister loquitur de visione habituali. quia anima christi videt omnia que videt verbum nō per habitum inherentem ut ponebat secunda opinio. sed per hoc quod verbū exprimit anima christi omnia quantum exprimi possunt ut patet ex ultima opinione.

Secundo queritur. Utrum anima christi novit omnia in proprio genere. Videtur quod non. Luce secundo. Iesus proficiebat etate et sapiētia. Sed hoc non est verum si cognovit omnia in proprio genere. ergo. Preterea Apostolus ad Hebreos dicit. Ex his que passus est didicit obedientiam. sed hoc non esset verum si cognovit

omnia in pprio genere. ergo ¶ Preterea. anima christi est eiusdem natu re cum anima nostra. ergo habet cō similem modum cognoscendi. Sed anima nostra cognoscit per scientiam acquisitam. quia vt patet p phm primo metha. ex multis sensatoibus fit vna memoria et ex multis memoriis fit vnum experimentū et ex multis experimentis fit vniuersale principium scientie. ergo. ¶ Contra. nulla imperfectio ponenda est in aīa christi. sed ignorantia est imperfectio. ergo non est ponenda in anima christi ergo christus nouit omnia sciētia infusa in pprio genere. ¶ Preterea sic se habet intellectus ad virtutes intellectuales sicut voluntas ad virtutes morales. sed in voluntate anime christi non ponuntur acquisite virtutes morales. quia tunc ante acquisitionez fuisset passionatus. quod est inconueniens. ergo similiter in intellectu christi non ponitur virtus seu scientia acquisita. ¶ Preterea. angeli nouerunt omnia in pprio genere ergo similiter aīa christi ¶ Rnº In ista questione sunt tres articuli fm tres opiniones. Vna est Thome p te. iij. q. ix. articu. iij. et. iiij. qui distinguūt duplicē scientiam. scilicet infusam et acquisitaz. et quantū ad infusam q nouit omnia p aliqua sibi infusa. puta p species intelligibiles a deo sibi infusas. et in hac noticia nō potuit pficere. Sed quantū ad scientiam acquisitā potuit pficere. quia in natura nihil est frustra. Sz in anima christi est intellectus agēs et possibilis. ergo nō sunt frustra. ergo pñt habere pprīā opationem. Sed talis opatio est acquisitio scientie. qz intellectus agens facit quod est in potentia intelligibile actu intelligibile et habz abstrahere. Intellectus autem possibilis habz recipe. ergo aīa christi potuit pficere in sciētia acqsita. ¶ Cōtra istā opinionem obijcitur ex dictis opinantis sic. plura accidentia eiusdē speciei nō pñt simul esse in eodem subiecto fm ipm ¶ Thomam. sed noticia infusa et acquisita rei in pprio genere sunt eiusdē speciei. ergo non pñt simul esse in eodem. pbatur minor. quia si nō essent eiusdem speciei hoc esset ex pte agentis. sed hoc nō valet. qz Ambrosius ponit in li. de incarnatōne verbi q disparitas ortus nō facit distinctionē nature vt patet de adā et de nobis. Idē ponit Aug° in epła ad deo gratias. ¶ Preterea. due pfectōes siue due cognitōes pfecte eiusdē obiecti nō possunt esse simul. quia exquo ponuntur ambo perfecte altera superflueret. Sz noticia infusa ⁊ acquisita ponūtur ābe pfecte. ḡ nō sunt simul in xpo. Preterea. Si in illa sciā acquisita xpus pficiebat p eo q habebat intellcm̄ agentē et possibilem vt tua rō assumebat pari rōe btī in patria pficiūt ↄtinue in scientia acquisita. qz hñt intellectū agentē et possibilē. sz hoc est falsuz. ḡ. Alia est opinio Henrici. q anima christi nouit in proprio genere habitualiter p habitum scientialez a deo illi anime cō creatum. Sed contra hunc habitum argutum est in questione precedenti et libro secundo. distinctione tercia. q. v. ¶ Alia est opinio Scoti ad cuius euidentiā pmittam vnā distinctionē. Secundo dico questionis solutionē. Distinctio est ista q duplex

est cognitio. scilicet intuitiua et abstractiua. et habent triplicem differentiam. Differentia prima est quod intuitiua requirit obiectum quod sit in re extra et sit presens potentie in ratione precedentis. Abstractiua autem tale obiectum non requirit necessario. sed sufficit sibi habere aliquid supplens vicem obiecti. Secunda differentia est. quod intuitiua ponit respectum attingentie obiecti. vt termini immediati quia exquo attigitur obiectum existens in re extra vt existens et immediate medio dico habente rationem termini. quia bene esse potest intuitiua cum medio habente rationem quo non quod. sicut patet in potentia visiua que informatur specie rei visibilis non est ibi actualis attingentia obiecti vt termini immediati. Abstractiua autem hunc respectum priuat quod accidit sibi quod eius obiectum existat in re extra. Tercia differentia est. quod intuitiua ponit respectum mensurabilem ad mensuram actualem. Abstractiua autem non ponit respectum actualem. sed aptitudinalem solum. qui quidem respectus est etiam mensurabilis ad mensuram non actualis sed solum aptitudinalis. quia nullus respectus habet plus de actualitate quam suum fundamentum. sed fundamentum huius respectus id est obiectum non habet esse actuale in noticia abstractiua necessario. ergo nec ille respectus est actualis sed aptitudinalis. His premissis dico ad questionem quod si fiat sermo de noticia abstractiua tunc dico quod anima christi nouit omnia in proprio genere per species infusas sibi a deo. quia quicquid est perfectionis est ponendum in illa anima si sibi non repugnat. Sed species ille infuse sunt perfectiones in anima christi respectu omnium cognitorum abstractiue et sibi non repugnat sicut non repugnat angelis qui isto modo nouerunt omnia in proprio genere. quia secundum Augustinum libro. iiij super Genesim ad litteram. simul stant cognitio in verbo et cognitio in proprio genere. ergo. Sed tunc esset dubium. si iste species sunt species quidditatum aut singularium. Non enim videntur esse species singularium. tum quia essent infinite. tum quia plura accidentia eiusdem speciei essent simul in eodem. quod est inconueniens secundum aliquos. Sed contrarium videtur quia includentia rationes primo seipsis diuersas non possunt distincte cognosci per vnum commune representatiuum. Sed indiuidua includunt rationes primo se ipsis diuersas. vt patuit libro. ij. q. de indiuiduatione. ergo ipsa indiuidua non cognoscuntur tantum per vnum commune representatiuum. ergo ille species sunt singularium et non quidditatum seu vniuersalium precise. Teneatur illud quod plus placet. Si autem fiat questio de cognitione intuitiua sic dicitur quod christus non nouit omnia et hoc ratione actuum existentium et singularium. quia respectu horum habuit noticiam acquisitam. et in hac cognitione christus proficiebat. quia vt ait Apostolus ad hebreos. Ex his que passus est didicit obedientiam. Ad principale dicitur dupliciter. Primo secundum viam magistri. quod christus proficiebat etate et sapientia non quidem in se. sed in alijs qui de eius sapientia proficiebant. et hoc probat per Gregorium. vt patuit supra distinct. xiij. capitulo secundo. Aliter dicitur

q illud verum est de noticia intuitiua acquisita. quia in illa pficiebat vt dictu est. et p hoc patet ad scdm. ad illud Apostoli. Ex his que passus est rc. Ad terciu dico q ille pcessus cognitonis de quo loquitur phus. j. metha. quantu ad aliquid est necessitatis in nobis. et quantu ad aliquid non est necessitatis. Nam in cognitione intuitiua e necessitatis in nobis et quo ad hoc opetebat christo vt fuit viator nobiscum. In cognitoe autem abstractiua ille pcessus no est necessitatis si talis cognitio habetur p species infusas a deo, et sic fuit in anima christi.

Illud quoqz ptermittendum. Circa distinctione quindecim az queritur. Vtrum in aia christi fuit simul dolor et gaudium. Videtur q no. quia otraria no possunt esse simul in eodem. Nam si contraria possunt simul esse et contradictoria. ex. iiij. methap. Sed dolor et gaudium sunt otraria. ergo. Preterea. Aristotiles. vij. ethicor dicit. q vehemens delectatio expellit tristiciam non solum optata sed etiam quancunqz otingentez. Sed anima christi habuit summam delectationem. quia christus erat oprehensor. ergo nulla habebat tristicia. Preterea. In delectatione siue gaudio cor dilatatur. in tristicia vero constringitur. Sed impossibile est cor simul dilatari et ostringi. g. Preterea. Sicut se habet gloriosum et non gloriosum ad corpus. ita dolor et gaudium ad animam. Sz impossibile est corpus esse gloriosum et non gloriosum. ergo impossibile est q in anima sit simul dolor et gaudium. Contra. in psalmo. Anima nostra repleta est malis. vbi Augustinus non malis id est vicijs sed penis. Preterea. vbi est morbus ibi apponitur medicina. sed medicina fuit passio christi. ergo in aia christi fuit verus dolor et constat q in eo fuit veruz gaudium. quia erat oprehensor. ergo.

Rn°. In ista questione sunt multe opiniones quas non omnes intendo recitare. sed recitabo ad presens tantum quatuor. et scdm hoc sunt quatuor articuli. Vna opinio dicit. q in aia christi fuit simul dolor et gaudium. quia in anima christi sensitiua fuit verus dolor et non gaudiu. In anima vero intellectiua erat verum gaudium et non dolor. Primu patet sic. Dolor est passio illata et pceptibilis apprehensio illius passionis illate. Sed in christo quantu ad animam sensitiuam erat passio illata et perceptibilis apprehensio passionis illius illate. quia sensus tactus optime vigebat in eo. quia erat nobilissime complexionis. Secundum declaratur ex hoc. quia in parte intellectiua erat plenitudo diuinitatis et gaudij. talis autem plenitudo non pmittebat eum sentire aliquem dolorem. Contra hoc obijcitur per damascenu libro tercio qui dicit q cristus habuit mestam intelligentiam. sed intelligentia distinguitur cotra partem sensitiuam. ergo non solum in sensitiua sed etiam intellectiua fuit mesticia siue tristicia. Preterea mors christi aut fuit naturalis aut violenta. Non naturalis. quia tunc fuiss3 mortuus in isto instanti si nulla

passio fuisset ei illata. quod est falsuz ergo fuit violenta. sed omne violentum est naturaliter ɔtristans. ex nono metha. ergo cū illa mors esset violenta non solum quantum ad sensitiuam sed etiaz quantū ad intellectiuam. quia violenter fuerit sepata intellectiua aīa. ergo sequitur ꝙ in intellectiua fuit vera tristicia. Alia est opinio que dicit. ꝙ anima christi pt ɔsiderari dupliciter. vel inquantum essentia. vel inquantum potētia Si ɔsideretur inquantū essentia habuit verum dolorem et passionez et patiebatur corpe patientie. quia aīa ſm suam essentiam tota est in toto et tota in qualibet parte corpis. Si autem ɔsideretur anima inquantū potentia sic non patiebatur nec habuit verum dolorem. Contra istaz opinionem potest obījci p duo argumēta facta ɔtra precedentē opinionem Preterea. ad hoc ponit dolor in christo. quia p illum debuit mereri. Sed merituz est in anima inquantū potentia nō inquantum essentia. qꝛ inquantum potentia habet delibera re et elicere actus meritorios. ergo dolor fuit in anima christi inquantū potentia. Preterea. maior est colligantia anime vt est natura ad seipsam vt potentia ꝙ sit virium sensitiuarum ad animaz vt natura vel essentia. ergo. Si pter talem colligātiam facta passione in viribus sensitiuis patitur anima vt natura sequitur ꝙ patiente anima vt natura patiatur anima vt potentia. Alia est opinio que dicit ꝙ anima pt tripliciter ɔsiderari. Primo modo vt est natura. et sic dicitur ꝙ anima intellectiua patiatur patiente anima sensitiua. quia in homine sensitiua et intellectiua sunt vna res fundamentaliter. Secundo modo pt anima ɔsiderari vt est ratio inferior. et sic anima christi habuit verū dolorez. quia ratio inferior respicit obiectum tpale. et qꝛ inferebatur sibi pena. ideo habuit verum dolorem. Tercio modo pt ɔsiderari vt est ratio supior. et qꝛ rationis superioris est tendere in deum. ideo ex ista tendentia nō potuit habere dolorem. sed gaudium. Et est talis ordo inter dolorem et gaudiuz respectu anime christi. quia ex parte doloris primo fuit in christo dolor in toto composito ex anima et corpe et anima sensitiua et intellectiua. secundo fuit in anima sensitiua. tercio in aīa intellectiua vt est natura quedam. Ex pte aūt gaudīj. fuit ecōuerso. quia primo fuit in rōne superiori secundo fuit in anima vt est natura quedam. tercio fuit gaudiuz in toto composito. Quarta opinio est ad cuius euidentiā est sciendū ꝙ dolor est ex apprehensione sensus alicuius lesionis facte in carne pter quod sequitur passio in appetitu. Tristicia aūt est ex apprehensione interiori et fit frequenter sine lesione carnis. qꝛ fit p imaginationē et apprehensionē intellectiuā vnde diffinitur sic. Tristicia est animi dissensus ab his que nobis nolentibus accidunt. Ad ppositum dicitur. ꝙ si accipitur dolor qui est ex apprehensione sensus lesionis facte in carne tunc in christo fuit verus dolor. quia veram naturam passibilez habuit imo fuit maximus dolor. tum quia fuit tenerrime ɔplexionis. tum quia fuit passus in locis maxime passibilibus. puta in locis

nervosis scz in manibus et pedibus.
Cum quia sensus eius vigebant et
non erant obsorpti. nec fiebat redun
dātia a gaudio anime in corpus. Un
de in aliis martiribus. quia fiebat ta
lis redundantia. ideo non sic patie⸗
bantur. sed in christo fuit factum mi
raculose ꝙ potentie agebantur secū
dum ꝓprium motum. Si aūt accipi⸗
tur dolor ꝑ tristicia dicitur ꝙ in ani
ma christi tam in portione superiori
ꝙ̄ inferiori fuit dolor qui est tristi⸗
cia. Ad cuius euidentiam est no⸗
tandum. ꝙ volūtas potest accipi du
pliciter. scilicet pro voluntate deli⸗
beratiua et pro voluntate naturali.
Si accipitur voluntas pro delibera
tiua voluntate sic non fuit ibi tristi⸗
cia. quia tristicia est de nolito. Sz il⸗
la passio non erat nolita a volunta⸗
te deliberatiua christi. imo erat voli
ta. quia illa volūtas cum erat recta
confirmabatur legibus diuinis lex
autem diuina dictabat passionem il
lam esse volendam. ergo vt sic nō fu
it ibi tristicia. Si autē accipitur vo⸗
luntas pro voluntate naturali. secū
dum portionē superiorem et inferio
rem fuit ibi tristicia. quia tristicia ē
de nolito. Sed voluntas christi na⸗
turalis nolebat istam passionē. quia
erat discōueniēs sue nature. ergo in
hoc erat tristicia. Unde sicut proiī⸗
ciens merces in mare simpliciter nō
vult. quia ꝓponitur sibi vt malum. vl
terius quia ꝓponitur sibi vt necessa⸗
rium ꝓpter vitandū periculum et sic
vult. ita est in ꝓposito. Nam ꝓpone⸗
batur passio vt disconueniens natu⸗
re et sic voluntas naturalis nolebat
Sz postea ꝓponebatur vt necessaria
pro redemptōne generis humani. et
sic volūtas deliberatiua volebat.
Opinio Scoti hic dimittitur. qr
nimis est ꝓlixa et due vltime rōnabi
liter sustineri pn̄t. Verumtn̄ ꝯtra
vltimā opinionē obiiciūt aliqui con
tra distinctōem qua dicitur ꝙ volū
tas pt̄ accipi ꝑ volūtate deliberati⸗
ua et ꝑ voluntate naturali. et in isto
vltimo non fuit in anima christi do⸗
lor qui est tristicia. Cōtra illud ar
guitur. Predicatū nō dr̄ de subiecto
rōne alicui⁹ qd̄ accidētaliter inest. sz
accidit volūtati ꝙ ꝯiūgatur cū appe
titu sensitiuo. ergo licet volūtas di⸗
catur naturalis rōne illius ꝯiunctio
nis nō ꝓpter hoc debz dici de volūta
te dolor vel tristicia. Dicenduz ꝙ si
volūtas diceretur naturalis ex hoc
ꝑcise ꝙ ꝯiūgitur appetitui sensitiuo
sicut opināſ videtur dicere tunc di⸗
stinctio nō essz bona. Sed distinctio
est sic accipienda ꝙ possum conside
rare voluntatem vt respicit bonum
absolute et conueniens nature. et sic
dicitur voluntas naturalis. Et pos⸗
sum considerare voluntatem vt seq̄⸗
tur iudicium rationis. et sic dicitur
voluntas deliberatiua et tunc distin
ctio est bona. Ad primum princi⸗
pale dicitur dupliciter. Uno modo
negando maiorem. quia per poten⸗
tiam diuinam contraria in summo
possunt simul stare in eodem sicut in
corporibus damnatoꝝ ponitur sum
ma caliditas ⁊ summa frigiditas vt
videtur dicere vna glosa super illud
Mathei vicesimo secundo. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Sed hoc
videtur bene dictum. quia Rabi mo
ises sic dicit. ꝙ coniunctio contrari
orum in eodē subiecto est vnū de im⸗
possibilibus q̄ creator non pt̄ facere.

Preterea diffinitum nõ potest esse sine diffinitõe. Sed diffinitio cõtrariorum est qꝫ mutuo se expellunt vt p̃z p pħm in postpredicamẽtis. ergo p nullam potentiã possunt esse simul q̃n mutuo se expellãt. Ideo aliter dicitur ad minorez qꝫ dolor et gaudium in ꝓposito non sunt in ꝓposito ↄtraria. tum quia nõ insunt eodem modo. tum quia non sunt de eodem subiecto. quia gaudiũ est de obiecto beatifico et eterno. dolor autez de obiecto tp̃ali et corruptibili.

Ad aliud pħi. viij. ethicoꝝ dicitur qꝫ non est ad ꝓpositũ. q2 pħus loquitur ibi de delectatione corpali. nos aũt loquimur de delectatõne spirituali. Nam delectatio corpalis puta que est ex cibo expellit tristiciam oppositam ex cibo et quamcũqꝫ ↄtingentẽ. Aliter dicitur et melius. qꝫ dictũ pħi habet veritatẽ q̃ñ de vna potentia naturaliter fit redundãtia in aliam potentiã. In ꝓposito aũt in christo dispensatiue factũ est qꝫ non fuit redundantia gaudij aĩe ad vires alias nec ad corpus. Ad terciũ dicitˀ qꝫ non est ad ꝓpositũ. quia dilatatio cordis respicit gaudiũ tp̃ale. in ꝓposito autẽ fuit gaudium spirituale in portõne supiori. Ad quartũ dico. qꝫ maior est falsa. q2 gloriosum et nõ gloriosum respectu eiusdem corpis sunt ↄtradictoria. Dolor aũt et gaudiũ in ꝓposito nõ sunt ↄtradictoria nec etiã ↄtraria. Tum q2 non insunt eodem modo. tũ q2 nõ sunt de eodez subiecto vt dictũ est.

Hic oritur questio ex predictis. Circa istã distinctõz. xvj. queritˀ. Utruz xp̃us habuit necessitatẽ moriendi. Uidetur qꝫ nõ q2 mors est inflicta ꝓpter peccatum. ſꝫ in xp̃o nõ fuit peccatũ nec originale nec actuale. ergo nõ habuit necessitatem moriẽdi. Maior ꝓbatur. tũ quia ad Roma. viij. dicitur. Corpus mortuũ est ꝓpter peccatũ. tum quia Geñ. ij. dicitur. quacunqꝫ hora comederis ex eo ⁊c̃. Tũ q2 Aug⁹. libro retracta. primo. dicit qꝫ si nullus delinqueret nullus moreretur. Et. iiij. de trini. dicit. qꝫ mors est inflicta ratione criminis. Preterea. anima christi fuit omniscience. ergo fuit omnipotens. q2 nõ est minoris pfectõis oĩa scire qꝫ omnia posse. Sed oĩpotens p̃t repellere omnem causam mortis. ergo. Preterea. pfectior est aĩa christi qꝫ forma celi. sed in celo nulla est causa corruptõnis. ergo nec in anima christi. Contra. oĩe generabile de necessitate est corruptibile. vt p̃z primo celi ↄtra platonem. sed corpus christi fuit generabile. ergo corruptibile. Preterea omne ꝯpositum ex contrarijs est corruptibile. ex. viij. metha. sed corpus christi erat ꝯpositum ex ↄtrarijs. ergo. Ad euidentiam huius questionis. q2 mors est quidaz defectus nature. Ideo est sciendũ qꝫ filius dei sic assumpsit nostram naturã qꝫ assumpsit eam cũ penalitatibus et defectibus quos decuit. Nam aliqui sunt defectus in nostra natura qui ꝓ ueniunt ex culpa et sunt ad culpam. sicut ꝓnitas ad malum ⁊ difficultas

ad bonum. et huiusmodi defectus filius dei nō assumpsit. quia nō decuit Alii vero sunt defectus qui pueniūt ex culpa non tn̄ sunt ad culpā et isti distinguūtur. qz quidam sunt psonales puta lepra cecitas et claudicatio et hmōi. et istos etiā non assumpsit. Quidam vero sunt naturales vt fames et sitis et istis similes ⁊ hos assumpsit. His premissis in generali quantum ad defectus quos assumpsit oportet videre in speciali vel pticulari si assumpsit hunc defectum qui est necessitas moriendi. Et sunt hic duo articuli fm duas opiniones Vna indistincte dicit q̄ in cristo fuit necessitas moriendi. ita q̄ si nō fuisset ei aliqua pena vel passio illata fuisset tn̄ mortuus senio. quod pbat sic. Materia est qua res pt esse et nō esse. ex. vij. metha. ita q̄ materia existens sub priuatōe est principiū corruptionis. quia altera pars ɔtrarietatis id est priuatio machinatur ad maleficium id est ad corruptionem. ex primo phisicoꝝ. Sed materia corporis christi est eiusdem rōnis cum materia nostri corporis ⁊ est ibi priuatio alicuius forme. ergo sicut necessaria est causa corruptōis ita ⁊ in christo. Preterea. in corpe christi erant qualitates ɔtrarie. Sed ex cōtrarietate qualitatū sequitur actio et passio et tandem corruptio. ergo. Probatio maioris. qz qualitates elementorum nō sunt in omnimoda pportione equali in corpe mixto pporcionato anime. qz diuerse partes requirunt diuersas pportiones ɔplexionis. Preterea. omne corpus generabile habet certum periodū sue duratōnis vltra quam nō pt durare sed corpus christi fuit generabile. ergo. Quicquid sit de ɔclusione in se iste tn̄ rōnes non ɔcludūt. Prima enim ideo nō ɔcludit quia si valeret tunc argueretur de corpe christi nūc modo sicut ante. quia habet materiam eiusdem rōnis cum corpe nr̄o et est priuatio ibi annexa. ergo esset nunc in eo necessitas moriendi. qđ est falsum. Similiter scđa ratio nō concludit. quia ita in corpe illo sunt modo qualitates ɔtrarie sicut tunc ⁊ tamē non ponitur in eo necessitas moriendi. Similiter tercia ratio non valet. quia assumit vnū falsum scz omne durabile habet certum peryodū sue duratōnis vltra quam non pt durare. quia si pducatur aliquis lapis in esse et tollatur omne extrinsecum corruptiuum posita generali manutenētia diuina nunq̄ȝ corrumperetur. Ideo est alia opinio q̄ de verbo in ɔpatione ad naturā assumptā possumus loqui tripliciter. Primo cōparando verbum ad naturā assumptaȝ gloriosam. isto modo q̄ gloria q̄ ponitur in anima redundet in corpus. Scđo ɔparando verbum ad naturā assumptam innocentē sicut est pura natura sine peccato cum iusticia originali. Tercio ɔparando verbum ad naturam nō gloriosam ita q̄ gloria anime nō redundaret in corpus primo modo nō fuisset in christo necessitas moriendi sicut nec in beatis erit post resurrectionem. Similiter nec secundo modo. sed tercio modo in christo fuisset necessitas moriendi sicut ponit Aug⁹. li. ij. de baptismo pnulorum vbi dicit q̄ christus habuit similitudinē carnis peccati. quia nisi iuuenis occisus fuissꝫ ipo senescēte

ad mortem venire potuissz nullo mi
raculo circa ipm posito. Sed ad/
huc restat dubium vnde erat illa ne/
cessitas moriendi. Et dicitur q fuit
ex hoc q corpus christi sibi dimissuz
sine redundantia glorie erat anima/
le ⁊ non sub pleno dominio anime et
indigebat cibo et fiebat deperditio
et restauratio nec poterat fieri tāta
restauratio quāta est deperditio. sz
vbi nō fit tanta restauratio quanta
est deperditio ibi est necessitas mori
endi Cōtra. Christus sciebat quā
tum necesse erat sumere de alimento
ad tantā restauratōem deperditi. er
go poterat sumere de alimento vt es
set equalis restauratio deperditi. et
sic ꝓpter hoc nō fuisset in eo necessi/
tas moriendi. Respondetur q bene
licet hoc sciuerit nō tn̄ sequitur q fi
eret equalis restauratio deperditi ꝓ
pter duo. Primo ꝓpter potentie nu/
tritiue debilitatē in ↄuertendo ali/
mentum in rem alitā. Scdo ꝓpter im
puritatē alimenti scdm q semꝑ ali/
quid traxit de impuro. nunc autē ex
puriori alimento generatur purior
sanguis et caro. et ex impuriori ali/
mento generatur impurior sanguis
et caro. Ad primū principali quā/
do dicitur q mors est inflicta ꝓpter
peccatū. dicitur q verū est de neces/
sitate in eo q peccatū soluit prohi/
bens mortē scz iusticiam originalem
ꝓprie aūt causa mortis est illa que di
cta est in scda opinione scz q non fit
restauratio tanta quanta fit deper/
ditio in humido radicali. Ad secū
dum cū dicitur q aīa christi fuit om
nisciens. ergo omnipotens. negatur
ↄsequentia. q2 omnipotētia non po/
test cōmunicari alicui creature nisi
habeat in se formam virtualiter con
tentiuam oīm obiectoꝝ possibilium
ꝓduci. Ideo requiritur maior perfe
ctio in fundamēto omnipotētie q̄z in
fundamento omni scientie Ad ter
cium dicitur q ↄsequentia nō valet
si celū est incorruptibile. ergo et cor
pus christi. vt patuit in scdo libro di
stinct. xiiij. Materia celi nō est eius/
dem rationis cum materia inferioꝝ.

Secundo queritur. Vtruz
in potestate anime christi
fuerit nō mori ex violētia
passionis. Videtur q sic.
quia quod habet plenū dominiū suꝑ
corpus pt impedire omnem violenti
am corpalem. sed aīa christi habuit
plenum dominiū supra corpus. ergo
Minor ꝓbatur ꝑ hoc q ibi nulla e/
rat rebellio inferioꝝ virium ad aīaz.
Preterea. Iohā. x. ait christus.
Potestatem habeo ponendi animaz
meam et iterū sumendi eam. tūc que
ritur aut illam potestatē habuit in/
quantum deus aut inquantū homo.
non inquantum deus. q2 quod semel
assumpsit nunq̄z dimisit. fm Dama/
scenum. ergo inquantū homo. et ha/
betur ꝓpositū. Preterea. In euā
gelio dicitur q cum clamore valido
emisit spiritū. sed nō potuisset habe
re clamorem validum nisi preuenissz
seu presciuisset horam mortis. ergo.
Cōtra christus erat viator sicut
et nos. sed nō est in potestate aīe no
stre non mori passione inflicta. ergo.
Preterea. Si in potestate alicu9
est non mori si nō ꝓhibet peccat. er/
go si in potestate anime Christi fuis/

set nō mori et non ꝓhibuit sequitur ꝙ peccauerit. quod est inconueniēs. Rñº. In ista questione non oportet multum insistere. quia patet ex solutōe questionis precedentis. Ideo dico ꝙ si anima christi gloriosa fuisset sibi dimissa ita ꝙ gloria anime redundasset in corpus tunc in potestate anime christi fuisset non mori ex violētia passionis. Sed quia gloria anime christi de facto non redundabat in corpus. ideo illud corpus erat necessario corruptibile et passibile. Cuius ratio erat ex prima institutione nature. quia hoc est principium in natura ꝙ aliqua actiua sunt nata dominari passiuis. Tunc arguitur sic. Omne corpus alterabile et corruptibile per approximationē actiui dominantis potest corrumpi Sz corpus christi est huiusmodi. ergo ⁊c̃. Ad primum principale dico. ꝙ anima christi haberet dominium supra corpus in hoc ꝙ non erat rebellio virium sensitiuarum. non tamen habuit plenum dominium quantum ad hoc quod est non pati. Quia gloria anime non redundabat in corpus. Ad secundum dicendum ꝙ licꝫ ego in supposito et apposito stat ꝓ eadem persona non tamen secunduz eandem naturam ita ꝙ ego suppositum verbi secundum naturam diuinam pono animam meam a meipso secundum naturam humanam. quia in natura humana facta est separatio. Ad tercium dicitur ꝙ sicut fuit miraculum ꝙ anima erat gloriosa et corpus non. ita fuit miraculum in eo ꝙ clamauit valide in hora mortis et miraculose fuit separata anime ante horam mortis per violentiam passionis.

Post ꝑdicta cōsiderari. ⁊c̃. Circa istaz distinctionem decimam septimam queritur primo. Utrum in christo sint due volūtates. Videtur ꝙ non. Quia omnis voluntas est domina sui actus alias non esset libera. Sed si in christo essent plures voluntates altera nō esset domina sui actus. ergo ⁊c̃. Probatio minoris. Illud quod sequitur motum alterius potentie non habet dominiū sui actus. Sed si in christo ponitur alia voluntas a voluntate diuina sequitur motum voluntatis diuine. ergo non habet dominiuz sui actus. Preterea. voluntas facit volentem. ergo vbi sunt plures voluntates ibi sunt plures volentes. Sed christus est vnus volens. ergo in christo est vna voluntas. Preterea. vbi est vna personalitas ibi est vna voluntas. Sed in christo est vna personalitas. ergo ⁊c̃. In oppositum arguitur sic. Potentia volitiua inseparabiliter sequitur potentiam intellectiuā. Sed in christo sunt duo intellectus scilicet creatus et increatus. ergo in christo sunt due voluntates. Rñº. In ista questione sunt duo articuli. Primus. Si in christo sunt due voluntates. Secundus si volūtas creata christi semper fuit conformis voluntati diuine.

Quantum ad primuz patet p̱ Da
ma. li. iij. ca. vj. q̄ in xp̄o sunt due vo/
luntates. et sicut tenemus in christo
duas naturas et vnā ypostasim. ita
debemus tenere in christo esse duas
voluntates et vnam ypostasim. qd
p̱batur sic. Ubi sunt plures nature
ibi sunt p̱prietates ꝯsequentes illas
naturas. Sed in christo sunt due na/
ture diuina scilicet et humana. ergo
in christo sunt p̱prietates haꝝ natu/
rarum scz volūtas diuina et huma/
na. Preterea. Sicut ptz in distin
ctionibus sup̱ioribus in christo fuit
summa gr̄a et fruitio et sciētia. ergo
sicut p̱pter scientiaz ponitur in chri/
sto intellectus creatus similiter pro
pter gr̄am ponitur volūtas creata.
ꝫ in christo etiā ponitur volūtas di
uina. ergo in christo sunt due volun/
tates creata scz et increata. Pre/
terea. Christus vt hō meruit et xp̄us
vt deus creauit. ꝫ creatio est p̱ diui/
nam voluntatē. meritū vero p̱ vlun/
tatem creatam. ergo in xp̄o sunt due
volūtates scz creata et increata.
Sed diceres. nunquid in christo sunt
precise due voluntates. Et dicit hic
quidā doctor satis p̱babiliter q̄ lar
ge sumendo voluntatē p̱ appetitu in
xp̄o sunt tres volūtates essentialiter
distincte scz volūtas diuina volun/
tas creata rōnalis et voluntas crea
ta sensitiua que dicitur rōnalis per
participationē in eo q̄ est nata obe
dire rationi. Item voluntas rōna/
lis diuiditur nō quidem in diuersas
potētias ꝫ in diuersos modos. vna
dicitur volūtas rōnalis naturalis.
alia dicitur volūtas rōnalis delibe/
ratiua sicut dicebatur sup̱ius. dist.
xv. q̄uis scotus hoc nō approbet tn̄
bene potest sustineri et facit eam do
ctor venerabilis Bonauētura li. iij.
dist. xvij. in primo dubio sup̱ literaz.
Itē volūtas deliberatiua distingui
tur in portōem sup̱iorem ⁊ inferiorē
Portio quidem sup̱ior respicit deū.
Portio aūt inferior respicit p̱ximū
et res inferiores deo. Uñ mori amo
re dei spectat ad portōem sup̱iorem
Mori aut p̱ proximo spectat ad por
tionem inferiorez. De secundo ar
ticulo scz q̄ voluntas creata xp̄i fuit
semp̱ ꝯformis voluntati diuine. Di/
co q̄ aut queritur de voluntate sen/
sitiua aut de volūtate rōnali que di/
citur naturalis deliberatiua. Si pri
mo modo ꝯceditur q̄ semp̱ fuit con/
formis volūtati diuine in modo vo/
lendi ꝫ in volito nō fuit semp̱ ꝯfor/
mis. q2 illa volūtas nolebat passionē
quia erat disconueniens sue nature
et tn̄ hanc passionē diuina voluntas
volebat Si secūdo modo dico ꝯsimi
liter q̄ voluntas naturalis rōnalis
licet esset ꝯformis voluntati diuine
in modo volendi non tamē in volito
semper fuit conformis. quia illa vo/
luntas nolebat passionem cum esset
disconueniens sue nature et tamē vo
luntas diuina volebat. Si autem lo
quimur tercio modo de volūtate na
turali deliberatiua sic dico. Q2 ista
semper fuit conformis voluntati di/
uine. Ad primum principale con
cessa maiore negetur minor. quia nō
obstante q̄ in christo sint due volū/
tates habet altera dominiū sui act9.
Et qū dr̄ q̄ sequit̄ motū alteri9 volū
tatis scz diuine. Dico q̄ nō valet. q2
verbū assumēs naturā nullā hz acti
uitatem p̱priam sup̱ naturaz assum/
ptam quam non habet tota trinitas

Vel aliter secundum vnam opinionem que ponit quod voluntas est causa immediata sui actus et totalis causa et tunc non sequitur motum alterius voluntatis. sed voluntas diuina ponit voluntatem creatam in esse et sinit ipsum moueri actibus suis. Ad secundum dicitur quod non sequitur quod cristus sit duo volentes. quia sicut pluries dictum est in precedentibus distinctionibus concreta non numerantur nec plurificantur plurificatis abstractis nisi tam forma quam suppositum plurificetur. Et quia hic est vnum suppositum ideo est vnum volens. Quemadmodum etiam in christo sunt due filiationes et tamen christus non est duo filii sed vnus filius vt patuit supra. Ad tercium negetur maior quando in eadem persona sunt due nature que habent proprietates essentialiter distinctas sicut est in proposito. quia in ea persona christi est natura diuina et humana. ergo et voluntas diuina et humana.

Secundo queritur. Utrum decuerit Christum orare. Videtur quod non. Quia Augustinus. de correptione et gratia dicit. Nemo querit ab alio quod a seipso potest habere. ergo. Preterea. Orare spectat ad personam inferiorem. sed persona christi est equalis dignitatis cum persona patris. ergo. Preterea. Christus nihil petebat nisi quod sciebat patrem velle. ergo si orabat frustra orabat. quia siue orasset siue non illa euenisset ex quo pater illud volebat. ergo. Contra. Quicquid christus fecit decuit eum facere. sed christus orauit vt patet in multis euangeliis. ergo decuit eum orare

In ista questione sunt duo videnda. primo principale quesitum. secundo si in omni sua oratione christus fuerit exauditus. Quantum ad primum dico quod decuit eum orare propter multa. Primo propter meritum vt nos qui non eramus capaces beneficiorum dei per eius orationem efficeremur capaces. Secundo propter virtutis exemplum. quia membra debent caput imitari. Tercio propter virtutis documentum vt scilicet ex christi oratione cognosceremus eum esse verum hominem. et hoc tangitur Iohannis. xi. vbi ait christus. Gratias tibi ago domine quoniam semper me audis. Nunc autem rogo non propter me sed propter populum vt credant. quia tu me misisti. Quarto propter complendum officium. quia erat summus pontifex. sed officium summi pontificis est orare. Unde ad Hebre. Omnis pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad deum vt offerat etc. Quantum ad secundum articulum dico quod oratio est mentis siue voluntatis petitio. Voluntas autem creata christi vt patet in questione precedenti accipitur tripliciter scilicet pro voluntate sensitiua et pro voluntate rationali que est naturalis. et pro voluntate rationali que dicitur deliberatiua. Si loquimur de prima et secunda voluntate dico quod non semper fuit exauditus. quia secundum illas voluntates orabat dicens. Pater transeat a me calix iste. et tamen non transiuit imo hunc calicem passionis bibit. Si autem loquamur de tercia. dico quod semper fuit exauditus. Ad primum principale dico quod nemo petit ab alio quod potest a seipso habere si oratio et exauditio competunt eidem

persone secundum eandem naturam Nunc autem oratio et exauditio nõ competũt psone christi scdm eandez naturam. quia oratio competit ei secundum naturam humanam. exauditio autem scdm naturã diuinam. Ad secundũ dico q christus inquantuz orabat erat minor pr̃e in forma serui non in forma dei in qua est equalis patri. Ad tercium dico q christus non frustra orabat. quia cristus sciebat suum patrem velle hoc q eueniret mediante oratione christi et nisi orasset non euenisset. quia sic erat diffinitum a voluntate diuina.

E merito cristi pretermitten.

Circa istam distinctionẽ. xviij queritur. Utrum Christus meruerit in primo instanti sue conceptõis. Uidetur primo q non meruit. secundo q non potuit mereri in primo instanti sue cõceptionis. Primũ pbatur sic. Uolũtas pfecte immersa et vnita deo per fruitionez non potest mereri alias sancti in patria cõtinue mererentur. sed aĩa christi erat perfecte vnita deo et fruebatur ipso. ergo. Preterea. aĩa christi fruebatur deo. ergo non merebat̃. Probatio cõsequentie. quia aut meritum et fruitio sunt duo actus. aut sũt vnus actus. nõ sunt duo actus. quia in eadem potẽtia nõ sunt simul duo actus quoꝝ alter scdm se est adequatus potentie. sed fruitio est adequatus actus potentie. ergo nõ poterat simul frui et mereri. non etiam sunt vnus actus. quia meritum est actus cõtingens. fruitio vero est actus necessarius. sed idem non potest esse necessarium et cõtingens. ergo. Preterea. probatur q non meruit in primo instanti sue conceptõis. quia omne quod est quando est necesse est. ergo si christus meruit in primo instãti sue conceptionis tunc pro illo instanti actus ille erat necessarius. sed nullum necessarium est meritoriũ. ergo. Preterea. due mutatões quarum terminus vnius est ad quem et terminus alterius est a quo non pñt esse in eodem instanti. Sed esse anime est terminus creationis ad quem et est terminus actionis meritorie a quo. ergo non possunt esse in eodem instanti creatio anime christi ⁊ act⁹ merẽdi. Preterea. Si christus potuit mereri in primo instanti sue cõceptionis. ergo malus angelus potuit peccare in primo instanti sue creationis. quod est falsum. consequẽtia probatur. quia actio meritoria ⁊ demeritoria mensurantur eadem mensura. falsitas consequẽtis probatur dupliciter. Primo modo sic. Operatio que est in instanti quando res incipit esse est effectiue a causa producente rem in esse. ergo si angelus ab instanti sue creationis potuit peccare sequitur q peccatum sit a deo sicut et substantia angeli. et hec est ratio Thome parte prima. Secundo sic. Angelus nõ peccauit nisi per velle. sed primũ velle habet a deo nõ a se. ergo non potuit peccare in primo instanti. Probatio minoris. Si primum velle habet a se aut hoc est nolẽdo vel volẽdo. nõ nolẽdo hoc patet de se. ergo volendo. tũc queritur de illo sicut de priori. q2 aut a deo et habet̃ ꝓpositũ. aut a seipso et querã

de illo sicut de priori in infinitū.
Contra. Vigorosior est aīa cristi q̄z
lux. sed lux in eodem instanti quo est
lux. ergo eodē instanti quo aīa chri-
sti fuit creata potuit mereri. ¶ Pre
terea. Sicut se habz anima cristi ad
fruitionem p̱ gloriā ita se habet per
grām ad meritum. Sed aīa christi p̱
gloriā in primo instanti habuit actū
fruitionis. ergo p̱ grām in primo in-
stanti habuit actū merendi. ¶ Rñº.
In ista questione sunt duo videnda
Primo si xp̄s meruerit. scd̄o qn̄ me-
ruerit. tercio si meruerit sibi aliquid
et quid fuit illđ. De p̄mo dico q̄ me
ruit. qđ p̱suadetur sic. quicūq3 est in
statu merēdi si nunq̄z meretur aliqn̄
demeret. q2 ad merendū tenetur ali-
qn̄. s3 erat in statu merēdi q2. viator.
er go si nunq̄ meruit sequitur q̄ ali-
qn̄ demeruit. qđ est falsuz. ¶ Preter
ea. viator hn̄s sufficiēs principium
merendi p̄t mereri. s3 xp̄us erat via-
tor ⁊ hēbat sufficiēs principiū merē
di scz grām quo potuit mereri. et si
potuit. ergo meruit. q2 quicquid est
nobilius et p̱fectius est attribuendū
illi aīe si sibi nō repugnat. Nūc aūt
est p̱fectius hr̄e aliquid cū merito q̄z
sine merito. ¶ Quantū ad scd̄m arti
culū scz qn̄ christus meruit sunt due
opiniones. Vna dicit q̄ non meruit
nec potuit mereri in primo instanti
sue ꝯceptionis. tum q2 oīe quod est
qn̄ est necesse est esse. tum q2 due mu
tatōnes quaꝝ terminus vnius est ad
quem et terminus alterius a quo nō
possunt esse in eodez instanti. tum q2
pari ratione angelus potuisset pec-
care primo instanti sue creatōnis si-
cut arguebatur ad p̄tem primaz que
stionis. ¶ Alia est opinio. q̄ crist⁹ in
primo instanti sue conceptōis potu-
it mereri ⁊ de facto meruit. et ista vi
detur esse probabilior. quia omne ha
bens actum primum perfectuz et ob
iectum presens in oratōne obiecti si
non impeditur et actus eius secun-
dus est p̱manēs et nō successiuus p̄t
habere actū p̱ quocūq3 instāti. s3 hec
oīa fuerūt in xp̄o in primo instanti
sue ꝯceptōis. q2 habuit potentiaz et
grām p̱fectaz. Similiter habuit ob-
iectum p̄n̄s scz totam trinitatē ⁊ nō
impediebatur potentia et actus est
p̱manens. ergo. ¶ Cōtra hoc obijci-
tur. Esto enī q̄ christus habuit oīa
predicta adhuc nō potuit mereri in
primo instanti sue ꝯceptōnis. q2 me-
ritū requirit deliberatōz et electōez
electio aūt et deliberatio requirunt
vel p̄supponūt sylogismū practicuz.
s3 ista sylogisatio et deliberatio non
fuit in eodē instanti. g̃ Rñº. Dicē
dum est q̄ licet talis sylogisatio req̄
ratur in nobis hoc tn̄ est p̱pter imp-
fectionez nr̄e potētie volitiue et vbi
est potētia ꝯgnitiua p̱fecta ibi nō ne
cessario requiritur talis discursus.
quinimo ip̄a deliberatō p̄t fieri in in
stāti. vn̄. ij. phisicoꝝ đr q̄ p̱fectus ar
tifex nō deliberat. Potētia aūt co-
gnitiua xp̄i videt oīa que videt ver-
bum ideo nō sic requirebat̃ talis di-
scursus ⁊ deliberatō et electio. ergo
potuit fieri in instāti. ¶ Ad motiua
aūt alterius opinionis dicetur in fi-
ne questionis. Quantū ad terciuz
articulū scz quid sibi xp̄us meruit di
cunt aliqui q̄ meruit sibi fruitōez et
beatitudinem. quia quicquid est no-
bilitatis et perfectionis est attribu-
endū christo. sed p̱fectius est habere
fruitionem ex merito q̄z sine merito.

Alia est opinio cui assentio q christus non meruit sibi fruitõnem. quia aut hoc fuisset per actum precedentem aut p actum qui est fruitio. non primo modo. quia nullus actus precedens ponitur. non etiam secundo modo. quia meritum et fruitio realiter differunt. meritum etiam se habz ad fruitionem sicut via ad terminuz Si dicas q idez actus potest esse meritum et fruitio siue premiũ. quia idem actus potest habere respectum ad libetum arbitrium et ad deum et vt habet respectum ad liberum arbitrium est meritũ vt autẽ habet respectum ad deum est premium. hoc non valet. quia pari ratione potest dici de beatis q otinue merentur. quod falsum est. Ad argumentuz opinionis dicitur multipliciter. Primo sic. quicquid est nobilitatis est ponẽdum in christo si sibi non repugnat habere tali modo. Sed christo repugnat habere fruitionẽ ex merito. qz in christo erat tam excelsa beatitudo quod per meritum acquiri nõ poterat. Secundo dicitur et melius. q in christo est ponendum quicquid est pfectionis si sibi nõ repugnat vel sue dignitati. Nunc autẽ habere fruitionem ex meritis repugnat dignitati christi. qm quia meritum precedit premiũ tunc christus pro aliquo instanti non habuit fruitionem quã meruit. qd est inconueniẽs. Tercio modo dicitur q sicut diuersi gradus entitatis faciunt ad decorẽ vniuersi. ita diuersi modi habendi gloriam faciunt ad decorem istius status ideo aliqui habent gloriam cum meritis. aliqui vero sicut christus sine meritis et sic non meruit sibi fruitionem. Sed diceres. nunqd ergo aliquid sibi meruit. dicendum q sic. sed quid sit illd. Circa hoc sunt due opiniones. Vna est magistri in litera qui dicit q meruit anime et corporis impassibilitatem. Anime quidez impassibilitatem meruit. quia licet sit impassibilis quantum ad portõez supiorem est tamen passibilis in parte inferiori vel portõne. et impassibilitatem huius portionis sibi meruit Etiam meruit sibi impassibilitatem corporis in resurrectione. vt probatur per apostolum ad philippenses. Christus inquit factus est p nobis obediens vsqz ad mortem. et sequit. pter quod et exaltauit illum id est p isto merito exaltauit illum. Alia opinio dicit q christus meruit sibi amotionem illius impedimenti quo gloria anime non redundabat in corp⁹. hic accipe quod plus placet. Ad primum principale dicitur q anima pfecte vnita deo nõ potest mereri si est omnino extra viam. Si autẽ aliquis vnitur deo sic q existens comprehensor possit etiã esse viator potest mereri. Christus autem cum hoc q erat ꝯprehensor erat viator et ratione qua fuit viator meruit. vt patuit in primo articulo. Ad secundum dicitur q fruitio et meritũ sunt duo actus. Et quando arguit q duo actus non possunt esse in eadem potentia quoz alter sit adequatus potentie. Dicendum q verum est secũdum eandẽ portionẽ. sed in xp̃o fruitio erat scd̃m portõnem anime superiorem. meritum autem secundũ portionem inferiorem. Aliter potest dici q fruitio erat actus adequatus intensiue non autem extensiue ideo

poterat mereri. ¶ Ad tercium dico quod actus merendi in primo instanti fuit contingens. vnde sicut necessarium dicitur necessarium quādo ita est, ita contingens dicitur ꝯtingens quando contingenter inest. Voluntas autem ita ꝯtingēter eliciebat illum actum in primo instanti sicut si precessisset per diem. Et quando dicitur. Omne quod est quando est necesse est esse. Dicendum quod potest accipi in sensu diuisionis. et tūc est falsa. vel in sensu ꝯpositōis. et tunc est vera. sed non contra me. ¶ Ad quartum dicendū quod maior est falsa. quia luna eodē instanti quo illuminatur a sole illuminat emisperium nostrū et tamen sunt diuerse mutationes.

¶ Ad quintum concedo ꝯsequēs quod angelus in primo instanti sue creationis potuit peccare. vt patuit libro secundo distinctōne quarta. ¶ Ad primam ꝓbationem dicendū quod maior habet veritatem de positiuis nō de priuatiuis. Peccatum autem est priuatio boni ideo peccatum angeli non erat a deo. ¶ Ad secundam probationem dico quod angelus potuit habere primū velle a seipso. Etiam cū dicitur. aut nolendo aut volēdo. Dico quod primum velle nō habuit nolēs nec volens tanꝗ ꝑ actum secundū sed immediate per ipsam voluntatē tanꝗ per actum primum ipse eliciebat velle. Si vis de ista materia require libro scdo distinctōe quarta.

Nunc autē queramus. Circa distinctionē. xix. et. xx. querūtur duo primo. Utrū Christus meruit nobis gratiā et gloriā. Videtur quod non. quia meritum non excedit premium. sed meritum christi excedit gloriam omniū hominū. ergo ¶ Preterea. meritum ordinatur ad premium tanꝗ ad finem. sed meritū christi non ordinatur ad premiū nostrum tanꝗ ad finē. ¶ Preterea. meritum christi est finitū sed culpa nostra fuit infinita. ergo nō meruit nobis deletionem. Maior patet. quia natura in qua christus patiebatur erat finita. Minor probatur. quia tanta est culpa quantus est ille qui offenditur. sed qui offenditur puta deus est infinitus. ergo. ¶ Cōtra. Leo in sermone de natiuitate domini. Sicut a reatu nullum liberū reperit sic omnibus curandis venit. ¶ Rñº. In ista questione sunt duo articuli secūdum duas opiniones. Una opinio ponit duas ꝯclusiones quarū prima est. Christus meruit omnibus culpe remissionem gratie infusionē et gratie collationem quantum ad sufficiētiam. ¶ Secunda ꝯclusio est quod non meruit illa omnibus quantū ad efficaciam. ¶ Prima conclusio ꝓbatur sic. Persona infinita potest sufficiēter satisfacere pro infinitis habēdo meritum infinitū. sed ꝑsona christi est infinita. ergo potuit sufficienter satisfacere ꝓ infinitis habendo meritum infinitum. ¶ Secunda conclusio ꝓbatur sic. Agens nō agit nisi in passum dispositum. quia actus actiuorum sunt in patiente disposito. ex ij. de anima. sed nō omes sunt dispositi ad habendam gratiam et gloriā ergo non meruit ista omnibus quantum ad efficientiam. ¶ Contra primam ꝯclusionē arguitur sic. Nulla

forma est pfectior in agendo q̄ sit in essendo. q2 agere nunq̄ excedit esse. s3 esse in natura in qua christus merebatur est finitū. ergo nō habuit meritum infinitum. Preterea. Actōes mensurantur fm rōnem agendi non fm rōnem agentis. ergo opatio illa est finita que est in rōne agendi finita. sed meritū xp̄i fm naturam creatam est a rōne agēdi finita. ergo meritū nō fuit infinitū. Et declaratur ratio p exemplū. q2 licet velle in christo esset opatio infinita non tñ erat in infinitum. quia erat a ratione agēdi finita. Contra scd̄am cōclusionem obijcitur sic. quia tunc christus nō meruit nobis grāz primā ⁊ grām baptisinalez. quia respectu illius nō eramus dispositi. Ideo dicitur fm aliam opinionē in qua sunt duo declaranda. Primo quomodo christus meruit quantum ad sufficientiaz. secundo quomodo meruit quantū ad efficaciā. De primo dicitur q̄ meritum christi non fuit formaliter infinitum sed finituz. Verumtñ est sciendum q̄ omne creatum inquantuz est volitū a deo intantū est bonū. meritum aūt xp̄i licet sit finitū acceptatur tñ a deo tanq̄ infinitū ideo sufficit pro infinitis extensiue. De secundo dico q̄ christus meruit omnibus quantū ad efficaciaz. hoc modo Nam incarnatio xp̄i et eius passio non fuerūt occasionaliter preuise s3 ab eterno videbantur a deo ita q̄ deus intellexit se tanq̄ summū bonuz. In scd̄o signo intellexit omnes creaturas. In tercio signo aliquos homines predestinauit et circa aliquos habuit actum negatiuū. In quarto signo vidit aliquos casuros in adaz. In quinto puidit de remedio eop quomodo redimerentur p passionez filij sui tanq̄ p meritum. Sed diceres quid nobis christus meruit. dico q̄ meruit nobis quinq̄ sc3 peccati remissionem. scd̄o gratie infusionē tercio pene eterne et tpalis dimissionem. quarto diabolice potestatis pculcationem et ianue celestis apertionem. Ad primum principale dicendum q̄ meritum nō excedit premium qn̄ aliquis meretur pro seipso sed qn̄ aliquis meretur p alio meritū pt excedere premium. et sic meritum christi pt excedere premium nr̄m vt ipse meretur pro nobis. Ad secundum pt dici eodem modo vel pt distingui de fine. scd̄m viam pħi in. ij. phisicop. quia est finis simpliciter ⁊ est finis sub fine. et sic meritū christi pt ordinari ad premiū nr̄m tanq̄ finis sub fine. Ad terciū dico q̄ lic3 meritum christi sit formaliter finitū tñ acceptatur a deo extensiue tanq̄ infinitum et piungitur obiecto beatifico p gratiam et gloriam. Et quādo additur in minori q̄ peccatuz est infinitum. si intelligatur q̄ sit infinitum intensiue est falsissimum. quia tunc oportet ponere summum malū et rediret error manicheop.

Secundo queritur. Vtruz fuerit necessariū gen⁹ humanum repari per mortez christi. Videtur q̄ nō. q2 nobilior est angelus q̄ homo sed nō fuit necessariū angelū repari siue redimi p mortē christi. ergo. Preterea. genus humanuz repatur p illud in quo nullus laudatur. sed in passionibus nō laudamur. ex. ij. ethicop. ꝟ.

Ad contrarium est Anselmus libro secundo. Cur deus homo. vbi expresse dicit q genus humanū necesse fuit per passionem christi redimi. Item super illud ad Hebreos secūdo glosa. Auctorem salutis eorum p passionem consummare dicit. q nisi moreretur christus homo nō redimeretur. Responsio. In ista questione sunt duo articuli secundū duos modos dicēdi. primus modus est Anselmi in libro Cur deus homo. q ponit quatuor conclusiones. Prima q necesse fuit hominem redimi. Secunda q non potuit redimi sine satisfactione. Tercia est q ista satisfactio non potuit fieri per purum hominem vel per purā creaturā. Quarta conclusio q necessarium fuit istā satisfactionē fieri per christum qui est deus et homo. Primam conclusionem probat sic. Si non fuit necesse hominem redimi. ergo homo creatus fuit frustra. quod est inconueniens. Consequētia pbatur. q2 hō creatus est ad laudandum deū et diligendum et etiam ad fruendum ipso deo. Aut ergo deus deducit hominē ad hunc finem aut non. Si nō. ergo frustra creatus est homo. Si sic. cum iam lapsus erat per peccatū necesse fuit ipsum redimi. Secundā cōclusionē pbat sic. Iniustus est omnis homo qui non reddit deo quod debet. sz nullus iniustus admittitur ad beatitudinē. ergo qui non reddit deo qd debet non saluatur. Sed hoc nō redditur nisi satisfaciendo. ergo necesse fuit hominem redimi p satisfactionem. Terciam cōclusionem probat sic. Nullus satisfacit p peccato homīs nisi reddat deo aliquid maius omni eo pro quo homo nō debuit peccare. sed pro omni eo quod est aut esse potest non debuit peccare. ergo nullus satisfacit pro peccato hominis nisi reddat deo aliquid maius omni eo quod est aut esse potest. sed nullus purus homo hoc potest reddere. ergo purus homo non potest satisfacere pro peccato hominis. Quartam conclusionē probat sic. Ille potest satisfacere pro peccato hominis qui habet in se aliquid maius omni eo quod est sub deo et q sponte se offerat deo et qui vincat diabolum per asperitatem sicut primus homo submisit se diabolo per suauitatē. sed nihil est asperius morte et in christo est aliquod maius omni eo qd est sub deo etiam qui sponte se offerat deo. ergo necesse fuit p mortem christi hominem redimi et diabolum conculcari. Si ista conclusio Anselmi sic intelligatur q redēptio non potuit esse nisi per mortem christi et per aliquid sponte oblatū deo quod sit maius omni creatura. videtur esse dubia et cōtra dicta sanctorum. Dicit enim Augustinus. decimotercio de trinitate. capitulo decimo. et allegatur a magistro in litera. q alius modus redimendi hominem q̄ per mortem christi deo nō fuit impossibilis. Item Leo papa in sermone de ramis palmarum dicit q omnipotentia filij dei in qua equalis est patri potuisse liberare genus humanum solo imperio voluntatis sue. Item Gregorius. ij. moraliū. q nos fecit existere de nihilo reuocare etiā sine morte 7 passione sua potuit

Item ipsemet Anselmus. libro secūdo. Cur deus homo approbat dictū discipuli sui dicētis in .ij. libro. Cur deus homo. q minima lesio illius hominis fuit maior q peccata omnium hominū. ergo non oportuit ipm mori pter peccatū. quia sufficiebat minima lesio christi ad redimendum.

Ideo dicitur aliter ad questionē q necessitas est duplex scilicet absoluta et ordinata. Si loquamur de necessitate absoluta sic non fuit necessarium genus humanum redimi per passionem christi. sicut patuit per dicta sanctorum immediate allegata. Si autē loquamur de necessitate ordinata et potest dici necessitas consequentie eo q presupponit ordinationem diuinam. et sic fuit necessarium genus humanum redimi per passionem christi. et isto modo possunt exponi dicta Anselmi in quatuor conclusionibus primi articuli. Ad primum principale dico q si poneretur vnus angelus in vna specie tantum difficile esset respondere. Sed ponēdo in eadem specie sunt plures angeli soli numero differētes. patet q nō est simile de angelo et de homine. q2 per peccatū primi hominis tota species hūana erat damnata ideo erat reparanda. sed non fuit damnata tota vna species angelica. Ad secūdum dico q in passionibus naturalibus nō laudamur. sed in passionibus penalibus sicut est mors bene laudamur. sicut ptz de martiribus qui laudantur ex passionibus.

Post pdicta cōsiderandum. Circa .xxi. et .xxij. distinctionē queritur. Utrū corpus christi fuisset putrefactum si resurrectio non fuisset accelerata. Videtur q sic. quia natura non incipit aliquem motum quē non possit terminare ex tercio methaph. Sed in christo inceptus erat motus qui erat ad putrefactionem. quia anima vere fuit separata a corpore. ergo tandem illud corpus fuisset putrefactum. Confirmatur. Quia circa finem primi libri de anima dicitur q egrediente anima de corpore corpus marcescit et expirat. Preterea. Christus habuit defectus nature humane viuentis. igitur pari ratione habuit defectus nature humane mortue. Sz putrefactio est defectus consequēs naturam mortuam. ergo. Preterea. assumens naturā specificam assumit ꝓprietates nature illius. Sed putrefactio est ꝓprietas nature corporis mixti. cum ergo Christus habuit corpus mixtum sicut et nos sequitur q illud corpus fuisset putrefactum. Contra. In psalmo dicitur. Nō dabis sanctum tuum videre corruptionem. Rñº. In ista questione dicuntur tria. Primo quid est putrefactio. Secundo q corpus christi nō fuisset putrefactum si resurrectio nō fuisset accelarata. Tercio quare corpus christi nō fuisset putrefactum si resurrectio nō fuisset accelarata.

Quantum ad primum dicitur q putrefactio est corruptio ꝓportōis elementorum in mixto ꝑ exalationē humidi ꝯtinuantis ptes in mixto facta

ex caliditate corporis circumstatis. Et est talis ordo. Nam primo calidum corpis circumstatis educit humidum corpis qd putrescit in superficie ad quā sequitur putrefactio et demum incineratio. hoc totuz apparet in corpibus mortuoꝝ que primo in supficie humectātur cōsequenter putrescunt et demū incinerātur. Quantum ad secundum articulum dicitur ꝙ corpus christi non fuisset putrefactū. quia putrefactio est per hoc ꝙ in corpe nō est aliqua virtus ꝯtinens elementa. ex. j. de aīa. Sed in corpe cristi potuit esse et de facto fuit aliqua virtus ꝯtinens elementa scz virtus diuina. ergo. Preterea Christus non assumpsit aliquē defectum qui nō ꝓficeret ad redemptionem humani generis. Sed putrefactio illius corpis non ꝓficiebat ad redemptionē humani generis. quia iam erat redemptio facta p mortez que precedit putrefactionem. ergo. Quantum ad terciū articulū dicitur et valde pulcre ꝙ aliqua sunt futura quo ad causas naturales si ille cause naturales nō ꝓhiberentur et illud futurum non est futurū simpliciter nec euenit necessario ꝓpter causam supiorem ꝓhibentē causalitatem secundaꝝ causaꝝ. et tūc iudicandum est esse futurū ꝺm causam superiorem et vincentē. Exemplūz de hoc ponitur qn̄ Esaias nunciauit Ezechie ꝙ moreretur qui mortuus fuisset scdm causas naturales nisi qr causa supior id est deus ꝓhibuit et additi sunt ei. xv. anni vite. Ita dico in ꝓposito. Nam corpus xp̄i mortuum fuisset putrefactū quantuz est ex pte causaꝝ naturaliū si nō fuisset probibite. quia habuit causam naturalem resolutōis intrinsecam et extrinsecam. Deus aūt ꝓhibuit causalitatem secundaꝝ causaꝝ et ꝓhibuisset etiam si illud corpus non fuissz viuificatum vsqꝫ ad generalē resurrectionem. Sed hic est dubiū vnū si hoc fuisset factuz antiquo miraculo an nouo. Et dicit ħ quidā doctor ꝙ hoc fuisset factum antiquo miraculo. quia eodez velle quo deus vniuit sibi naturam humanā eodē preseruasset eam a corruptione. Alij autem dicunt ꝙ hoc factū fuisset nouo miraculo. quia actiuum naturaliter approximatū passiuo si nō impeditur et non agit hoc est p nouū miraculum. Sed tale passiuū erat corpus christi mortuum. quia tunc non erat gloriosuz nec illa vnguenta apposita preseruassent corpus a resolutione pro semp et habuit actiuuz approximatuz. ergo si nunq̄ fuisset putrefactum hoc fuisset ꝓpter nouū miraculum ita ꝙ alia volitione secundum rationez voluit corpus sibi vniri et alia preseruari a resolutōe. Accipiatur opinio que plus placet.

Ad primuz principale dico ꝙ natura non incipit motum quem non possit perficere quantū est ex se. Sz bene incipit quod non potest perficere. quia prohibetur a causa superiori. et sic est in ꝓposito. quod patz ex tercio articulo. Ad secundum dicendum ꝙ non est simile de natura viuente et natura mortua quantum ad defectus consequentes. quia christus assumpsit defectus in natura necessarios pro redemptione humaoi generis necessitate dico ordinate vt expositum est in distinctōe

precedenti. Putrefactio autem nõ erat defectus necessarius pro redemptione humani generis. Ad terciũ dicendum q duplex est proprietas scz separabilis et inseparabilis. De proprietate quidez inseparabili maior est vera. De proprietate vero separabili nõ Et tunc vlterius distinguo de proprietate separabili. quia quedam sunt necessaria pro fine redemptõis sicut mors. et istam christus assumpsit. Alia vero non necessaria pro isto fine sicut putrefactio. et istam nõ assumpsit. ergo ₜc.

Secundo queritur. Vtruz Christ⁹ in triduo fuit homo. Videtur q sic. q2 cristus in triduo fuit cristus ergo in triduo fuit homo. Antecedens probatur. quia idem predicatur de seipso. Consequentia probatur. quia quando ex opposito consequentis sequitur oppositum antecedentis tunc consequentia est bona. Sz sic est in proposito. ergo ₜc. Preterea. Christ⁹ in triduo habuit animam sibi vnitam. Sed anima cum sit forma hominis dicit totam quidditatem rei. ex septimo methaphisice. ergo christus in triduo fuit homo. Contra. A quocunqz remouetur superius ab eodez remouetur et inferius. Sed corpus animatum est superius ad hominem. ergo a quocũqz remouetur corpus animatum ab eodem remouetur homo. Sed christus in triduo non habuit corp⁹ animatum. ergo christus in triduo non fuit homo. Rñº. Ista questio potest dupliciter ptractari. Vno modo logice ad modum sophistarum. sicut tractatur ista propositio. Cesar est homo. nullo hoīe existente. Alio modo theologice. Primo modo nõ intendo eam pertractare sed secundo modo. et possunt esse quatuor articuli secundum quatuor modos dicendi. Vnus modus dicendi est Hugonis primo libro de sacramentis. q christus in triduo fuit homo. quia ipse ponit q anima sit homo vtens corpore. hoc accidit homini q vtatur corpore. quia anima sumpta per se ponitur ab eo esse suppositum. Sed christus in triduo habuit animam sibi vnitam. ergo christus in triduo fuit homo. Alius modus dicendi est Magistri qui tenet eandem conclusionem tamen propter aliud motiuum. Vult enim Magister q ad hoc q aliquis sit homo oportet q habeat animam et corpus non tamen oportet necessario q illa sint vnita inter se sed sufficit q ambo sint vnita in tercio. Sed corpus et anima christi licet non essent vnita inter se in triduo. erant tamẽ vnita in tercio scilicet in supposito diuino. quia quod semel assumpsit nunqz dimisit. ergo christus in triduo fuit homo. Tercius modus dicendi est aliquorum qui sequũtur Hugonem in cõclusione propter tale motiuum. Nihil est de per se ratione quidditatis nisi sola forma. ergo anima intellectiua que est forma hominis dicit totam quidditatem hominis. Sed in triduo christus habuit animam intellectiuam sibi vnitam. ergo christus in triduo fuit homo. Quod autem forma dicat totã quidditatem rei et q materia nõ p

tineat ad quidditatē rei. ꝓbatur sic. Materia est id quo res potest esse et nō esse. ex septimo methaphisice. ergo si materia dicat quidditatem rei sequitur ꝙ ipsum quod quid est sit corruptibile. cuius contrariū ꝓbat philosophꝰ septimo methaphisice. Preterea. ipsū quod quid est est principium cognoscendi. ex se ptimo metha. Sed materia non est principium cognoscendi. sed potius est ignota. ex septimo metha. et primo phisicorum. ergo non dicit quidditatem sed sola forma. Preterea. In his que per se habent quidditatem. quidditas est idem cum eo cuius est quidditas. ex septimo methaphisice. Ex hoc arguitur sic. Illud quod impedit ne quidditas sit idem cum eo cuius est quidditas nō dicit quidditatem. Sed materia est huiusmodi. ex septimo methaphisice. et tercio de anima. vbi dicitur. In hn̄tibus materiā aliud est quidditas et aliud cuius est quidditas. ergo Preterea. septimo methaphisic. capitulo de partibus diffinientibus dicitur ꝙ anima est substantia animati et quod erat esse. ergo quidditas animalis est tantū forma et anima. Contra istas tres opiniones arguitur per vnam autoritatē Augustini decimotercio de ciuitate dei vbi ait. Anima non est totus homo sed pars melior hominis. nec est totus homo corpus sed pars inferior hominis. et hoc est contra Hugonē et sequitur statim contra magistrū Cum vtrunqꝫ coniunctum fuerit simul scilicet corpus et anima habet nomen hominis. Hoc etiā quod est contra magistrum est contra terciā opinionem que dicit aīam esse totā quidditatem hominis. quia quidditas hominis includit totum quod est homo. Sed totus homo includit animam et corpus. ergo corpus hominis dicit aliquam quidditatem. ergo anima non dicit totam quidditatē hominis. Preterea. ista tercia opinio improbatur specialiter quantum ad hoc ꝙ dicit formā esse totam quidditatem rei et non materiam. quia quod dicit totam quidditatem rei est sufficiens ratio essendi rem illā. Sed forma rei puta forma ignis non est sufficiens ratio essendi ignem. ergo forma non dicit totā quidditatē rei. minor ꝓbat. qr quod est sufficiēs ratio essendi rem potest rem ponere in esse quolibet alio circumscripto. sed circumscripta materia a re puta ab igne. ignis non potest esse. ergo forma ignis circumscripta materia non est sufficiens ratio essendi ignem. Preterea. Ens completum in genere nulli alteri vnitur vt faciat per se vnum cum illo sed solū facit vnum per accidens vel per aggregationem. Sꝫ si forma rei puta ignis dicit totam quidditatem tunc esset ens per se completum in genere. ego nulli alteri vnitur vt faciat per se vnum. et tunc sequitur ꝙ hic ignis esset vnū per accidens et non per se. quod est falsum. Preterea. quod includit aliquam quidditatem per se in genere nec aliqua quidditas in genere includit ipm illud nō est in genere nec ꝑ se nec ꝑ reductōeꝫ. qr qđ est ꝑ se ī genere includit quidditatē

aliquam generis. et quod est in genere per reductionem includitur in quidditate alicuius in genere per se ergo si materia includitur in quidditate hominis et non includit quidditatem hominis. ergo materia non est in genere nec per se nec per reductionem. Sed quod non est in genere nec per se nec per reductionē vel est deus vel est nihil. Sed constat ꝙ materia non est deus. ergo materia erit nihil. quod est falsum. Ad primum alterius opinionis quando dicitur ꝙ si materia dicit quidditatē tunc ipsum quod quid est erit corruptibile. Dico ꝙ aliquid dicitur corruptibile vel potentia ꝓpinqua vel potentia remota. Nihil autē est corruptibile potētia ꝓpinqua nisi actu aliter existat in materia contracta. et tunc dico ꝙ ipsum quod quid est sine materia non est corruptibile. Sed si ipsum quod quid est: est in materia contracta bene potest esse corruptibile. Ad secundum cum dicitur ipsum quod quid est est principium cognoscendi et materia est ignota. Dicendum ꝙ nihil habens materiam cognoscitur perfecte nisi cognita tam materia ꝙ̄ forma. Aliter tamen est causa cognoscendi materia et aliter cognoscēdi forma. qꝛ quemadmodū differunt entitate ita differunt cognoscibilitate. et sic forma est maius ens ꝙ̄ materia ita etiā magis causat cognobilitatē forma ꝙ̄ materia. Et ulterius. quia materia habet esse in effectu per formam ergo forma facit cognoscere materiam. utrunqꝫ tamen est causa cognoscendi compositum sed forma principalius cognoscitur. unde ideo dicitur materia ignota. quia non est prima ratō cognoscendi illud cuius est. Ad terciꝫ quando dicitur ꝙ in habentibus materiam quidditas non est idem cum eo cuius est quidditas. Dico ꝙ quando aliquid habet quidditateꝫ primo et per se tūc ipsum quod quid est est idem primo et per se cum eo cuius est. Quando autem aliquid habet quidditateꝫ solum per accidens tūc quidditas est idem per se sed nō primo. Quando autem habet quidditateꝫ solum per accidens tunc quidditas est idem sibi tantum per accidens. tunc ad ꝓpositum. quia homo habet quidditatem per se et primo ideo quidditas est idem sibi. sed hic homo existens est habens quidditateꝫ per accidens et ita quidditas est idem per accidens sibi. Unde ad formam argumēti dico ꝙ in acceptis cum materia ꝯtracta non est quidditas idē per se cum eo cuius est quidditas sꝫ tantum per accidens. Ad quartū dico ꝙ philosophus dicit formā esse quidditateꝫ non ꝙ formaliter dicat totam quidditatem rei sed quia dicit principalem partem quidditatis. Respondendo ergo ad questionem ponitur quarta opinio que dicit ꝙ cum queritur. Utrum christus in triduo fuit homo. homo potest intelligi dupliciter scilicet materialiter et formaliter. Si intelligatur materialiter sic dicitur ꝙ cristus in triduo fuit homo. quia post mortem nulla entitas realis partialis fuit destructa immo quelibet talis entitas fuit unita verbo. et ideo fuit homo materialiter inquantum habuit partes sibi unitas. Si autem

intelligatur formaliter tunc christus in triduo non fuit homo. quia vt patet per auctoritatem Augustini allegatam contra opinionem precedentem ad hoc quod aliquis sit homo requiritur vnio actualis anime cum corpore. Sed in triduo anima cristi non erat actualiter vnita corpori. ergo christus in triduo non fuit homo formaliter. Scotus tenet eandem conclusionem. scilicet quod christus in triduo non fuit homo formaliter et habet talem rationem. Humanitas vel homo dicit entitatem absolutam vltra entitatem partium. et est illa entitas que resultat ex partibus vnitis. alias generatio et corruptio non terminarentur ad entitates absolutas. sed christus in triduo non habuit istam entitatem vnitam. quia in triduo non habuit partes hominis vnitas. ergo christus in triduo non fuit homo. Ad primum principale negetur antecedens. quia hec est falsa. christus in triduo fuit christus pro eo quod christus includit duos conceptus scilicet conceptum hominis et conceptum dei. in triduo autem non habuit conceptum importatum per hominem. Et per eandem viam potest negari consequentia. quia ex opposito consequentis non infertur oppositum antecedentis simpliciter sed tantum secundum vnum conceptum scilicet dei. Ad secundum patet ex dictis contra terciam opinionem. quia forma non dicit totam quidditatem hominis vt rò assumebat.

Um vero su-

pra habitum sit. Circa istam distinctionem vicesimam terciam. Queritur primo sine argumentis quid est fides. Respondeo secundum philosophum in elencis. ad multipliciter dictum est multipliciter respondendum. Sed fides accipitur multipliciter. ideo multiplices habet notificationes. Nam vno modo accipitur fides quantum ad genus proprium et diffinit eam Augustinus sic. Fides est veritas qua creduntur que non videntur. Alio modo accipitur quantum ad principium motiuum et diffinit eam Augustinus sic. Fides est illuminatio mentis ad summam veritatem. Tercio modo accipitur fides quantum ad actum proprium. et diffinit eam Damascenus sic. Fides est inquisitus consensus circa primam veritatem. Quarto modo accipitur fides quantum ad subiectum et diffinit eam Dionisius sic. libro de di. no. Fides est vnicum credentium fundamentum eos collocans veritati. Quinto modo accipitur fides inquantum est habitus disperatus et diffinit eam Augustinus sic. Fides est quedam certitudo de rebus absentibus supra opinionem et infra scientiam constituta. Vltimo accipitur fides in comparatione ad obiectum et ad vltimum finem et sic diffinit eam Apostolus in epistola ad Hebreos dicens. Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium.

Secundo queritur. Utruz necesse sit ponere fidem infusam. Videtur q non quia nulla pluralitas est ponenda sine necessitate. sed nō est necesse ponere fidem infusaz. ergo. Probatur minor. Habitus propter actum ponitur. sz actus fidei est credere. Nunc autem possum ista credere per fidem acquisitam sicut per fidem infusam. sicut patet de homine qui nunq vidit romam et tn̄ credit romam esse ex auditu. ergo non est necesse ponere fidem infusam.

Preterea. si poneretur in nobis fides infusa a deo tunc illa non potest in nobis corrumpi sive annihilari. sed consequens est falsum. ergo et illud ex quo sequitur. Probatio consequentie. Si fides infusa posset corrumpi. hoc non est nisi p maximum peccatum. puta per odium dei. sed hoc non valet. quia demones odiunt deum et tamen credunt et contremiscunt vt habetur in Canonica Jacobi. Preterea. habens habitum potest elicere actum Sed habitus est quo habens vtitur cum voluerit per commentatorem tercio de anima. Sed habens fidez infusam sine fide acquisita non potest elicere actum credendi sicut patet in parvulis baptisatis. ergo non est necesse ponere fidem infusam.

Contra. Apostolus ad Hebreos vndecimo. Sine fide impossibile est placere deo. aut ergo hoc dicit Apostolus de fide acquisita. aut de fide infusa. Non de fide acquisita. quia parvuli baptisati placent deo et tamen non habent fidem acquisitam. ergo dicit de fide infusa. et per consequens oportet ponere fidem infusam. Responsio. In ista questione sunt tria declaranda. Primo q oportet ponere fidem acquisitaz Secundo q oportet ponere fidem infusam. Tercio si fides infusa et acquisita sint alterius rationis.

Quantum ad primum scilicet q oportet ponere fidem acquisitam. Probatur sic. Apostolus ad Romanos decimo. Fides inquit est ex auditu. sed fides ex auditu est fides acquisita. ergo oportet ponere fidem acquisitam. Item Augustinus cōtra epistolam fundamenti dicit sic. Euangelio non crederem nisi ecclesie crederem. Et ait ibidem q euangelium nazareorum non admittam quia non admittitur ab ecclesia.

Ex hoc arguitur sic. Illud quod habetur per testificationem humanam habetur per fidem acquisitam Sed de divinis habemus noticiam per testificationem humanaz vt patet ex auctoritate Augustini allegata. ergo oportet ponere de eis fidez acquisitam. Preterea. ad idez habetur experimentum. quia si inter christianos moraretur iudeus iste non haberet fidem infusam et tamen crederet habendo fidem acquisitam. Sicut ponitur de quodaz

paruulo iudeorum qui iuit ad communicandum cum christianis. Itē est aliud experimentum de heretico qui credit vnum articulum circa alium errat. Iste inquantum hereticus habet fidem acquisitam quantum ad articulum quem credit et tamen non habet fidem infusam.

Quantum ad secundum principale scilicet ꝙ oportet ponere fidez infusam illud non potest efficaciter probari nisi auctoribus. Primo auctoritate Apostoli ad Hebreos. Sine fide inquit impossibile est placere deo. Vt enī arguebatur ad principale. Aut hoc dicit Apostolus de fide acquisita aut de fide infusa. sed non de acquisita; quia paruuli baptisati placent deo et non habent fidem acquisitam. ergo dicit de infusa. Preterea. Apostolus ad corintheos ait. Nunc autem manent fides spes charitas. sed oportet ponere charitatem infusam, ergo et fidem infusam. Preterea. hoc persuadetur tali ratione. Sicut ele[illegible]tur voluntas ad finem supernaturalem. ita eleuatur intellectus ad suum obiectum supernaturale. Sed voluntas eleuatur per habitum infusum id est per charitatem infusaz. ita similiter intellectus per aliquez habitum infusum. sed talis habitus ponitur fides infusa. ergo oportet ponere fidem infusam. Et ex ista persuasione patet ad quid ponitur fides infusa. Ponitur enī vt pficiat intellectuz in actu primo et in actu secundo. quia sicut charitas pficit voluntatez in actu primo et in actu secundo. quia per charitatem mouetur ardentius circa dilectionez dei ita intellectus per fidem infusam mouetur cum maiori assensu circa credulitatem diuinorum. Quantum ad tercium articulum dicitur communiter ꝙ fides infusa et fides acquisita sunt alterius rationis. qꝛ si essent eiusdem rationis altera superflueret. quod est inconueniens. quia vanum est fieri per plura quod potest fieri per pauciora. ex primo phisicorum. Preterea. Si fides acquisita et fides infusa non essent alterius rationis tunc sicut fides acquisita potest acquiri naturaliter. ita fides infusa posset acquiri naturaliter. quod est falsum.

Preterea. probant aliqui idem sic. Actus differentes specie arguunt causas differentes specie. Sed actus fidei acquisite et fidei infuse differunt specie. ergo ⁊c̄. Probatio minoris. quia actus fidei infuse est credere diuine veritati propter se cui non subest aliquod falsum. Act⁹ autem fidei acquisite est credere diuine veritati propter signum et fidei acquisite potest subesse aliquod falsum. ergo ⁊c̄. Item actus fidei acquisite verificatur testimonio fallibili. qꝛ testimonio hoīm qd̄ fallitur

Actus autẽ fidei infuse verificatur testimonio infallibili. puta testimonio diuino qḋ nunq̄ fallit. Sed ista rõ habet maiorẽ falsam. quia sol manens idẽ ſm speciẽ habet desiccare lutũ et humectare glaciem ⁊ tamen iste actus sunt specie differentes.

Ad primum principale concessa maiore negetur minor. et quando ꝓbatur ꝑ hoc ꝙ actus credẽdi potest haberi per fidem acquisitum sicut ꝑ infusam. dico ꝙ est falsum. quia fidei acquisite potest subesse aliquod falsum. sicut patz in heretico qui habet fidem acquisitam circa vnum articulum tantum. Fidei autem infuse non potest subesse aliquod falsum. Similiter fides acquisita habetur testimonio humano. fides autem infusa datur a deo. Ad aliud dico ꝙ verum est ꝙ fides non corrumpitur effectiue. corrumpitur tamen a nobis demeritorie. sicut gratia annihilatur ꝑ peccatuz. Et cum dicitur. ergo corrumpitur per maximum demeritum. puta per odiuz dei. hoc nego. q2 corrumpitur per id quod habet oppositum ad fidem scilicet per infidelitatez circa credibilia seu circa illa que sunt credenda. Ad vltimum dicitur ꝙ argumentũ nõ valet. quia ad hoc ꝙ aliquis ꝑ habitũ infusum exeat in actum oportet presupponere duo. scilicet actum fidei acquisite cum habitu et actum volũtatis cum ipsa voluntate. Sed contra. quia adam habuit habituz fidei infuse et tamen non oportuit ꝙ habuerit fidem acquisitam. Preterea. ꝑfectior est fides infusa q̄ habitus geometrie. Sed si aliquis haberet geometriam infusam posset exire in actum. ergo similiter in ꝓposito per fidem infusam potest aliquis exire in actum. Ideo aliter dicitur ꝙ argumentum non valet pro eo ꝙ secundum modum habitus sequitur actus. et q2 habitus infusus principaliter est ad perficiendum intellectuz in esse primo. et nõ quantum ad secundum actũ. ideo dato ꝙ ponatur fides infusa perficiens intellectum in esse primo. non propter hoc sequitur actus secundus nisi ꝑ suppositis aliis concurrentibus circumstantiis scilicet euidentia obiecti aut in se aut in reuelatõne.

Hic oritur questio si tantuz. Circa istã distinctionem vicesimã quartam et sequentem queritur primo. Utrum de credibilibus reuelatis potest aliquis habere simul fidem et scientiam. Et videtur ꝙ sic. quia vt ait saluator in Johãne quia vidisti me thoma credidisti. ergo thomas simul vidit et credidit et per consequens de eodẽ simul habuit fidem et scientiam.

Preterea. Petrus et Johãnes viderunt christum crucifixum. sz inter alios articulos vnus est credere christum crucifixum. non autem est dicendum ꝙ Petrus et Johannes non habuerunt fidem de christo crucifixo et constat ꝙ viderunt. ergo simul habuerunt fidem et scientiã. Preterea non plus repugnat fides et sciẽtia de eodẽ q̄ sciẽtia et opinio. ergo similiter pñt esse simul de eodẽ fides ⁊ sciẽtia. ꝓbatio minoris

Esto q aliquis cognoscat aliquam conclusionem per sylogismum pbabilem tunc habebit opinionē. postremo cognoscat eandez cclusionem p sylogismum demonstratiuum tūc habebit sci entiam. ergo simul de eadez conclusione habebit opinionem et scientiam. Contra que cognoscuntur per scientiaz subiacent rationi. que autem creduntur p fidem sunt supra rationem. sed impossibile est idem simul esse supra rationem et infra rationem et per cōsequens impossibile est idem esse simul creditū et scitum. Rñº. In ista questione sunt duo videnda. Primo de credibilibus reuelatis. Secundo si de credibilibus reuelatis possit haberi simul fides et scientia. Primus articulus nihil aliud querit nisi si theologia credibilium reuelatoꝝ sit sciētia in intellectu nostro et hoc patet libro primo in prologo questione. ij. scđm diuersas opiniones. Quantum ad secundum. pretermissa opinione thome de scientia subalternante et subalternata et opinione henrici de triplici lumine. quia harum opinionum improbatio patet supra libro primo. Ideo dico secundum terciā opinionem que est Scoti. q scientia potest dupliciter accipi Uno modo large put est noticia cum adhesione que habetur ex testimonio aliquorū vt ponit Augustinus. xv. de trinita. Alio modo accipitur scientia stricte eo modo quo loquitur de ea phus p̄mo posterioꝝ. scilicet q est cognitio certa et obiecti necessarij habentis euidentiaz ex aliquo naturaliter prius noto applicata ad scitum p actuz sylogisticum. Ad propositum si loquimur de scientia primo modo cceditur q de eodez potest haberi fides et scientia. quia non repugnant. Si autem loquamur de scientia secūdo modo tunc est impossibile q de eodē habeatur in vno intellectu simul fides et scientia. Cuius ratō est ista Que formaliter repugnant non possunt esse simul in eodem. sed fides et scientia secundo modo sumpta formaliter repugnant. ergo. Minor pbatur. Nam de ratōne scientie est q sit euidens. de ratione fidei non est q sit euidens. sed euidens ⁊ non euidens formaliter repugnant. ergo. Item scientia est cognitio certa sine enigmate. fides autem non est cognitio certa et necessario est cum enigmate. Sed certum et non certuz cū enigmate et sine enigmate formaliter repugnant. ergo fides et scientia formaliter repugnant. Ad primū principale patz p Gregoriū in omelia octaue pasce qui dicit. q thomas vnum vidit ⁊ aliud credidit et sic nō fuerunt de eodē fides et visio. Ad secundum dicendum q si ponitur q sit vna fides omnium articulorum tunc Petrus et Johannes vnum fidei habitum habuerunt et per illum crediderunt articulos fidei. non tamen oportuit q haberent actum fidei respectu huius articuli scz crucifixionis in speciali. Ad aliud dico q quando effectus sunt simul in aliquo incompossibiles. similiter ⁊ cause sunt incompossibiles simul in causando. et si fortior causa causat tunc causalitas inferioris cause impeditur. et sic est in pposito de opinione et scientia. Cum enim aliquis nouit vnam cclusionem p opinionem sine

per sylogisimum probabilez. et post/
modum ꝑ demonstrationē tunc sim/
peditur causalitas opinionis. quia
demōstratio est fortior opinione. et
sic falsa est illa opinio que dicebat ꝙ
scientia et opinio possunt esse simul
de eodem in vno intellectu.

Secundo queritur. Utruz
quilibet habens vsum ra/
tionis teneatur scire ⁊ cre
dere oēs articulos fidei
Et videtur ꝙ sic. quia sicut se habet
obedientia respectu ꝓceptoꝝ. ita
se habet fides respectu articulorū.
Sed non est vera obedientia nisi obe
diat omnibus preceptis. ergo nō est
vera fides nisi assentiat oībus ar/
ticulis fidei. Preterea. sicut se ha
bet charitas ad diligibilia. ita se ha
bet fides ad credibilia. sed nō est ve/
ra charitas que nō extendit se ad o/
mne diligibile. ergo non est vera fi/
des nisi assentiat omnibus articulis
fidei et ꝑ consequens sciat et credat
eosdem. Cōtra. plus tenentur ma
iores q̄ʒ minores in ecclesia. sed ma/
iores tenentur scire oēs articulos
fidei. ergo minores non tenentur sci
re omnes articulos fidei. alias tan/
tum tenerentur minores quantū ma
iores. Rn̄o. In ista questione sūt
duo vidēda. Primo qui et quot sunt
articuli fidei. Secundo principale
quesitum. Quantum ad primum
dico ꝙ articuli fidei aut distinguun
tur secundū credita et sic sunt qua/
tuordecim. aut distinguuntur scđm
ponentes simbolum et sic sunt duo/
decim scđm numeruz duodecim apo
stolorum. Primum patet sic. Si enī
articuli distinguuntur scđm credita
aut hoc est ratōne diuinitatis aut ra
tione assumpte humanitatis. Si ra/
tione diuinitatis tunc sunt septem.
quia aut est articulus diuine nature
aut sūt articuli rōe ꝑsonaꝝ. aut sunt
articuli ratione effectus ꝓprij. Si ra
tione diuine nature sic est vnus arti
culus scilicet. Credo in vnum deum
Si aūt ratione ꝑsonaꝝ sic sunt tres
articuli secundū ꝙ tres sunt ꝑsone.
Unus. Credo in patrez omnipoten
tem. Alius credo in iesum christum
filium dei vnigenitum dn̄m nostruz
Alius credo in spiritum sanctuz. Si
autē accipiantur in ratione effectus
ꝓprij dei sic sunt tres articuli. Unus
spectat ad creationem. ideo dicitur
creatorez celi et terre. Alius spectat
ad gratificatōnem. ideo dicitur. cre
do sanctoꝝ ꝯmunionem remissionez
peccatoꝝ. Alius spectat ad glorifi/
cationem. ideo dicitur. carnis resur
rectionem et vitam eternam amen.
Si autem accipiantur articuli rati/
one assumpte humanitatis sic sunt
septem articuli alij. Primus spectat
ad christi ꝯceptionem. ideo dicitur.
qui conceptus est de spiritu sancto.
Secūdus ad christi natiuitatē. ideo
dicitur. natus ex maria virgine. Ter
cius ad christi passionem. ideo dici/
tur. passus sub pontio pilato crucifi
xus mortuus et sepultus. Quartus
ꝑtinet ad descensuz ad inferos. ideo
dicitur. descendit ad inferna. Quin
tus ad christi resurrectionez. ideo di
citur. tercia die resurrexit a mortu/
is. Sextus ad ascensionem. ideo dici
tur. ascendit ad celos sedet ad dexte
ram dei patris omnipotētis. Septi
mus spectat ad finale iudiciuz. ideo
dicitur. Inde venturus est iudicare

vivos et mortuos. et sic patz qꝫ sunt quatuordecim articuli si distinctio articulorꝫ sumatur ad ꝯparationem ad credita. Si aūt distinctio articulorꝫ sumatur ꝑ ꝯparationem ad ꝯponētes simbolū vel penes ꝯpositores simboli sic sunt duodecim ꝓm numerū duodecim apl'orꝫ. Et licz hic sint multi ⁊ diversi modi assignādi sequor tū modū bonaventure qui plus mihi placet. dicit enī sic. qꝫ petrus primo posuit hanc particulā. Credo in deū p̄rem omnipotentē creatorē celi et terre. Scd'o andreas subiūxit. Et in iesum xp̄m filiū eius vnicū dn̄m nr̄m. Tercio Johannes supaddidit. qui ↄceptus est de spū sancto natus ex maria virgine. Quarto Jacobus maior intulit. Passus sub pontio pilato crucifixus mortuus et sepultus. Quinto Thomas adiunxit. Descendit ad inferna. tercia die resurrexit a mortuis. Sexto Jacobus minor addidit. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei pr̄is omnipotētis. Septimo Philippus adiunxit. Inde venturus est iudicare vivos ⁊ mortuos. Octavo Bartholomeus intulit. Credo in spiritū sanctū. Nono Matheus subiūxit. sanctā ecclesiā catholicā. Decimo Simon addidit. scōꝝ ↄmunionē remissionē peccōꝝ. Undecimo iudas thadeus supaddidit. Carnis resurrectionē. Duodecimo Mathias ↄsummauit. et vitā eternā Amen.

Quantū ad scd'm dicendū qꝫ quilibz xp̄ianus hn̄s vsum rōnis tenetur scire et credere oēs articulos fidei. Hoc aūt pt intelligi tripliciter. Uno mō qꝫ oēs credat implicite. Alio mō qꝫ oēs credat explicite. Tercio mō qꝫ quosdā credat explicite ⁊ quosdam implicite. Credere aūt oēs implicite est fidei diminute ⁊ hoc nō sufficit qr hn̄s vsum rōis tenetur scire ⁊ credere distincte aliq̄s articulos. Credere aūt oēs articulos fidei explicite est fidei iam ꝑfecte ⁊ ad hoc nō tenētur oēs. sed tenentur tm̄ maiores. puta rectores ecclesiaꝝ ⁊ p̄dicatores verbi divini. ꝓpter qd' inconvenienter factū est ↄmittere curā aīaꝝ et ecclesiarū auctoritatē qꝫ predicādi hoīb' insciꝭs. qr dubiū est ne dei pecudē ducant in errorē. Credere aūt aliquos articulos explicite et aliquos implicite est fidei necessarie ad salutez. qr ad illos articulos credendos explicite tenētur hoīes quos manifestat eis p̄dicatio vel ecclesiasticus vsus atqꝫ ↄsuetudo. sicut credere dei vnitatem et trinitatē. Implicite aūt tenētur oēs hoīes credere oēs articulos sub isto intellectu. vt credāt oīe qd' credit et tenet sancta mr̄ ecclesia romana. Ad argumēta principalia de obediētia ⁊ charitate que hn̄t eandē vim dicendū. qꝫ nō est silr' de obediētia charitate et fide. qr fides ↄsistit in cognitōe. obediētia aūt et charitas ↄsistūt in executōe. Nūc autē vt sit ꝑfecta executio nō sufficit agere in vniversali nisi fiat perfecta actio circa oīe ꝑticulare. et ideo obedientia respicit oīe p̄ceptū et charitas oīe diligibile. sz in cognitōne nō sic est. Sufficit enī ↄgnoscere in vniversali absqꝫ eo qꝫ cognoscātur oīa in ꝑticulari. et ideo sufficit fidei qꝫ habeatur cognitio aliquoꝝ articulorū explicite et aliquoꝝ implicite.

Est autez spes virtus. Circa distinctio nē.xxvj.queritur. Utrū spes sit virtus theologica distincta a fide ⁊ charitate. Et videtur primo ꝙ non sit virtus. Quia nulla virtus est passio.ex.ij. ethicoꝝ. Sed spes est passio.ergo. Preterea.videtur ꝙ non sit virtus theologica.quia medietas duarum maliciarum est virtus cardinalis nō theologica.sed spes est virtus duaꝝ maliciarum.quia est medietas inter ꝑsumptionem et desperationem.ergo spes est virtus cardinalis et nō theologica. Preterea.videtur ꝙ nō sit virtus distincta a charitate et fide.qꝛ duo ꝑfectibilia respectu eiusdem obiecti numero sufficienter ꝑficiuntur per duas ꝑfectiones. Sed in anima sunt duo perfectibilia. scilicet intellectus et voluntas que respiciunt idem scꝫ deum.ergo sufficienter ꝑficiuntur per duas ꝑfectiones. Sꝫ iste perfectiones sunt fides et charitas.ergo non oportet ponere spem distinctam a fide et charitate. Contra. Illud quod subseruit ꝯtemplationi et sursum eleuat mentem in deum est virtus theoloica.sed spes est hmōi.ergo. Preterea. Apostolus prima Chorintheoꝝ.xiij. Nunc manent fides spes charitas tria hec.ergo scd̄m Apostolum spes est virtus distincta a fide et charitate. Respōsio. In ista questione sunt tria videnda. Primo si spes est virt⁹ theoloica. Secūdo si spes est virtus distincta a fide et charitate. Tercio si spes est prior charitate. Quantum ad primum patet per omnes ꝙ spes est virtus theoloica. qđ ꝓbatur sic. Fides est virtus theoloica.quia habet deū pro obiecto in ratione motiui. Sed spes similiter habet deum ꝓ obiecto in ratione motiui.ergo spes est virtus theoloica.mioꝛ ꝓbatur. qꝛ sicut fides in credēdo tanꝙ demonstrāti vera sic spes deo innitit̄ tanꝙ ꝓmittenti magna. Preterea.ꝓbat̄ idez sic. Quod facit ad reparationē imaginis create est virtus theoloica.sed spes facit ad reparationē imaginis create.ergo. Ad declarationē huius rationis dicitur ꝙ quemadmodum in anima sunt tres dotes scd̄m tres vires.scꝫ visio que ꝑficit partē rationalē.et dilectio que ꝑficit partem cōcupiscibilem et tentio que ꝑficit partem irascibilē. Sic correspondenter.ꝓ statu vie hui⁹ ponunt̄ tres habitus perficiētes animā. scꝫ fides spes et charitas.hoc tamē quibusdā nō placet ⁊ de eius improbatōe nūc transeo. Quantū ad secundū articulum videtur quibusdam ꝓbabiliter dicendū ꝙ spes nō est virtus distincta a fide et charitate. sed cōplectitur tam fidem ꝙ charitatē. Unde sicut liberū arbitrium includit intellectum memoriā et voluntatem ⁊ tamē memoria nō est potētia diuersa ab intellectu includit tamē memoria duo vt dictū fuit in primo libro. sic spes nō est virtus distincta a fide et charitate includit tamen eas. Et declaratur sic.spes scd̄m rōnem suam diffinitiuam est certa expectatio future glorie. Inquantum aūt spes dicitur certitudo sic respicit intellectum et includit fidem que est in intellectu.quia certitudo spei habetur ꝑ intellectuꝫ lumine fidei illustratū

Inquantum autem spes dicitur expectatio sic respicit voluntatem et includit charitatem que est in voluntate. quia desiderium voluntatis habetur cum charitate informante.

Ista cõclusio ꝓbatur sic. Nulla pluralitas est ponenda sine necessitate ex primo phisicoꝝ. Sed non est necesse ponere spem distinctam a fide et charitate. ergo. Probatio. Nam finis supernaturalis ad quem ordinatur virtus theologica sufficiẽter habetur ꝑ cognitionem et amorem. Sed cognitio habetur per fidem amor vero per charitatem. ergo sufficiunt fides et charitas. et sic nõ est necesse ponere spem. Alia est opinio ꝯmunis doctoꝝ quam teneo. ꝙ spes est virtus distincta a fide et caritate. quia Apostolus prima Chorinteorum. xiij. capitulo dicit. Nũc manẽt fides spes charitas tria hec. Preterea habitus distinguũtur penes obiecta. ex. vj metha. et ex. vj. ethicoꝝ. Sed obiectum spei distinguitur ab obiecto fidei et charitatis ergo. Probatio minoris. Obiectuꝫ spei est bonum arduum absens possibile tamen haberi. Per hoc auteꝫ ꝙ dicitur obiectũ bonum distinguitur a fide. quia obiectum fidei est verum. per hoc auteꝫ ꝙ dicitur absens distinguitur a charitate. quia charitas est respectu presentis ⁊ absentis spes autẽ respectu absentis. Preterea. sicut potentie distinguuntur per actus. ita distinguuntur et habitus. Sed alius est actus spei ab actibus fidei et charitatis. ergo. Probatio minoris. ꝙ actus spei sit alius ab actu fidei. patꝫ. quia actus fidei est credere actus autem spei est desiderare. ꝙ autem actus spei sit alius ab actu charitatis patet. quia actus charitatis est nobilissimus. quia est ex amore amicicie. actus auteꝫ spei non est nobilissimus. quia est ex amore concupiscentie. Preterea. Anselmus de casu diaboli ponit duplicem affectionem in voluntate scilicet affectionem iusticie et affectõeꝫ comodi. Sed affectione iusticie perficimur charitate. affectione autem comodi perficimur spe. ergo spes et charitas non sunt ideꝫ. Et tunc vlterius infertur ꝙ spes distinguatur a fide. quia spes est in voluntate fides autem in intellectu. Ex predictis potest patere argumentũ precedentis opinionis. quia minor est falsa. Est enim necessitas ponendi spem distinctam a fide et charitate. tum ratione obiecti. tum rõne actus tum ratione duplicis affectionis vt statim dictum est. tum etiã propter dictum Apostoli. Nunc autem manent fides spes et charitas tria hec. Si autem queras qualiter distinguatur spes a fide et caritate quauis ad hoc possit patere ex dictis. tamẽ dicitur aliter sic ꝙ spes distinguitur a fide. qꝛ fides est vniuersalior spes autem particularior. Nam fides est certitudo noticie quantum ad omnia pñtia preterita et futura. Spes autem est certitudo soluꝫ de futuris Similiter spes distinguitur a charitate. quia charitas est vniuersalior spes auteꝫ particularior. Nam charitas est respectu boni presentis et absentis. Spes autem respectu boni absentis tantum. Quantuꝫ ad tercium articulum scilicet si habitus spei sit prior charitate. Dicendũ ꝙ

dupliciter contingit cōparare habitū spei ad habitū caritatis. vno mō rōne habituū in se. Alio mō rōe habituū comparatorum ad actum Si primo modo dico ꝙ spes et charitas non habent ordinem prioris. qꝛ cum sint virtutes gratuite constat ꝙ simul infunduntur. Si autem loquamur de istis habitibus in cōparatione ad actus. cum actus spei ꝑparet et disponat ad actum charitatis tunc quodam ordine originis et preparatōnis actus spei antecedit actuꝫ charitatis et habitus spei habitum charitatis. Ad primū principale dico. ꝙ vt patet per Arestotilem primo periarmenias. Nomina sunt imposita ad placitū. vnde spes potest imponi ad significandū passionem impressam in appetitu sensitiuo. et sic non est virtus nec theologica nec moralis. Alio modo potest accipi spes inquantum est habitus inclinans ad sperandum obiectum absens. et sic est virtus theoloica et isto modo loquimur hic in presenti de spe. Ad secundum dicitur ꝑm viam Bonauēture ꝙ virtus potest dici medium duarum maliciarū duobus modis. Vno modo sicut constitutiua maliciaruꝫ in eo ꝙ retinēt aliquid in nomine non in re de vtroq; extremo sicut liberalitas. quia liberalis est qui retinet retinenda et sic conuenit cum auaro. Item dat danda et sic conuenit cum prodigo Alio modo accipitur mediuꝫ maliciarum inquantum est destructiuum. sicut spes destruit id est remouet ꝑsumptionem et desprationem. maior autem est vera de medio primo modo sumpto et nō de medio seu de medietate secundo modo sicut est in ꝓposito. Ad vltimū dicitur ꝙ argumentum non valet. quia cum sint tres partes perfectibiles imaginis scilicet intellectus memoria et voluntas. oportet correspondēter ponere tres perfectiones. scilicet fidē spem et charitatem. Contra. due partes imaginis scilicet intellectus et memoria pertinent ad eandeꝫ potentiam intellectiuam. ergo duo habitus theologici. puta fides et spes erunt in intellectu. quod est falsum. quia spes ꝯmuniter ponitur in volūtate non in intellectu. Ideo aliter dicitur ꝙ licet in animā sint due potentie ꝑfectibiles tamen altera istarum scilicet voluntas habꝫ duas affectiones. scilicet affectionem iusticie et affectionem comodi secundū Anselmum libro de casu diaboli. in affectione autem iusticie perficitur charitate. in affectione auteꝫ comodi perficitur spe. Ideo in voluntate ponuntur spes et charitas. in intellectu autem ponitur tantuꝫ fides et sic patet ꝙ sunt tantum tres virtutes theologice et non plures.

Qvm cristus fidem et spem. Circa istā distinctionem. Vicesimam septimaꝫ queritur. Vtrum sit aliqua virtus theoloica inclinans ad diligendum deum sup omnia. Et videtur ꝙ non. quia si esset aliqua virtus inclinans ad diligendum deum super omnia illa esset amicicia quod patet ex eius actu. qꝛ actus amicicie est amare. Sed non est amicicia ad deum secundum philosophum. nono ethicorum. et hoc

est propter inequalitatē. quia deus habet excessum ad creaturam. amicicia autem est inter equalia. ergo. Preterea. nulla virtus mouet ad actum impossibilem. sed diligere deum super oīa est impossibile. quia nullus potest diligere deum supra se. Minor probatur quadrupliciter Primo sic natura determinatur ad vnum. sed natura determinatur ad appetendum esse proprium ex secundo de generatione. ergo non potest appetere nō esse sui propter esse dei et per consequens non diligit deum plus q̄ se. Secundo sic. oīs amicicia que est ad alterum est propter amiciciaꝫ que est ad se. ex nono ethicorum. sed propter quod vnumquodq; tale et illud magis ex primo posteriorum. ergo quilibet diligit se plus q̄ alium et plus q̄ deum. Tercio sic. omnis amicicia fundatur super aliquam vnitatem ex octauo et nono ethicoruꝫ. ergo vbi est maior vnitas ibi est maior amicicia seu amor. Sed maior est vnitas eiusdem ad se q̄ ad alium vel ad deum. ergo nullus diligit deum plus q̄ se. Quarto. quia quilibet diligit se quantum potest. ergo nullus diligit deū plus q̄ se. consequentia patet. quia tunc diligeret deum vltra posse. In contrarium est magister in litera et Augustinꝰ in libro de doctrina christiana. Responsio. In ista questione sunt tria videnda. Primo si diligere deum super omnia est actus de se rectus. Secundo si natura potest in hunc actuꝫ qui est diligere deum super omnia circumscripto habitu charitatis infuso. Tercio oportet remouere vnum dubiū. Quantum ad primum dico. q diligere deum sup omnia est actus de se rectus quia actus conformabilis rationi recte naturali in eo q recta ratō dictat optimum esse diligendum summe est actus de se rectus. Sed actꝰ diligendi deum super omnia est huiusmodi. ergo ꝛc̄. Secundo probatur idem a quodam doctore sic. Sicut principium in speculabilibus respectu intellectus. ita finis in agibilibus respectu voluntatis. vt patet per philosophum secundo phisicorum et sexto ethicorum. Sed sic se habet principium in speculabilibus q intellectꝰ circa primū principium est de se rectus et verus. ita q intellectus circa primum principium non errat per commentatoreꝫ secundo methaphisice. ergo similiter voluntas in diligendo vltimum finem ita q diligendo ipsuꝫ semper eius actus est rectus. Quantum ad secundum articulum est vna opinio q natura non potest in actum istuꝫ qui est diligere deum super omnia sine habitu charitatis infuso. quia nullus potest naturaliter deum diligere plus q̄ se. Tum quia natura determinatur ad appetendum esse proprium. tum quia amicicia que est ad alterum est ex amicicia que est ad se tum quia amicicia fundatur super aliqua vnitate. tum etiam quia quilibet amat se quantum potest. et hec omnia tangebantur in secundo articulo ad principale.

Alia est opinio quam teneo q circumscripto habitu charitatis infuso natura p̄t in hunc actuꝫ qui est diligere deum super omnia maxime si loquamur de statu nature institute.

Unde Augustinus in libro de fide ad petrum. Spiritus rationales ita creauit deus vt ipsuz plus diligirēt q̄ seipsos. et idem in libro retractionum. Magis mihi debeo q̄ ceteris hominibus. sed magis deo q̄ mihi. Et iterum in libro de vera religione dicit. De perfectōne iusticie est vt magis deum q̄ nos diligamus.

Preterea. probatur idem per rationes. quia si homo non potest diligere deum plus q̄ se nisi per charitatem. tunc homo potest scire si essz in charitate vel non. quia potest scire si diligit deum plus q̄ se. consequens est falsum. quia nemo scit an odio vel amore dignus sit. ergo et antecedens. Preterea. bonum cōmune in quo includitur bonum particulare est dignius et magis appetendum. ex. i. ethicoruz. sed bonitas dei est bonuz vniuersale in quo clauditur omne bonum particulare. ergo ipsum naturaliter plus appetim⁹ et diligimus sicut etiaz naturaliter plus diligimus totum q̄ partez. qđ patet in exemplo. quia homo naturaliter exponit manum suam ꝑpter defensionem totius corporis ne percutiat. Preterea. hō nō minus diligit obiectum beatificum q̄ ipsam beatitudinem per Augustinum. xiij de trinita. ergo summe diligit obiectum beatificum quod est deus. Et confirmatur ratio per hoc. quia si desperatus occidit seipsuz odit suum esse et tamen non odit beatitudinem. ergo plus amat beatitudinem seu obiectum beatitudinis q̄ seipm.

Preterea. ratio naturalis dictat creature rationali aliquid esse summe diligendum. sed ratio naturalis recta non dictat aliquid summe diligendum nisi sit infinitum. ergo ratio naturalis dictat bonum infinitum summe esse diligendum. et ꝑ cōsequens voluntas pt in hunc actum ex puris naturalibus. Ultimo ad idem arguo sic. Quandocunqz aliq̄ ratio conuenit alicui per essentiam alteri per participationem. actus q̄ transit super illa ꝑpter talem rationem magis attribuitur ei in quo est illa ratio per essentiam q̄ ei in quo est per participationem. Sed ratio diligendi est bonuz in obiecto quod conuenit deo per essentiam creature autem per participationem. igit̄ Ad argumenta autem alterius opinionis dicetur qñ soluetur argumentum ad secundum principale.

De tercio articulo restat hic vnū dubium. vꝫ si natura potest in hunc actum qui est diligere deum sup̄ omnia sine habitu caritatis infuso. ad quid ergo oportet ponere charitatem infusam. Et est dicendum qꝫ ꝑpter duo est necesse ponere charitatem infusam. Primo vt deum firmius et feruentius diligamus. Unde sicut sine fide infusa possemus assentire aliquibus credibilibus. quia tamen non ita firmiter assentimus ideo necesse est ponere fidē infusaz. Sic etiam in ꝓposito. Licet enim ex puris naturalibus possemus deum diligere super omnia non tamen ita ꝓprie et ita feruēter et firmiter sicut cum charitate infusa. ideo necessaria est charitas infusa. Secundo est necesse ponere charitatem infusam vt opera nostra meritoria sint deo accepta. et hoc tangit Apostol⁹ prima ad Chorint. decimotercio.

Si linguis hominum loquar et ange lorum etc. Et multa ibi de ista mate ria tractat. Et Augustinus dicit quod sola charitas diuidit inter filios re gni et filios perditionis. Ad pri mum principale dicendum quod licet amicicia stricte sumpta vt de eo lo quitur phus nō possit dici charitas tamen accipiendo amiciciam large potest dici charitas et ad deum po test esse amicicia. sicut frequenter le gimus quod sancti amici dei sunt. Un de Abraham dicitur quod amicus dei appellatus est. Et quādo dicitur quod amicicia est inter equalia. Dico quod ista equalitas nihil aliud est quam read amatio scilicet vt diligens diligat. Ad secundum. concessa maiore ne go minorem. Ad primam autem pro bationem quando dicitur quod natu ra determinatur ad esse proprium di cendum est quod hoc non est verum ab solute sed bene conditionaliter et ex suppositione. puta supposito esse di uino et tunc non est ad propositum. Ad secundam probationem quando di citur quod amicicia que est ad alterum est ex amicicia que est ad se dicitur dupliciter. Uno modo, quod illud ve rum est in eo quod est ratio cogno scendi. non autem in eo quod est ra tio diligendi. Nam in ratōe cogno scendi amicicia que est ad alterum est ex amicicia que est ad se. quia quan do aliquis bonū quod vult sibi vult etiam alteri signum tunc est amici cie. Alio modo dicitur quod maior est vera de amicicia que est ad alte rum vt ad bonum particulare. non autem de amicicia que est ad alterū vt ad bonum vniuersale sicut est de us. Ad terciam probationem dico. quod amicicia aliquando fundatur su per vnitatem formalem. Aliquan do vero super vnitatem proportionis que est participati ad participatum et ista potest esse fundamentum ma ioris amicicie. maxime quando est ad bonum vniuersale quod est bonū per essentiā quod includit omne bo num particulare sicut est in proposito Ad quartam probationem dico quod in quantum potest referri ad obiectum diligibile et sic maior est vera sed nō est ad propositum. Uel potest referri ad potentiam dilectiuam et tunc ne gatur maior. quia potentia dilecti ua aspicit obiectum quod includit rationem minoris diligibilitatis sic est in proposito de deo.

Hic queri so let. Circa istam distin ctionem. xxviij. et. xxix. queritur. Utrum chari tas sit maxima virtutum. Uidetur quod non. Quia illa est maxima virtus cuius oppositum est maximum vici um. sed oppositum charitatis nō est maxima virtus. Probatio minoris Oppositum charitatis est odium dei oppositum autem fidei est infideli tas. sed infidelitas est maius vicium quam odium dei eo quod separat hominem a deo et ab ecclesia. ergo. Prete rea. Nobilioris perfectibilis est no bilior perfectio. sed intellectus no bilior est voluntate et fides est per fectio intellectus. charitas autē est perfectio voluntatis. ergo fides est nobilior charitate. Preterea. optimum nō est melius optimo. sed quelibet virtus est optima. ergo etc.

Contra. Augustinus quindecimo de trinitate. Nullum est donum dei excellentius isto dono quod est charitas. Rñsio. In ista questione sunt duo videnda. Primo si charitas est idem realiter quod gratia. et hunc articuluꝫ quere libro secundo distinctione. xxvij. articulo tercio.

Secundo est videndum si charitas est maxima virtutuꝫ. Et dico ꝙ sic. quia Apostolus. j. Ad chorinteos. xiij. dicit. Nūc manēt fides spes charitas tria hec maior autem hoꝝ est charitas. Preterea. Augustinus. xv. de trini. Nullum est donum dei excellentius isto dono quod est charitas. Preterea. ꝓbatur ideꝫ per rationes sic. Illa virtus est nobilissima que ducit ad nobilissimuꝫ terminum ⁊ permanet et quiescit in termino. sed charitas est hmōi. ergo. Maior probatur. Nam ignis est nobilissimū inter elementa. quia vadit ad locum superiorem et quiescit ibidem. Minor probatur. quia sola charitas permanet in via et in patria. Charitas enim nunq̄ evacuatur scd̄m Apostolum. alie autem virtutes sic. Preterea. Finis est nobilior his que sunt ad fineꝫ. sed charitas est finis omnium virtutum. ergo. Preterea. illa virtus que vltimate dividit et distinguit inter filios regni et filios perditōnis est maxima virtus. sed charitas est hmōi. secundum Augustinū. ergo. Preterea. illud quod magis deus diligit non ꝓpter indigentiam sed ꝓpter bonitatem rei est melius et nobilius sed deus magis diligit charitatem in nobis non ꝓpter sui indigentiam sed ꝓpter nos. ergo charitas est nobilior et melior. Vltimo sic. Illa virtus est nobilior qua deus immediate diligitur et attingitur. sed charitas est hmōi. ergo. Ad primum principale dicit Varro in questionibus primi sententiaruꝫ. ꝙ maior tenet quādo vna pars vnius oppositorum non includit aliam partem alterius oppositorum. sed in ꝓposito infidelitas includit odiū dei. Vnde infidelitas non est maximuꝫ vicium seu peccatum nisi inquantū includit in se malum actum voluntatis. vnde si infidelitas precise cōsideretur tunc odiū dei est peius ea.

Ad secundum difficile esset illis respondere qui ponunt intellectum nobiliorem voluntate. sed ponendo sicut oportet ponere ꝙ voluntas sit nobilior intellectu vt ostensum est libro. ij. di. xxiiij. patet ꝙ argumentū non valet. quia prima pars minoris est falsa Ad tercium dico. ꝙ optimū non est melius optimo infra eādem naturam et speciem. sed in diversis naturis et speciebus optimū potest esse melius optimo sicut optimus homo est melior optimo equo.

Secundo queritur. Vtruꝫ scd̄m ordinem charitatis magis sint diligendi parentes q̄ꝫ filij. Et videtur ꝙ filij sint magis diligendi. qꝛ Apostolus prima Corintheoꝝ. ij. dicit. ꝙ filij non debent thesaurisare parentibus. sed parentes filijs. sed nemo debet thesaurisare nisi ei quē diligit. ergo filij sunt magis diligendi q̄ꝫ parentes. Preterea. filius cōparatur ad patrem sicut ramus arboris ad radicem. Sed humor rami

procedit a radice et non econuerso. ergo similiter in proposito homo debz plus respicere filium et amare quam patrem. Preterea. gratia seu charitas coformatur nature. sed naturaliter videmus quod homines plus diligunt filios quam parentes. ergo secundum gratiam et charitatem plus sunt diligendi filij quam parentes vel patres. Contra est magister in litera.

R ñº. Ad istam questionem breuiter dico, quod secundum ordinem charitatis plus sunt diligendi parentes quam filij. Hoc patet per Ambrosium sicut allegat eum magister in litera qui dicit, quod primo diligendus est deus. secundo parentes deinde filij. Preterea. mandata dei sunt tradita secundum ordinem charitatis. sed vnum de decem preceptis est. Honora patrem tuum et matrem tuam. ergo amor charitatis plus est ad parentes quam ad filios. Preterea. secundum ordinem charitatis illum plus tenemur diligere a quo recipimus plura bona et beneficia. sz ille a quo recepimus plura beneficia est pater. ergo. Preterea maior est obligatio effectus ad causam quam cause ad effectum. sed homo comparatur ad patrem sicut ad causam ad filium autem vt ad effectum. ergo. plus obligatur patri quam filio. et per consequens plus tenetur parentes diligere. Preterea. Illud plus tenemur diligere amore charitatis cui secundum dictamen recte rationis magis tenemur subuenire tempore necessitatis. Sed secundum dictamen recte rationis magis tenemur subuenire patri tempore necessitatis quam filio. ergo. minor patet ix. ethicorum. ca. ij. vbi dicit. quod plus tenemur subueuire patri quam nobis ipsis et assignat ibi rationem. quia pater est causa essendi. Ad primum et secundum principale dicendum. quod dilectio accipitur duobus modis. Vno modo secundum affectum sensualitatis et carnis. Alio modo secundum affectum charitatis. Primo modo homines plus diligunt filios quam parentes. et ratio est. quia natura appetit conseruari in suo simili et magis diligit illud in quo habet principalius conseruari. Nunc autem pater habet saluari in filio et non econuerso. Ideo secundum amorem sensualitatis et carnis plus diligunt filios. Si autez loquamur de dilectione secundum affectum charitatis tunc plus est diligendus pater quam filius. Ista duo argumenta arguunt de dilectione sensualitatis et non de dilectione charitatis. Ad tercium dicendum. quod maior in quibusdam habet veritatem. in quibusdaz autem non. habet enim veritatez in hoc quod sicut homo per naturaz plus diligit seipsum quam proximuz. ita et per gratiam. sed in proposito de dilectione parentum et filiorum non habet veritatem.

Hic potest queri

Circa distinctionem. xxx. et sequentez queritur. Vtrum omnia sunt diligenda ex charitate. Videtur quod non. quia que non sunt capacia caritatis et beatitudinis non sunt diligenda ex caritate. sz multa sunt que non sunt capacia caritatis et beatitudinis. ergo non sunt omnia diligenda ex caritate Confirmatur per Aug. li. de doctrina xpiana. Ea inquit ex sola caritate diligenda sunt que societate quadam nobiscum in deum referuntur et talia sunt angeli et anima. ergo

Preterea. Charitas non est diligenda ex charitate. ergo non omnia sunt diligenda ex charitate. consequentia tenet. Antecedens patz dupliciter. Primo sic. Sicut se habet fides ad credenduz et spes ad sperandum ita charitas ad diligendum. sz nullus potest per fidem credere fidem suam nec sperare spem suam. ergo nec diligere charitatem suam. Secundo sic si charitas diligeretur ex charitate eadem ratione illa charitas diligeretur ex alia. et sic in infinitum. quod est inconueniens.

Contra omne illud est diligibile ex charitate in quo relucet dei similitudo. sed in omnibus relucet dei similitudo. ergo. Rñº. In ista questione sunt tres articuli secundū ꝙ de ea sunt tres opiniones. Una opinio ponit tres conclusiones. Prima est ꝙ demones et damnati non sunt diligendi ex charitate. Cuius ratio est. quia qui non sunt deputati ad vitam eternam non sunt diligendi ex charitate. Sed demones et damnati non sunt deputati ad vitam ergo. Secunda conclusio est creature irrationales non sunt diligende ex charitate vel amore amicicie. quia illa nō sunt diligenda amore amicicie et ex charitate que non diliguntur propter se sed ꝑter aliud. sed creature irrationales diligūtur propter aliud et non propter se ergo. Tercia conclusio est ꝙ creature non viuentes non sunt diligende ex charitate. et ratio huius est. qꝛ non cōueniunt nobiscum in vita spirituali. Contra istam opinionem obijcitur sic. qꝛ charitatis obiectum est bonum diuinum vel ꝑ essentiam vel per participationem. sed in omnibus creaturis inuenitur bonū diuinum scilicet per participationem ergo omnia sunt diligenda ex charitate. Ideo est alia opinio ꝙ diligi aliquid ex charitate potest intelligi dupliciter. Uno modo ex charitate eliciente actum qui est supernaturalis. Alio modo ex charitate imperante actum qui actus est naturalis a voluntate licet sit impatus a charitate. Ad ꝓpositum si loquimur de dilectione primo modo dicitur ꝙ non omnia sunt diligenda ex charitate sed solum illa que possunt vniri summo bono per cognitionem et amorem. et quia creature irrationales non possunt vniri deo per cognitionem ideo illa non sunt ex charitate diligenda. charitate dico eliciente actum. Si autē loquamur de charitate secundo modo seu de dilectione sic diligenter omnia ex charitate que sunt promouentia ad salutem et ad diuinam laudem. Et quia cuncte creature promouent nos ad diuinā laudez ex eo ꝙ in eis relucēt diuina bonitas et iusticia ideo oēs creature sunt isto modo diligēde ex charitate. Tercia opinio est que dicit ꝙ aliquid diligi ex charitate potest intelligi dupliciter. Uno modo ꝓprie et sic solum illa sunt ex charitate diligenda que sunt capacia felicitatis eterne. Alio modo minus ꝓprie. et sic omne quod est referibile in deum est ex charitate diligendū.

Ex his duabus vltimis opinionibus patet ad argumenta vtriusq; ꝑtis excepto argumento de charitate cum dicitur quod charitas non est diligenda ex charitate. vbi oportet

negare antecedens. Ad primam autem probationem dicendum quod ideo nullus credit se habere fidem sed scit se habere fidem, quia cum ipsa fides sit presens non invenitur in ea ratio obiectiva habitus fidei, quia obiectum fidei est verum absens. fides autem non est absens, et similiter est de spe. In charitate autem non est sic quia invenitur in ea ratio formalis obiectiue potentie scilicet ratio boni. Ad secundam probationem dicendum quod cum dicitur charitas diligitur a charitate, non est intelligendum quod diligatur alia charitate sed seipsa, sicut dicit Augustinus .ix. de trini. c. vj. Amor inquit amatur non alio autem amore amari potest sed seipso.

Secundo queritur. Utrum charitas remaneat in patria ita quod non evacuetur. Videtur quod non, quia ratio apostoli .j. Corintheorum .xiij. Ad probandum quod alij habitus evacuentur est quod illi habitus sunt ex parte. Ex parte enim inquit cognoscimus et ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est evacuabitur quod ex parte est. Sed charitas nunc est ex parte, quia imperfecta, alias cum in ea sit beatitudo esset aliquis perfecte beatus in via, ergo charitas non manet. Si dicas quod non sequitur eum esse beatum, quia beatitudo non consistit in habitu sed in actu, ut ponit Aristotiles .j. et .x. ethicorum. Contra, secundum perfectionem habitus potest elici actus, ergo si charitas nunc in via potest esse perfecta sicut in patria sequitur quod actus potest elici eque perfectus, et per consequens potest esse fruitio siue beatitudo in via. Preterea, ad principale arguo sic. Fides evacuatur, quia est circa obiectum latens sed charitas similiter est circa obiectum latens, ergo charitas evacuatur. Contra, prima Corintheorum .xiij. dicitur Charitas nunquam excidit. Responsio. In ista questione sunt tria videnda. Primo si in patria evacuatur fides. Secundo si in patria evacuatur spes. Tercio si in patria evacuatur charitas. De primo sunt duo modi dicendi. Unus quod in fide est duo reperire scilicet illuminationem habitualem et enigmatis obscuritatem. Quantum ad luminis habitum fides non evacuatur sed perficitur et conseruatur. Quantum vero ad enigmatis obscuritatem fides cum sit ex parte simpliciter tollitur. et hoc confirmatur per glosam super illud prima Corintheorum .xiij. Cum venerit quod perfectum est dicit glosa. Destruetur imperfectio non autem illud quod verum est evacuabitur. Alius modus dicendi quod fides simpliciter tollitur, quia nullus habitus in patria debet poni frustra, alias aliquis habitus in patria esset superfluus, sed si habitus fidei poneretur in patria poneretur ibi frustra, ergo fides simpliciter tollitur. Probatio minoris. Habitus ponitur ut eliciat actum vel ut inclinet ad actum. Sed fides in patria non ponitur ut eliciat actum credendi vel ut inclinet ad ipsum, quia fides est circa obiectum latens. unde ad Hebreos .v. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. In patria autem est obiectum presens

et non latens. ergo frustra ponere-
tur ibi fides seu habitus fidei.

Quantũ ad scđm artilũ sunt duo
modi dicendi. Unus ꝙ in spe est re
perire duo. scꝫ aliquid imperfectõis
et aliquid ꝑfectõis siue ꝯplementi.
Ad impꝑfectionẽ enĩ spei spectat ꝙ
est expectatio quedam eoꝝ que non
habentur. Ad ꝯplementũ aũt eius
spectat ꝯfidẽtia et certitudo que fa
cit nos inniti summe bonitati.

Quantũ ad primũ spes totaliter
tollitur. Quantũ ad scđm nõ tolli-
tur sed ꝑficitur. Alius est modus
dicẽdi ꝙ spes in patria simpliciter
tollitur. qꝛ in patria nullus ponitur
habitus frustra. sed si spes maneret
in patria poneretur ibi frustra. ergo
Minoꝛ ꝓbatur. qꝛ spei inclinat vel
elicit actũ sperãdi circa bonũ ardu
um absens. qꝛ vt ait Apl̃us ad Ro-
manos. viij. Spes est eoꝝ que nõ vi
dentur. sed ibi bonum nõ est absens
imo presens et videtur in patria. er
go frustra spes ibi poneretur.
Quantũ ad articuluꝫ tercium scꝫ si
charitas euacuatur. patet ꝑ Aplm̃.
j. Chorin. xiij. ꝙ nõ. quia in hoc as-
signat apl̃us differentiã charitatis
ad alia dona. Charitas inquit nũꝙ̃
excidit. et sic nõ euacuatur. alia aũt
dona euacuantur. vnde dicit ibidẽ.
Siue ꝓphetie euacuabũtur siue lin-
gue cessabunt siue scientia destruet̃
ergo. Et ꝑsuadetur a quibusdã scꝫ.
Actus charitatis est diligere deum
ꝓpter se ex toto corde et ex tota ani-
ma. Sed ille actus magis ꝯpetit sta
tui glorie ꝙ̃ statui vie et ergo habi-
tus charitatis magis cõpetit statui
glorie. et ꝑ ꝯsequens nõ euacuatur.
Preterea. aliqui moderni argu-
unt ad idem sic. Habitus qui indif-
ferenter respicit vnũ obiectum pñs
et absens ſm oẽs status manet in
omni statu. Sꝫ charitas indifferen-
ter respicit vnum obiectũ presens et
absens ſm omnes status puta vie et
glorie. ergo manet in omni statu. et
ꝑ ꝯsequens manet in gloria et non
euacuatur. Sed occurrit hic vnũ du
biuꝫ scilicꝫ si actus charitatis vie et
actus charitatis patrie sunt eiusdeꝫ
rõnis. Et est dicendum ꝙ non. quia
actus charitatis in via est meritori
us Actus autẽ charitatis in patria
nõ est meritoriꝰ. Alioquin' ĩ pr̃ia bt̃i
ꝯtinue mererẽtur. sed meritoriũ et
nõ meritoriuꝫ nõ sunt eiusdẽ rõnis
ergo illi actus nõ sunt eiusdẽ rõnis
Preterea. Actus caritatis in pa
tria est beatificus. actus aũt chari-
tatis in via nõ est beatificus. sꝫ actꝰ
beatificus et nõ beatificus non sunt
eiusdem rõnis. Contra solutõem
istius dubij instatur. qꝛ causa eiusdẽ
rõnis arguit effectum eiusdẽ rõnis
sed patet ex dictis ꝙ charitas in pa
tria nõ euacuatur imo manet chari-
tas eadem in patria que habetur in
via. ergo videtur ꝙ effcũs siue actus
charitatis in via et in patria sunt
eiusdem rõnis. Dicendum ꝙ non
sequitur. quia ad hoc ꝙ actus elicia
tur nõ solum requiritur charitas sꝫ
etiaꝫ requiritur cognitio. sed modo
ita est ꝙ alia cognitio habet̃ in via
et alia in patria. qꝛ in gloria habet̃
cognitio in lumine glorie. In via
aũt habetur ꝯgnitio in lumine fidei.
et ista lumina sunt alterius rõnis. et
ideo actus qui eliciuntur ex charita
te cum diuersitate hoꝝ luminũ sunt
alteriꝰ rõnis. Ad primũ ꝑncipale

dicendum ꝙ non est similis imperfectio in charitate et in aliis virtutibus. Nam alie virtutes dicūtur imperfecte. quia in actibus suis includunt aliquid ad quod necessario sequitur impfectio aliqua. Actus aūt charitatis non sic. qȝ indifferēter se habet ad pfectionem et imperfectionem et accidūt sibi ista: et hec ē via Scoti. Aliter potest dici sustinēdo responsionem datam in principio questionis. et tūc instatur ꝙ cū aliquis potest esse beatus in via. qȝ secundū pfectionē habitus pt elici actus. Dicendum ꝙ nō sequitur. qȝ ad hoc vt eliciatur actus beatificus non solum requiritur charitas sed etiam presentia obiecti beatifici in lumine glorie que presentia non pt haberi in via de lege ꝯmuni. Ad secundum dicendum ꝙ q̄uis latentia sit formalis ratio in obiecto fidei vel spei. tamen actus fidei est p se talis ꝙ necessario concomitatur eum imperfectio ex determinatōne sui habitus ideo fides inclinat ad talem actum in via ad quem nō potest inclinare in patria. Charitas autē licet modo sit circa obiectum latēs non tamen inclinat ad actum sic imperfectum sed ad actum cui accidit imperfectio.

Premissis advertenduȝ est. Circa distinctionem tricesimam secundaȝ queritur primo. Utrum deus diligat omnia equaliter. Et videtur ꝙ non. quia deus diligit bonum in eo ꝙ bonum: sed omnia nō sunt equaliter bona. ergo deus non diligit omnia equaliter.

Preterea. Sicut deus dispensat creaturis sua dona ita diligit creaturas. sȝ sua dona nō dispēsat deus eq̄liter creaturis. ergo ꝛc. Preterea. qui vnum approbat et aliud reprobat non diligit omnia equaliter Sed deus aliqua approbat et aliqua reprobat. quia aliquos homines premiat et aliquos damnat. ergo ꝛc.

Contra. Eo modo deus diligit creaturas quo habet curam de eis. Sed deo equalis est cura de omnibus. vt dicitur sapientie sexto. ergo equaliter diligit omnia. Preterea. Sicut deus intelligit omnia ita omnia diligit. sed omnia equaliter intelligit. ergo omnia equaliter diligit. Ad euidentiam huius questionis. quia dilectio est actus volūtatis ideo primo oportet videre si in deo est voluntas. secundo si deus diligit omnia generaliter. Tercio si deus diligit omnia equaliter.

Primus articulus patet ex dictis libro primo distinctōne decima questione prima articulo primo. et aliqualiter distinctione tricesimaquinta eiusdem primi. Quantum ad secundum articuluȝ dico ꝙ deus diligit omnia generaliter. quia sicut omnis intellectus potest in omne diligibile ita omnis voluntas potest in omne volibile. ergo voluntas diuina potest diligere omnia diligibilia. sed hoc non potest potentia ante actum. quia iam esset imperfecta ergo potest potentia cum actu. ergo diligit omnia alia a se.

Preterea. Deus produxit omnia alia a se voluntate. sed qui producit aliud a se voluntate diligit illud. ergo deus diligit omnia. Preterea. Genes. primo. Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Ex hoc arguitur sic. Summum bonum diligit omne bonum. sed deus est summum bonum. ergo deus diligit omne bonum. sed cuncta que fecerat erāt valde bona. ergo deus diligit omnia bona. Hinc scribitur sapientie. x. Diligis dñe omnia ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. Quātum ad tercium articulum scilicet si deus diligat omnia equaliter. dicitur vno modo secundum viam magistri in litera ꝙ dilectio dei accipitur dupliciter scʒ ſm essentiam et secundum efficaciam. Si loquimur de dilectione dei scōm essentiam seu secundum actum essentialē sic diligit omnia equaliter vno simplici actu et indiuisibili. Si autem loquamur de dilectōne dei scōm efficaciā hoc est quantum ad effectum consequentem sic non diligit omnia equaliter quod patet per hoc. quia inequaliter dona sua dispensat. Alio modo dicitur et in idem redit ꝙ dilectio dei potest comparari vel ad agens vel ad obiecta connotata. Si loquimur primo modo conceditur ꝙ omnia diligit equaliter. Si secūdo modo non conceditur. Ex dictis patet ad argumenta principalia. quia argumenta ad primam partem arguunt de dilectione secundum efficaciam. Alij autem arguunt de dilectione secundum essentiam.

Secundo queritur. Vtrū Christus magis dilexerit Petrum an Johannem. Et videtur ꝙ Johannē. quia Johannis vltimo dicitur. Hic est discipulus ille quē diligebat Jesus. Sed lʒ hic non accipitur secundum distinctionem quia. Christus diligebat alios discipulos. ergo accipitur secundum excellentiaʒ et sic diligebatur super omnes. Preterea. glosa Johannis vltimo dicit ꝙ Petrus plus diligebat. Johannes autem plus diligebatur. Preterea. Ille plus diligitur cui ostenduntur signa maioris familiaritatis. Sed Johanni ostendebantur a Christo signa maioris familiaritatis. Vnde supra pectus domini in cena recubuit. ergo.

Contra. Johannis vltimo dicitur. Dixit dominus Petro Symon Johannis diligis me plus his. sed hoc non quereret deus a Petro nisi sciret ꝙ eum Petrus plus amaret sicut glosa ibi dicit. sed qui plus diligit deū plus diligitur. ergo plus diligebatur Petrus. Preterea. Cui ɔmittitur cura vniuersalis ecclesie maxime diligitur. sʒ Petro cōmittebatur cura vniuersalis ecclesie. ergo. Sed si dicas argumentum non valere. quia Christus commendauit matrem suam Johanni non Petro. Contra. Deus plus diligit vniuersalem ecclesiam totam congregationem fidelium ꝙ̄ aliquā particularem personam. Sed cura vniuersalis ecclesie cōmissa est Petro et non Johanni. ergo ⁊c.

Rñsio. Ad istā questionem sunt tres modi dicendi et omnes boni.

Vnus modus est Augustini. super
Johannem. qui dicit ꝙ est dilectio
in signo exteriori ⁊ est dilectio in af
fectu interiori. Si loquimur de dile
ctōe in signo exteriori sic xp̄s magis
diligebat Johañ. quia signa maio
ris familiaritatis ei ostendit. vnde
sicut dictum est supra pectus domi-
ni in cena recubuit. Si autem loqui
mur de dilectione in affectu interio
ri sic christus magis diligebat Pe-
trum. quia maius munus gratie sibi
dedit. Contra hoc obiicitur. quia
christus qui est veritas illum plus
debet diligere et maiora signa dile
ctionis ostendere qui habet maius
munus gratie. Sed Petrus per te
habuit maius munus gratie. ergo
christus debuit ostendere Petro si-
gna maioris familiaritatis q̄ʒ Jo-
hanni. Sed ad hoc respondet Au-
gustinus. ibidem dicens ꝙ quia per
Petrum et Johannē significatur
duplex vita scilicet per Petrū vita
actiua. per Johannez vita contem
platiua. Vita autē actiua est labo-
riosior et fructuosior. contemplati-
ua vero est purior et iocundior. Et
ideo ad ostendendam huius dupli-
cis vite differentiam magis famili-
arem christus se exhibebat Johan
ni q̄ʒ Petro. Alius modus
dicendi est ꝙ petrus dilexit feruen-
tius ideo diligebatur fortius Jo-
hannes vero diligebat dulcius ideo
diligebatur a christo familiarius. et
sic scd̄m diuersas vias de vtroqʒ po
test concedi ꝙ magis diligebat et
magis diligebatur. Tercius mo-
dus dicendi est ꝙ petrus magis di-
lexit deum in proximo. Johannes
vero magis deum in se dilexit. Vn-
de Petrus suscepit curam regimi-
nis. Johannis vero curam cōtem-
plationis. ergo Petrus efficaciorē
gratiam habuit ad laborem actōis
Johannes vero efficaciorē ad qui-
etem contemplationis. Ad argu
menta principalia patʒ ex dictis. qr
quecunqʒ istaꝝ viarū teneatur patʒ
ꝙ argumenta currunt vijs suis ⁊c̄.

Post predicta
de quatuor. Circa istaʒ
distinctionē tricesimā-
terciam queritur Vtrū
virtutes morales sint subiectiue in
voluntate et in parte rationali. Et
videtur ꝙ non. quia ph̄us et ꝯmen-
tator primo ethicoꝝ ponunt eas in
parte irratōnali. ergo. Preterea
Philosophus tercio ethicoꝝ ponit
temperantiā et fortitudinem in ap-
petitu sensitiuo. ergo. Preterea.
Temperantia est in concupiscibili.
Fortitudo autem in irascibili. Sed
irascibile et cōcupiscibile dicuntur
in appetitu sensitiuo et non in volū-
tate. ergo. Contra. virtus est ha-
bitus electiuus. ex secundo ethicoꝝ
Sed electio est actus volūtatis aut
rationis. ergo virtus ponitur in vo
luntate vel in p̄te rationali. Pre
terea. bonum honestum est obiectuʒ
virtutis. sed bonū honestum est eti-
am obiectum voluntatis. ergo vir-
tus ponitur in voluntate. Pre-
terea. virtus est principium actus
laudabilis. ex secundo ethicorum.
ergo debet poni in illa potentia cui
competit laus. Sed potētia cui ma
xime competit laus est voluntas. er
go virtus ponitur subiectiue in vo-

intate. Rñº. In ista questiõe sunt quatuor videnda. primo quid est virtus moralis. secũdo vnde virtus moralis generatur. tercio quot sunt virtutes morales. quarto in quo sunt subiectiue. Primus articulus patet libro secundo distinctione vicesimaseptima questione prima articulo primo. Quantum ad secundum articulum patet per Aristotilem in principio secundi ethicorum ꝙ virtus moralis non inest nobis a natura. sed generatur ex operibus. et hoc probatur quinqꝫ rationibus. Primo sic. In his que nobis insunt a natura non fit variatio p̄ cõsuetudinem. Exemplum suum est de lapide qui si millesies proijciatur superius nunqꝫ tamen assuescit superius ascendere. sꝫ in virtutibus moralibus fit variatio per consuetudinem. ergo non insunt nobis a natura. sed generantur ex operibus. Secundo sic. In his que insunt nobis a natura potẽtia precedit actũ Sed in virtutibus moralibus actus precedit potentiam. ergo. Tercio sic. Legislatores faciunt cives bonos per assuefactionẽ. sed cives non fiunt boni nisi ex virtutibus. ergo virtutes sunt per assuefactionẽ et ita ex operibus generantur. Quarto sic. Ex illis virtutes generantur per quorum opposita corrũpuntur. Sed virtutes corrumpuntur ex malis operibus. ergo virtutes generantur ex bonis operibus. Quinto sic. Sicut se habet ars ad duas operationes ita et virtus. sed ars generatur ex bonis operibus et corrumpitur ex malis operibus. exemplum philosophi est de edificatione. aliud est de cytarisando. ergo virtus generatur ex bonis operibus. Ex ista conclusione infert Aristotiles vnũ correlariũ ꝙ oportet operationes quales id est bonas reddere et a iuuentute exercitari in bonis operibus. quia secundum differentiam operationum generãtur habitus differentes. Quantum ad tercium articulum dicitur cõmuniter secundum viam theologorum ꝙ sunt quatuor virtutes morales scilicet. prudentia iusticia temperãtia fortitudo. Ad cuius declarationem assignant aliqui istam sufficientiã ꝙ sicut quatuor fuerunt nobis inflicta per peccatum ita oportet ponere quatuor virtutes. fuerũt enim nobis per peccatum inflicta Ignorãtia concupiscentia infirmitas et malicia. Contra ignorantiam ponitur prudentia. Contra concupiscentiã temperantia. Contra infirmitatem ponitur fortitudo. Contra maliciã ponitur iusticia. Aliqui vero assignant istam sufficientiam sic. quia aut virtꝰ est circa passiones aut circa actiones. Si circa passiones hoc contingit dupliciter. quia aut est circa passiones illatas. et sic ponitur fortitudo. aut circa passiones innatas et sic ponitur temperantia. Si autem virtus ponitur circa actões hoc contingit dupliciter. quia aut est circa actiones intrinsecas et tũc est prudentia. aut est circa actões extrinsecas. et tunc est iusticia. Alij vero assignant istam sufficientiam sic. Nã sicut virtutes theologice ordinant ad deum ita virtu-

tes morales ordinant ad seipsum et ad proximuz. Si ordinant ad seipm hoc contingit dupliciter. Quia vel in eligendis. et sic ponitur pruden- tia vel in respuendis. et sic ponitur temperantia. Si autez ordinant ad proximum hoc etiam contingit du- pliciter. quia vel in reddendis. et sic ponitur iusticia. vel in sustinendis. et sic ponitur fortitudo.

Alij vero assignant istam suffici- entiam quod virtus moralis ordinat ad seipsum et ad proximum. Si or- dinat ad proximum sic ponitur iu- sticia. Si autem ordinat ad seipsum hoc contingit tripliciter. quia vel se cundum partem intellectiuam seu rationalem. et sic ponitur pruden- tia. vel secundum partem concupi- scibilem. et sic ponitur temperantia vel secundum partem irascibilem. et sic ponitur fortitudo. Et accipiun- tur hic irascibile et concupiscibile prout sunt in appetitu rationali.

Quantum ad quartum articuluz dicunt aliqui quod virtutes morales non ponuntur in voluntate sed sunt subiectiue in appetitu sensitiuo. quod probant sic. Habitus virtuosus po nitur in potentia ad hoc vt determi net potentiam ad bonum simplici- ter. Sed voluntas est per se determi nata ad bonum simpliciter cum ei hoc ostenditur ab intellectu. Ergo virtus non ponitur in voluntate. quia superflueret.

Preterea. Medium quod est vir tus ibi ponitur subiectiue vbi sunt passiones et extremitates viciose. Sed passiones sunt in appetitu sen- sitiuo. ergo etc. Confirmatur.

quia ibi apponitur mediciua vbi est infirmitas viciorum. sed ille sunt in appetitu sensitiuo. ergo.

Preterea. Si virtus moralis po nitur subiectiue in volūtate vel in parte rationi sequitur quod cum ista sint in angelo quod āgelus potest acquirere virtutes morales. cuius contrariuz dicit philosophus quarto ethicoruz qui remouet a dijs virtutes mora- les. Contra istam opinionem arguitur per tres rationes factas ad principale de habitu electiuo et de obiecto virtutis et de actu laudabili.

Preterea. Augustinus de mo ribus ecclesie dicit quod virtutes mo- rales non sunt nisi amores ordinati Sed amores ordinati sunt in volun tate. ergo etc. Idem ponit Augusti nus decimoquarto de ciuitate dei. diffuse pertractans illud.

Preterea. in statu innocentie se- cundum magistrum Adam habuis- set virtutes morales. et tunc tamen non fuissent in appetitu sensitiuo. quia nulla fuisset rebellio virium sensiti- uarum ad rationem.

Preterea. rationes opinionis non valent imo prima ratio trahi- tur ad oppositum quadrupliciter

Primo sic. Potentia que est in- determinata ad opposita puta ad virtutes et vicium oportet quod deter minetur per habitum. Sed volun- tas est indeterminata ad virtutem et ad vicium. ergo oportet vt deter minetur per habitum.

Secudo sic. Illa potentia que pa titur difficultatem indiget habitu ad hoc vt facilitetur. Sed voluntas est huiusmodi. ergo etc.

Tercio sic. Voluntas non est magis determinata q̄ꝫ intellectus nec minus determinabilis. Sed in intellectu ponuntur virtutes intellectuales. ergo in voluntate ponūtur virtutes morales. Quarto sic. Voluntas habet habitum ad diligendum puta charitatem. Sed ista est determinata ad diligibilia sicut ad alia. ergo. Secunda etiam ratio trahitur ad oppositū. quia vbi sunt passiones et extremitates ibi ponitur virtus quod est medium. Sed secundum Augustinum decimoquarto de ciuitate dei. passiones sunt in voluntate ergo. Ad terciam autē rationem dicitur dupliciter. primo concedendo consequentiam. quia si deus crearet angelum nudum in puris naturalibus ita ꝙ non haberet virtutes morales ipse potest tales virtutes acquirere ex multis electionibus nō quidē ꝙ essent sibi inexistentes circa passiones in appetitu sensitiuo sed tantuꝫ circa passiones in vniuersali ostensas ꝑ intellectuꝫ. Aliter potest dici negando consequentiaꝫ. Dato enim ꝙ angelus habeat in voluntate virtutes. et tales virtutes sunt in voluntate subiectiue siue in appetitu rationali non ꝓpter hoc oportet concedere ꝙ angelus potest acquirere tales virtutes morales scilicet quia virtus est circa bonum difficile. Tale autem bonum non est difficile alicui nisi habēti appetitum sensitiuum qui natus est moueri in oppositum illius boni. ergo qui non habet appetitum sensitiuum nō potest acquirere virtutes morales. et quia angeli non habent appetitum ideo non possunt acquirere virtutes morales q̄uis ponantur in voluntate. Dicitur ergo ad questioneꝫ ꝙ virtutes morales sunt in parte rationali vbi notat quidaꝫ scilicet Bonauentura ꝙ rationale accipitur duobus modis. Vno modo ut distinguitur contra potentiā sensitiuā. et sic omnes virtutes sunt in parte rōnali. Alio modo ꝓut distinguitur ꝯtra potentiā volitiuam et sic in ꝑte rōnali ponitur tantum prudentia. Cetere autem virtutes scilicet iusticia temperantia et fortitudo ponuntur in voluntate. Est autem notandum propter autoritatem philosophi qui videtur dicere contrarium ꝙ licet virtutes morales ponantur in volūtate modo preexposito tamen voluntas potest imparare appetitui sensitiuo moderādo passiones eius circa fugiēda vel prosequenda. Et ex his actibus potest derelinqui et generari quidam habitus qui potest dici virtus non quidem virtus vt est habitus electiuus vt hic loquimur. sed inquantuꝫ est habitus inclinatiuus ad ea que sunt ꝯsona recte rationi. Et ex hoc dico ꝙ omnes autoritates que ponunt virtutes in appetitu sensitiuo loquuntur de habitu vltimo modo sumpto. de quo nihil ad propositũꝫ. et ꝑ hoc patꝫ ad argumenta principalia. Ad tercium principale scilicet de irascibili et concupiscili. dico ꝙ irascibile et concupiscibile nō solum sunt in appetitu sensitiuo sed etiam sunt in voluntate.

Nunc de septē donis. Circa distinctionem. xxxiiij. et. xxxv. queritur. Utrū dona spūs sancti differant a virtutibus. Et videtur quod nō quia Gregorius ptractās illud Job. Nati sunt ei filij septē dicit quod cum spūssanctus fecundat mē tem nascuntur in ea septez virtutes scz Sapiētia. intellectus. əsiliū. fortitudo. scientia. pietas et spūs timoris dñi. ergo scdm Greg. dona sunt virtutes. Preterea. Quicūqz cōpetit diffinitio et diffinitū. Sed diffinitio virtutis cōpetit donis. ergo dona sunt virtutes. Probatio minoris. Uirtus fm Aug. est bona qualitas mentis qua recte viuitur. Sed hec diffinitio ɔuenit donis. ergo. Cōtra. Greg. in mora. sup illud iob Nati sunt ei septē filij et tres filie. dicit quod septē filij sunt septem dona spūssancti. tres aūt filie sunt virtutes. ergo virtutes differūt a donis sicut filij a filiabus. Preterea. que nō hñt easdē differētias diuisiuas non sunt idem. Sz dona et virtutes non hñt easdē differentias diuisiuas. quia virtutes p morales et theologicas. dona aūt nō. ergo Preterea. Timor nō est virtus ex. iij. ethicoꝝ. Sed timor dñi est donū. ergo virtus et donum nō sunt idē. Rñº. In ista qōne sunt duo videnda. primo q̄ et quot sunt dona spūssancti. secūdo si dona et virtutes differūt. Quantū ad primū dico quod septē sunt dona spūssancti videlicz donū sapientie. sciētie. intellcūs. əsilij. fortitudinis pietatis. et timoris dñi. vñ. Esa. xj. Requiescet sup eum spūs dñi spūs sapientie et intellectus. Item Greg. in moral. dicit quod p septē filios Job intelligūtur septē dona spiritussancti. Itē glo. Esa. dicit quod p septē mulieres q̄ apprehenderūt virum vnū intelligūtur septem dona spūssancti. Si aūt queratur sufficiētia hoꝝ donoꝝ assignatur a quibusdā talis. Tot sunt dona spūssancti quot sunt vicia capitalia. quia per illa vicia excludūtur. Sz vicia principalia sunt septē. ergo sil'r dona spūssancti erūt septē. Et ordinātur sic. Sapiētia est ɔtra luxuriā. Sciētia ɔtra iram. quia ira habz execrare. Intellectus est ɔtra gulam. Consilium est ɔtra auariciā. Fortitudo cōtra accidiā. Pietas ɔtra inuidiam. Timor dñi ɔtra superbiā. Greg. tñ in moralib⁹ aliter ordinat dicēs. quod Sapiētia est cōtra stulticiā. Intellectus ɔtra ebrietatē. Consiliuz cōtra precipitationē. Fortitudo cōtra pusillanimitatē. Sciētia contra ignorantiā. Pietas ɔtra duriciam Timor dñi ɔtra supbiaz. Alij aūt assignāt istaz sufficientiā sic. Dona sunt ad expedite ɔueniendū in vltimum finez. Hoc aūt pt esse dupliciter. quia aut expediūt ɔtra malum aut ad bonū. Si primo modo sic est donum timoris. Si scdo modo hoc pt esse dupliciter. quia aut expediūt siue pmouent ad bonū qd est finis vel ad bonū qd est ad finem. Si primo modo hoc ɔtingit dupliciter. quia vel pmouent p modū videntis. et sic ponitur donū intellectus. vel p moduz gustantis. et sic ponitur donū sapiētie. Si aūt pmouēt ad bonum qd est ad finem. hoc ɔtingit dupliciter. quia illud bonum vel est superogationis

vel necessitatis. Si supererogatōis hoc ↄtingit dupliciter. qꝛ donuʒ ad illud bonum aut se habet ꝑ modum dirigentis. et sic ponitur donũ consilij. aut se habet ꝑ modũ exequẽtis et sic ponitur donũ fortitudinis. Si aũt ponaẗ illud donũ esse necessitatꝭ hoc etiã ↄtingit dupliciter. quia donum respectu illius boni aut se habet ꝑ modum regulantis. et sic ponitur donũ sciẽtie. aut se habet ꝑ modũ exequẽtis. et sic poniẗ donũ pietatis. Quantũ ad scd̄m articuluʒ sunt quatuoꝛ modi dicendi. Unus Henrici quolibeto. iiij. q. xxxiij. qui dicit ꝙ sicut circa delectatōes viciosas ↄtingit aliquẽ tripliciter se habere scʒ modo humano. modo superhumano. et modo inhumano. ita similiter circa tristicias cõtingit aliquẽ tripliciter se habere. primo modo humano vt qñ circumstantijs debitis sustinet terribilia. scd̄o modo supḣumano vt qñ sustinet terribile cum gaudio. sicut fuit in martiribus tercio modo inhumano et quasi diuino qñ non soluʒ sustinet terribilia sed etiã gaudẽter appetit. sicut paulus qui dicebat cupio dissolui et esse cum christo. Dicendũ ergo ad ꝓpositum ꝙ virtutes dona et beatitudines differunt. quia virtutes ꝑficiũt hoīem modo humano. dona aũt modo supḣumano. sed beatitudines ꝑficiunt modo inhumano et diuino.

Contra hoc obijcitur sic secundũ Aug⁹. Charitas est virtus excellentissima. et etiaʒ scd̄m Apl̄m. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam (quod tñ est superhumanũ imo etiã inhumanũ) charitatem aũt non habeam nihil sum et nihil mihi ꝓdest. ergo dona non differunt a virtutibus per hoc ꝙ ꝑficiunt modo superhumano cum charitas sit donũ excellentissimũ in ꝑficiendo. Alius est modus dicendi Thome prima secũde. q. lxviij. articulo primo ꝙ virtutes dicuntur que ꝑficiunt appetitum inq̃ntũ mouetur a ratione recta Dona aũt dicñtur q̃ ꝑficiũt appetitum inquantũ mouetur a spũsancto vel a deo. Contra. opinionẽ istaʒ obijcitur. quia primum dictũ supponit falsum scilicʒ ꝙ ratio moueat appetitum. cuius cõtrarium ostensum fuit. li. ij. disti. xxxviij. q. ij. Nam ibi ostensum est ꝙ voluntas p̃t se mouere ↄtra iudicium rationis. Preterea. Contra secundum dictum de donis arguitur sic. Charitas habet imꝑare actibus omniũ virtutum. ergo virtutes habent moueri per charitatem. ergo non est necessaria specialis motio spiritussancti. Preterea. virtutes theologice sunt ꝑfectiores q̃ʒ morales. sed virtutes morales cum potentia in qua sunt sufficiunt ad eliciendum actus suos sine aliquo alio. ergo in virtutibus theologicis non est necessaria specialis motio spiritussancti. Alius est modus dicendi antiquoꝝ ꝙ virtutes et dona et beatitudines differũt per hoc ꝙ ꝑ virtutes ↄtingit perfecte agere. per dona aũt ꝑfectius. sʒ per beatitudines expedite. Contra hoc obijcitur. quia eadem virtute operoꝛ et expedite operoꝛ. qꝛ virtus est ꝑfectio habentis et opus ei⁹ bonũ seu ꝑfectum reddit. ex. ij. ethi. ergo illa non est sufficiẽs differẽtia inter virtutes et dona. Cõfirmatur. qꝛ ↄ̃uiter attribuũtur quatuoꝛ

conditiones habitui scilicet ꝙ est
illud quo habens operatur faciliter
delectabiliter. expedite. et prompte
Quartus modus dicendi est ali-
quorum modernoꝝ qui ꝯsistit in tri-
bus ꝯclusionibus. Prima est ꝙ in-
ter virtutes et dona nõ est distinctõ
realis. quia nulla pluralitas vel di-
stinctio est ponenda sine necessitate
Sed hic nulla est necessitas ad ponẽ-
dum distinctõem realem inter dona
et virtutes. ergo. Probatio minoris
Quia sicut ad omnem actum huma-
num sufficiunt virtutes humane si-
ne aliquo alio adueniente. ita ad om-
nem actum supnaturalez sufficiunt
virtutes theologice. ergo non opor-
tet ponere dona habitus realiter di-
stinctos a virtutibus theologicis.
Scđa ꝯclusio est ꝙ dona et virtutes
distinguuntur quantũ ad respectus
quia dona dicũtur per ꝯparationẽ ad
principium inquantũ scz sunt a deo
Sed dicuntur virtutes inquantum
scilicet ꝓficiunt subiectũ in ordine
ad actum. Sed restat dubiuz. Si
dona et virtutes sunt idem quomo-
do se hñt ad inuicẽ. Et est dicenduz
scđam istam viam ꝙ tria dona sunt
idem cum tribus virtutibus theolo-
gicis scz intellectus sapientia et sci-
entia sunt idem ꝙ fides spes et cha-
ritas. Alia autẽ quatuor dona sunt
idem cum quatuor virtutibus car-
dinalibus. qꝛ donũ pietatis reduci-
tur ad iusticiam. donũ autẽ timoris
dñi reducitur ad temperantiaz. do-
num autẽ fortitudinis est constãtia
siue fortitudo. donuz autem consilij
est prudẽtia. Si teneatur ista opi-
nio ꝑt rñderi ad argumẽta facta ad
secundam partem questionis.

Ad primum dicendum ꝙ si acci-
piãtur tres virtutes tm̃ et septẽ do-
na tunc est bene differẽtia inter do-
na et virtutes et ponũt in numeruz
et sic accipit Greg. Si aũt accipiã-
tur septẽ virtutes et septẽ dona tũc
nõ hñt differentiã realẽ vt dictum
est. Ad scđm de differentijs diui-
siuis est neganda minor. qꝛ vt patet
ex dictis tria dona sunt idem cũ tri-
bus virtutibus theologicis et qua-
tuor dona cum quatuor virtutibus
cardinalibus. Ad terciũ dicendũ
ꝙ accipiendo donũ timoris dñi illa
bene est virtus. et de illa non loquit̃
Aresto. in ethi. loquitur enim ibi de
alijs timoribus. Si aũt ista quar-
ta opinio nõ placet et ponatur rea-
lis differẽtia inter virtutes et dona
ꝑt dici ad primũ in ꝯtrariũ ꝙ nomẽ
virtutis et doni aliqñ accipitur cõ-
muniter. et sic virtutes dicũtur do-
na et dona virtutes. et sic accipit
Gregorius. Aliqñ accipitur ꝓprie
et sic quemadmodũ virtutes et do-
na distinguũtur scđm rem. ita etiaz
distinguuntur scđm nomen. Ad
secundum dicendum. ꝙ nõ illa est ꝓ-
pria diffinitio virtutis. sed est que-
dam notificatio communis. ideo ꝑt
dici tã de virtutib⁹ ꝗ̃ de donis.

Ulet etiã que-
ri. Circa istam distincti-
onem. xxxvj. queritur.
Utrũ virtutes morales
sint connexe. Et videtur ꝙ nõ. quia
aliquis potest esse inclinatus ad a-
ctum vnius virtutis et non ad actũ
alterius. ergo potest acquirere vir-
tutem ad cuius actum naturaliter
inclinatur et non ad alteram.

Preterea.dato ꝙ naturaliter in
clinetur ad plures virtutes tñ p̄t ex
ercitari circa materiã vnius virtu/
tis et nõ circa materiã alterius. pu
ta circa materiã fortitudinis et nõ
circa materiam temperãtie.ergo p̄t
acquirere vnã virtutez et nõ aliã et
ꝑ ꝯsequens virtutes nõ sunt ꝯnexe.
In oppositũ est Grego.ij.mora.
dicens.Quisquis vna virtute polle
re creditur tũc veraciter pollet cum
vicijs circa aliã ꝑtem non subiacet.
Et li.xix.ibidem ca.iij.dicit. ꝙ vna
virtus sine alia nõ est virtus Pre
terea.ꝯmentator sup.vj.ethi. in p̄n
cipio.Nõ existẽte ꝑpantia qualiter
esset iusticia.Et idẽ dicit glo.Apo/
calipſ.sup illud.Ciuitas in quadro
posita erat. Rñº.In ista questio
ne tria sunt vidẽda.Primo si virtu
tes morales sint ꝯnexe inter se. Se/
cũdo si sint ꝯnexe cũ prudentia.Ter
cio si sunt ꝯnexe cũ virtutibus theo
logicis. Quantũ ad primũ est opi
nio Thome.j.scd̄e.q.lxv.ar.j. ꝙ vir
tutes morales p̄nt accipi. vel quan
tũ ad esse impfectum.vel quantũ ad
esse ꝑfectũ. Primo quidẽ modo nõ
sunt ꝯnexe et vna sine altera haberi
p̄t.Scd̄o mõ sunt cõnexe ita ꝙ vna
quantũ ad esse ꝑfectũ non p̄t haberi
sine alijs. Et ista ꝯclusio ꝓbatur ab
alijs qui sequũtur ip̄m sic. Virtus
ꝑfecta nõ ꝯpatitur secũ aliquã obli
quitatẽ.q2 hñtem ꝑficit et opus ei⁹
bonũ reddit.ex.ij.ethi. Sed si virtu
tes nõ essent ꝯnexe virtus ꝯpatere/
tur secũ obliquitatẽ.ergo.Minor ꝓ
batur.q2 si esset viciũ cum vna vir/
tute tũc obliquaretur potẽtia.Exẽ/
plum de casto et auaro qui nõ face/
ret cõtra castitatẽ ꝓpter auariciam
pecunie. Preterea.virtus est p̄n/
cipium operandi delectabiliter ex se/
ptimo ethicoꝝ.Sed si aliquis habe
ret vuam virtutẽ et nõ aliam aliq̄n
operaretur cum tristicia.ergo habens
vnã virtutẽ habet oĩes. Minor pa
tet in auaro et casto.q2 si auar⁹ ⁊ ca
stus ꝯtineat ꝓpter virtutẽ castitatis
tũc hoc erit cum tristicia ꝓpter amo
rem pecunie. Preterea. Omis fi/
nis seu virtus ducit ad finem debi/
tum.Sed vna virtus nõ ꝑducit ad
finem debitũ id est ad beatitudinez
sine alia.ergo Preterea. Iustus
est qui caret oĩi malo.ſz nullus ca/
ret omni malo nisi habeat oĩes vir
tutes.ergo virtutes sunt cõnexe in/
ter se. Preterea.ꝯfirmatur hoc ꝑ
autoritates sanctoꝝ quaruz vna est
Gregorij in moral.Alia est glosa in
Apoc.sicut fuit argutũ ad principa
le. Contra istã opinionez obijci/
citur sic.Virtutes nõ necessario sũt
ꝯnexe in esse imperfecto.ergo nec in
esse ꝑfecto. Antecedẽs ꝯceditur ab
eis.ꝯsequẽtia ꝓbatur sic. Sicut vir
tutes in esse impfecto acquirũtur ex
actibus.ita etiã in esse ꝑfecto. ergo
sicut p̄t se exercere in actib⁹ vſqꝫ ad
gradum virtutis in esse imperfecto
ita p̄t se exercere in alijs actib⁹ vſqꝫ
ad gradum ꝑfectum.ergo si nõ sunt
cõnexe in gradu impfecto sequitur
ꝙ nõ necessario sint connexe in gra
du ꝑfecto.et hoc ideo vt dictum est.
quia potest se exercere in actibus cir
ca materiam vnius virtutis non
exercendo se circa materiã alterius
virtutis.Rñdetur ꝙ bene p̄t se exer
cere circa materiam vnius virtutis
in re nõ exercendo se circa materiã
alterius virtutis.tñ in conceptu de

necessitate habet materiam alterius virtutis. et sic nō exercitat se circa materiam vnius virtutis quin etiā exercitet se circa materiam alterius virtutis. Et hoc nō valet. quia possibile est sicut experimur ꝙ aliquis non habeat materiam alicuius virtutis nec in re nec in ꝯceptu. Et preterea. cum materie sint diuerse et voluntas sit libera nō videtur ratio quare non possit se exercere vel exercitare circa vnam materiam et non circa aliam. Preterea. virtus est habitus electiuus immediate existens determinata recta ratione ex. ij. ethicoꝝ. sed talis determinatio et ꝯformitas potest esse circa materiam vnius virtutis absq3 omni dictamine recto circa materiam alterius virtutis. ergo. Preterea. Inconueniens est ꝙ due virtutes sint sibi inuicem cause essendi. quia tunc esset circulatio in causis quod est inconueniens scdm philosophum in posterioribus. Sed si virtutes essent connexe vt ponit prima opinio tunc essent sibi inuicem cause essendi. ergo. Probatio minoris. Nam si fortitudo nō esset perfecta nisi qr concomitatur eam temperātia. et similiter temperantia non esset perfecta nisi quia concomitatur eam fortitudo ergo tēperantia est causa essendi fortitudinem. et fortitudo est causa essendi temperantiam. Preterea. in virtutibus moralibus maior videtur connexio inter species eiusdem generis q̄ inter duo genera. et hoc ideo. quia materie specierum eiusdem generis sunt magis cōnexe q̄ species duoꝝ generum. Sed species eiusdem generis virtutis nō sunt connexe. puta virginitas et castitas coniugalis. ergo. Vltimo arguitur sic. Virtus est pfectio hominis partialis nō totalis alias sufficeret vna virtus moralis. Sed qn̄ sunt plures perfectiones partiales alicuius illud potest esse perfectum in summo secundum vnam perfectionem non obstante q̄ careat alia pfectione. ergo aliquis potest habere vnam virtutem in summo dato ꝙ non habeat alias. Minor declaratur in exemplo. Nam visus et auditus sunt pfectōes hoīes partiales. et pt homo pfecte habere sensum visus absq3 eo ꝙ habeat sensum auditus. Dicitur ergo ad questionem aliter ꝙ virtutes morales possunt accipi vel quantum ad esse. vel quātum ad esse. vel quantum ad conseruari. Quantum ad esse quidem non necessario sunt cōnexe. vt patet per argumenta contra precedentem opinionem. quantum autem ad conseruari sic se habent ꝙ vna virtus non diu durat sine alia. Ad primum autem alterius opinionis est dicendum ꝙ virtus aut accipitur secundum se aut non in comparatione ad potentiam. Primo modo non compatitur secum aliquam obliquitatē Secundo vero modo potest esse obliquitas in potentia per accidens. qr non ratione virtutis quam habet. sed ratōne alterius virtutis qua priuatur seu quam non habet. Ad secundum dicendum est eodem modo. Nam virtus est principium operandi delectabiliter quantum est de se. Si autem non operatur delectabiliter hoc non est ratione sui sed per accidens. quia caret aliqua virtute.

Ad tercium dicendu͡z q̄ lꝫ omne potest accipi distributiue aut collectiue. Si primo modo maior est falsa. quia nō omnis id est nō quelibet virtus per se ducit ad vltimū finez. Si autez accipiatur alio modo tūc maior est vera. sed non est cōtra me quia habet talem sensum. oīs virtus. id est oēs virtutes simul sumpte perducunt ad vltimum finem. Vel est dicendum q̄ finis virtutis est duplex. scilicet proprius et communis qui est beatitudo vel felicitas Nunc autez omnis virtus ducit ad finem proprium. sed nō quelibet virtus per se ducit ad vltimum finem que est felicitas. Ad quartum cū dicitur q̄ iustus caret omni malo. Dicendum q̄ iusticia aliquando sumitur pro omni perfectione et tunc includit omnes virtutes vt patet. v ethicorum. Aliquando autem dicit virtutem specialē et tunc non oportet q̄ includat omnem virtutez nec q̄ careat omni malo. sicut patet in quibusdam principibus qui seruāt iusticiam speacialē et tamen in quibusdam sunt incontinentes. Ad autoritates autem Gregorij et glose. dicitur q̄ loquuntur de virtutibꝰ prout sunt principia merendi et hoc modo vna virtus moralis non est sine alia. Non autem loquūtur de virtutibus secundum se vt sunt principia actuum moralium. Quantum ad secundum articulum oportet primo videre si est vna prudentia omnium virtutum moralium. an si quelibet virtus moralis habeat propriam prudentiam adiunctam. Secundo oportet videre si virtutes morales sint annexe cum prudentia.

Quantum ad primuz est vna opinio q̄ omnium virtutum moralium est vna prudētia. quia ad hoc q̄ habitus sit vnus secundum speciē sufficit habere vnum obiectum formale. sed omnis prudentia habet vnū obiectum formale scilicet bonū operabile. ergo est tantum vna prudentia. Alia opinio dicit q̄ sunt distincte prudentie respectu distinctarum virtutū. quia sicut se habet ars respectu omnium artificalium. ita se habet prudentia respectu omniuz agibilium. Sed non est vna ars respectu omnium artificalium. ergo non est vna prudentia respectu omnium agibilium. Preterea quando generatur virtus moralis potest generari prudentia. sed vna virtus potest generari sine alia. ergo vna prudentia sine alia et per consequēs sunt distincte prudentie. Et confirmatur hoc experimēto. quia aliqui habent prudentiam in vna virtute et non in alia sicut patet in viris religiosis qui sunt prudentes circa cōtinentiam et tamen non sunt prudētes in rebus bellicis. Dicitur ergo q̄ in virtutibus possumus attendere duplicem vnitatez. scilicet vnitatem secundum speciem et vnitatē secundum ordinem. Quantū ad vnitatem secundum speciem sunt plures et distincte prudentie. quantum ad vnitatem secundum ordinem sic conceditur q̄ sit vna prudentia. Sicut etiam dicimus q̄ sciētia est vna vnitate ordinis in qua tamen sunt plures conclusiones et habitus specifice distincti. Preterea. ratio opinionis non valet. quia sequeretur q̄ omnes virtutes essent vna virtus

secundum speciem. quia obiectum omnium virtutum est bonum agibile. et hec est vna ratō formalis in obiecto. Quantum ad secundum dicit vna opinio q virtutes sunt annexe cum prudentia. quia virtus est habitus electiuus determinatus a recta ratione. ex secundo ethicorum Sed recta ratio non est sine prudētia. ergo virtutes sunt annexe cum prudentia. Tercio dicit q prudētia est annexa cum virtutibus moralibus quia prudentia est recta ratio confesse. id est conformiter se habēs appetitui recto ex sexto ethicorum. Sed appetitus nō est rectus sine virtute morali. ergo. Illis videtur q non oporteat. quia possibile est q aliquis abstineat propter malum finem ex conscientia erronea. et tunc talis habitus qui generatur ex illis actibus non est virtus quia non est conformis recte rationi. Sed ponatur q dimittat errorem. tūc iste habitus erit virtus et tamen non erit habitus prudentie. In toto isto articulo accipiatur quod plus placet. Quantum ad terciū articulum principalem dico q virtutes morales possunt dupliciter accipi. Vno modo quantum ad esse meritoriū et sic necessario sunt connexe cum virtutibus theologicis. quia charitas est principium actus meritorij. charitas autem presupponit fidē et spem Alio modo possunt accipi virtutes morales quantum ad esse prius et intrinsecum scilicet inquantum tales habitus. et sic non sunt connexe cum theologicis. et hoc probatur. quia sicut esse naturale potest esse et manere sine esse supnaturali ita pfectōes in esse naturali possunt manere sine pfectionibus in esse supnaturali. Sed virtutes morales perficiunt naturaliter. theologice autē supnaturaliter. ergo ille possunt esse sine istis et per consequens nō sunt connexe. Preterea. ad generatōz virtutū moraliū sufficiunt cognitio veri et dilectio boni. sed illa pñt haberi sine virtutibus theologicis. ergo virtutes morales pñt esse sine theologicis. Ad duo argumēta principalia patz q nō ɔcludūt ɔtra me. quia ɔcludunt ɔ opinione recitata in primo articulo. Ad autoritates aūt in ɔtrarium responsum est in fine primi articuli.

Sed iam distributio decalogi.

Circa istam distinctionem. xxxvij. et sequentē queritur primo. Vtrū oīa pcepta decalogi sint de lege nature. Et vidr q nō qr in his que sunt a lege nature non cadit dispensatio etiā apud deū. sz in aliquibus pceptis decalogi deus dispensat. ergo nō oīa pcepta decalogi sunt de lege nature. Maior ptz qr que sunt de lege nature. vel sunt principia necessaria nota ex termīs vel sunt ɔclusiones q̄ necessario sequūtur ex illis principijs et p consequēs in eis nō cadit dispensatio. ɔbatur minor in duob9 casibus. Primo qñ deus pcepit Abrahe vt immolaret filiū suum qd erat ɔtra illud pceptū. nō occides. Scdo qñ deus pcepit filijs Israel vt acciperent ab egiptijs vasa aurea et argentea. qd est ɔtra illud pceptū. nō furtū facies. Cōtra. In decretis dr di. j. Jus

naturale est qđ ꝯtinetur in lege ⁊ in
euãgelio. Rñº. In ista questione
sunt tria videnda. Primo q̃ ⁊ quot
sunt precepta decalogi. Scđo quali
ter p̄cepta decalogi erant distincta
in tabulis. Tercio si oĩa p̄cepta de//
calogi sint de lege nature. Quan
tum ad primũ dico ꝙ p̄cepta deca//
logi sunt decẽ. Quoꝝ rõ et sufficiẽ//
tia sic accipitur Nã sicut legislator
ad duo principaliter intẽdit. primo
vt subditi ordinẽtur ad principẽ. se
cũdo vt ordinẽtur ad seinuicẽ. Cõ//
similiter p̄cepta decolagi aut ordi//
nãtur ad deũ aut ad ꝓximũ. Si or//
dinãtur ad deũ. hoc p̄t esse triplici//
ter. qꝛ aut ordinãtur ad deũ in cor//
de. aut in ore. aut ĩ ope. Si in corde
tũc hẽtur illud p̄ceptũ. Nõ habebis
deos alienos. Si in ore tũc habetur
illud p̄ceptũ. Nõ assumes nomẽ dei
tui inuanũ. Si in ope tũc hẽtur illđ
p̄ceptũ. Memẽto vt diẽ sabbati san
ctifices. Vel p̄ñt distingui ista tria
p̄cepta ſm magistrũ sic. Primũ p̄ce
ptũ ꝑtinet ad p̄rem in quo est autori
tas. Scđm ad filiũ in quo est equali
tas. Terciũ ad sp̄m sanctũ in quo est
vtriusꝫ ꝯñitas. Si aũt p̄cepta ordi
nãt hoĩem ad ꝓximũ. hoc p̄t esse du
pliciter. qꝛ vel ꝑ exhibitõnez bñficij
vel ꝓpter fugã nocumẽti. Si primo
mõ tũc ponitur hoc p̄ceptũ. Hono//
ra p̄rem tuũ et mr̃ez tuã. Si scđo mõ
hoc p̄t esse tripliciter. Vel qꝛ est cõ
tra nocumentũ oꝑis. vel ꝯtra nocu//
mentũ oris. vel ꝯtra nocumentũ cor
dis. Si preceptũ est ꝯtra nocumen//
tum oꝑis. hoc ꝯtingit tripliciter. qꝛ
vel est ꝯtra nocumentũ oꝑis in pro
priã ꝑsonã ꝓximi. tũc datur hoc pre
ceptum. Non occides. Vel est ꝯtra
nocumentũ oꝑis in ꝑsonaz ꝯiunctã
et tũc datur hoc p̄ceptũ. Nõ mecha
beris. Vel est ꝯtra nocumentũ oꝑis
in re vtili tũc datur illud preceptuz
Nõ furtũ facies. Si aũt preceptum
ordinat hoĩem ad ꝓximũ ꝯtra nocu
mentũ oris tũc datur hoc preceptũ
Nõ falsum testimoniũ dices. Si au
tem preceptũ ordinat hoĩem ad pro
ximũ ꝯtra nocumentuz cordis. hoc
contingit dupliciter. sicut sunt duo
que p̄ñt corde ꝯcupisci. puta res de
lectabilis vel res vtilis. Si est res
delectabilis daẗ hoc preceptũ. Non
ꝯcupiscas vxorẽ ꝓximi tui. Si autẽ
est res vtilis daẗ hoc preceptũ. Nõ
ꝯcupiscas res ꝓximi tui nõ seruum
nõ ancillã ⁊c̄. Quantũ ad scđm ar
ticulũ sunt tres modi dicẽdi. Vnus
Iosephi qui dicit ꝙ quinꝫ p̄cepta
erãt in prima tabula et quinꝫ in se//
cũda. Alius modus dicẽdi est orige
nis qui dicit ꝙ quatuor p̄cepta erãt
in prima tabula ⁊ sex in scđa. Terciꝰ
modus dicẽdi est Augꝰ. qui dicit ꝙ
tria p̄cepta erãt in prima tabula scꝫ
Nõ habebis deos alienos. nõ assu//
mes nomẽ dei tui inuanũ. et memen
to vt diẽ sabbati sanctifices. Reliq̃
aũt septẽ erãt in scđa tabula. et hic
modꝰ Augꝰ. ꝯñiter a doctoribꝰ tene
tur. Quantũ ad terciũ articuluz
sũt due opiniones. Vna indistincte
dicit ꝙ oĩa p̄cepta decalogi sũt de
lege nature. qꝛ oĩa talia p̄cepta aut
sunt sicut quedã principia practica
nota ex termĩs. vel sicut ꝯclusiones
q̃ necessario sequũtur ex illis. et hoc
qꝛ oĩa p̄cepta aut sũt imꝑata aut ꝓ//
hibita. p̄cepta aũt q̃ sunt imꝑata ha
bẽt bonitatẽ formalẽ. p̄cepta vero ꝓ
hibita hñt ĩ obiectꝭ maliciã formalẽ

Alia est opinio que dicit q aliquid esse de lege nature pt intelligi dupliciter. Uno modo tanq principia practica nota ex terminis. vel tanq pclusiones necessario sequentes ex illis. et hec dicuntur strictissime esse de lege nature in quibus non cadit dispensatio. qz tunc fieret licitum illud qd de natura rei et ex se esset illicitum. Alio mo dicitur aliquid esse de lege nature. p eo q sunt psona dictamini legis nature. et in eis cadit dispensatio. Ad ppositu ergo dicitur q pcepta tabule prime sunt de lege nature ad minus duo prima que sunt negatiua. qz de tercio est dubiu cum in illo sit dispensatu. qz sanctificatio sabbati est scdm ritum iudeorum que scdm ritum christianoru hodie no tenetur. qz illa sanctificatio translata est in die dnicum. Precepta autez scde tabule sunt de lege nature scdo modo. Ex ista opinione patz ad principale. qz arguit de preceptis secunde tabule in quibus cadit dispensatio. Ad argumentum aut in ptrarium dico q Gratianus in decretis loquitur de lege nature large vt sumitur lex nature scdo modo, et non stricte.

Secundo queritur. Utruz omne mendaciu sit peccatum. Et videtur q non qz mentiri est ptra mente ire vel dicere. sed aliquis pt dicere ptra mentem et tn non peccat. ergo no ome mendaciu est peccatu. Probatio minoris. Non eni est verisimile q abraham exercendo preceptu dni in immolatone filij peccaret. et tn dixit ptra mente. qz dixit pueris suis. expectate hic ego aute et puer meus vsq illuc pperantes reuertemur ad vos. et tn no intendebat reuerti cum puero. qz debebat eu immolare. Contra. in ps. Perdes oes qui loquntur mendaciu. In ista questione sunt duo videda. Primo si omne mendaciu sit peccatum. Secundo si ome mendaciu sit peccatu mortale. Quantu ad primu dico q omne mendaciu est peccatu. quia quicuq facit alteri q sibi no vult fieri peccat. sz q mentitur facit alteri qd sibi no vult fieri. ergo. Minor pbatur. quia qui facit alteri quod sibi non vult fieri facit ptra generale preceptu de dilectone pximi. Diliges proximu sicut teipsum. Preterea. quicuq abutit aliqua re peccat. sz qui metitur abutit vocib seu verbis que sunt ad signandu interiorem animi pceptum vno modo vt visum est li. primo di. viij. q. prima. ergo qui mentitur peccat. Preterea. alij probant idem sic. Quicunq vadit contra primam veritatez que est deus peccat. sed qui mentitur vadit contra primam veritatem. ergo.

Preterea. actus transiens super materiam indebitam est malus. sed mendacium est actus transiens super materiam indebita. ergo est malus et p conseques peccatu. Quantum ad secundum articulum scilicet si omne mendacium est peccatum. Est sciendu q Augustinus in libro de mendacio ponit octo genera mendaciorum. tamen sicut ponit magister in litera omnia possunt reduci ad tria. scilicet ad mendacium officiosum. iocosum. et perniciosu. Dicitur autem mendacium officiosum quando aliquis metitur p vtilitate

alicuius sine damno alterius. Dicitur vero mendacium iocosum quando quis recitat hystorias vel fabulas in quibus recitans non intendit decipere nec audiēs decipitur. Dicitur aūt mendacium ꝑniciosuꝫ quando semꝑ ledit. Ad ꝓpositum ergo dicūtur due ꝯclusiones. Prima est ꝙ mendaciū officiosum et iocosum nō sunt peccata mortalia viris imꝑfectis. quia quod nō est ꝯtra charitatem dei vel dilectionem ꝓximi nō est peccatū mortale. sed mendacia predicta nō sunt ꝯtra charitatē vel dilectionē dei et ꝓximi. ergo. Secūda ꝯclusio est ꝙ mendaciū perniciosum semꝑ est peccatū mortale. quia quod est ꝯtra charitatē dei et ꝓximi est peccatum mortale. sed mendacium ꝑniciosum est hmōi. ergo. Sꝫ restat hic vnum dubium. Si mendacium iocosum et officiosum sint peccata mortalia in viris ꝑfectis. puta religiosis et ꝑlatis. Et dicūt aliqui ꝙ sic. qꝛ in hoc faciūt statum suū vilescere ne credatur eis et ꝑ ꝯsequēs ea que dicuntur ab eis exponuntur derisioni. Cōtra hoc obijcitur qꝛ qđ in vno est veniale in altero nō est mortale nisi obligetur ad illud ex voto. sed viri ꝑfecti nō obligantur ex voto ad non mentiendum iocose. ergo cum alijs hoc sit veniale eis non erit mortale. Ideo dicitur ƀm alios distinguendo de ꝑsona ꝑfecta. quia est quedam ꝑfecta in statu ꝑfectōis ꝑficiende sicut prelatus. et quedam in statu ꝑfectionis acquirende sicut religiosus. De primo ꝑt ꝯcedi ꝙ exercendo actus qui cōpetunt sibi ratione talis ꝑfectionis et status. puta docere et ꝑ̄dicare mendaciū esset in eo peccatum mortale. quia ex hoc auferetur vtilitas et soliditas doctrine quā predicat iuxta illud Augustini ad Hieronimum. Si ad scripturas sacras admissa fuerint quecunqꝫ mendacia iocosa nihil in eis remanet soliditatis. Si autē loquamur de persona que habet statum ꝑfectionis acquirende non exercende videtur aliud dicendum. quia talis non videtur obligatus plus ꝙ̄ ceteri nisi ad ea que vouit. Non enim assumpsit statū cure pastoralis ideo si non exercet actus perfectionis cuiusmodi est docere et predicare non videtur peccare mortaliter in mendacio iocoso vel officioso nisi forte propter scandalum. quia imperfecti magis possunt scandalisari de mendacio huius ꝑsone ꝙ̄ꝫ de mendacio persone communis. Ad argumentū principale dicenduꝫ. ꝙ abraham non dixit ibi contra mentem. quia sicut recitat Josephus in libro antiquitatum. Dum Abraham solus iret cum filio informauit eum qualiter fuerit miraculose ꝯceptus et qualiter eum si esset mortuus miraculose resuscitaret. et hoc Abraham firmissime creditur expectasse. quia non dubitabat de promissione dei in Isaac. Unde credebat eum miraculose resuscitandum et secum reuersurum ad pueros suos. sic non dixit aliter ꝙ̄ꝫ sentiret in mente.

Nunc de periurio videam⁹. Circa istã distinctionē tricesimã nonam queritur. Utrũ piurium sit peccatũ mortale. Et videtur ꝙ non. quia periuriũ non est nisi quoddam mendacium. sed non omne mendacium est peccatũ mortale vt dictum est in precedenti questione. Contra. quod fit in ꝯtemptum dei est peccatum mortale. sed periurium fit in ꝯtemptuz dei. ergo

Ad euidentiam huius questionis est sciendum ꝙ triplex est iuramentum scilicet incautum. coactuz ⁊ dolosum. Dicitur autem iuramentum incautum quando quis iurat de re illicita. puta si iurat interficere hominem. et tale quidem iuramentũ non obligat ad faciendum. Iuramentũ coactum dicitur quod fit ꝓpter metum. et hoc dupliciter. quia vel propter metum qui cadit in constantez virum. vel per metum qui non cadit in constantem virum. De his duobus iuramentis hic nõ queritur sed queritur de iuramento et piurio doloso de quo sunt tria videnda. Primo si est peccatum et dico ꝙ sic. sicut potest probari per quatuor rationes factas in precedẽti questione ad probandum ꝙ mendaciũ sit peccatum. Secundo est videndum. si periurium dolosum est peccatũ mortale. Et dico ꝙ sic. quia quod est cõtra maximam dei reuerentiã est peccatũ mortale. sꝫ piuriũ dolosuz ẽ huiusmodi. ergo. Tercio est videndum quod sit maius peccatum periurium vel homicidium. Et dicunt aliqui ꝙ piuriũ. quia peccata cõtra precepta prime tabule sunt maiora ꝙ̃ peccata que sunt cõtra precepta secunde tabule. Sed periurium est contra preceptum prime tabule. homicidium vero contra precepta secunde tabule. ergo periuriuz est maius peccatum ꝙ̃ homicidiũ. Preterea. peccatum quod committitur in deum est maius peccatuz ꝙ̃ quod ꝯmittitur in hominem. sed facere ꝑiurium est peccare in deũ. facere autem homicidium est peccare in hominem. ergo. Alij tenent ꝙ homicidium est maius. quia vbi est maior libido peccandi ibi est maius peccatum. sed in homicidio est maior libido peccandi ꝙ̃ in periurio. ergo.

Preterea. vbi est maior malicia et maior contemptus ibi est maius peccatum. sed in homicidio est maior malicia et maior contemptus ꝙ̃ in periurio. ergo homicidiuz est maius peccatum. Isti respondent ad argumentũ alterius opinionis.

Ad primum quando dicitur ꝙ illud est maius peccatum quod est cõtra precepta prime tabule. dicendũ ꝙ verum est ceteris paribus. sed si cetera non sunt paria non oportet. quia videmus ꝙ aliquis potest peccare venialiter contra precepta prime tabule et potest peccare mortaliter contra precepta secunde tabule. et hoc propter maiorem libidinẽ et maliciam peccandi. Ad secunduz potest dici eodez modo. Uel potest dici ꝙ maior est vera si actus sunt eiusdẽ rationis. sꝫ si actus sint diuersarum rationum tunc non oportet. sicut maior est offensa occidere rusticum ꝙ̃ dicere verbum displicibile principi.

Ad argumentū principale dicendum q periurium est mendacium pniciosum. mendacium autem perniciosum est peccatum mortale vt patuit supra.

Ancta syno dus. Circa istam distinctionem quadragesimā queritur. Utrum lex noua sit grauior lege veteri. Et videtur q sic. Quia quod se habet p additionem ad aliud est grauius illo. Sed lex noua se habet per additionem ad legem veterem. ergo lex noua est grauior veteri lege. Probatō minoris. Non enim venit soluere legem sed adimplere. Contra. Mathei. vndecimo. Iugum enim meū suaue et onus meum leue.

Ad istam questionem breuiter respondeo q in lege veteri est tria cōsiderare scilicz precepta moralia. et cerimonialia. et iudicialia. Si ergo comparemus legem nouam ad antiquam quantum ad precepta moralia siceadez sunt precepta hic et ibi In lege tamen noua sunt magis explicita. Si autem comparemus legem nouam ad antiquam quantum ad cerimonialia. tunc lex antiqua longe grauior est et quantū ad multitudinem et quantum ad difficultatem obseruandi. Unde Augustinus ad Ianuarium refert q Rabi moises numerauit in lege sexcenta precepta. In lege autem noua non est sic. quia in ea non sunt nisi septez sacramenta. ad que etiam non omnes generaliter tenentur. puta ad matrimonium vel ad susceptionem ordinum. Si autem comparemus legem nouam ad legem antiquam penes iudicialia. tunc lex noua est leuissima. qua nulla iudicialia christ⁹ imponit licet inquantuz fuerint per alios declarata sunt aliqua superaddita. Ad argumentum in contrarium quando dicitur q lex noua se habet per additionem ad legē antiquam si intelligatur de iudicialibus et cerimonialibus. tunc est falsum. Si aūt intelligatur quantū ad pcepta moralia. etiam nō est verum nisi per additionem intelligas maiorem explanationem. Sunt enim pcepta antique legis magis explicita in noua lege. Quorum preceptoruz adimpletionem nobis concedat deus trinus et vnus Amen.

Sequitur Liber quartus.

Tituli questionũ quarti libri sententiarum

Prima distinctio

Utrũ illa sit ratio diffinitiua sacramenti quam ponit mgr̄ in lr̄a.
Cuius entis sit diffinitio cuius nõ.
An sacramenti sit diffinitio.
Dato ꝙ sit quenam sit illa.
Utrum pro tp̄e cuiuscunqꝫ legis date a deo debuerit institui aliquod sacramentum.
Ibidem nota quatuor cõclusiones de necessitate sacramenti a deo instituti iuxta diuersos status et leges q̄ ꝗꝫ diuersificati.
Utrum noue legis sacramẽta gratie sint effectiua.
Ibi nota opinionẽ Thome et ratiões eius. deinde opinionẽ doctoris subtilis cũ dissolutõe rõnum thome
Utrum in circumcisione remittebatur peccatũ originale.
Nota ibi tres ꝯclusiones quomodo ꝑ circumcisionẽ que ad tẽpus legis nature nõ ꝑtinebat remittetur originale quodqꝫ tp̄e Josue magis ꝗ̄ꝫ Moisi fuerit confirmata.
Utrum ex vi circumciosionis cõferebatur gratia.
An de potentia dei absoluta possit remitti culpa originalis sine gratie infusione.
An hocidem fieri possit de potẽtia dei ordinata.
An in circumcisione collata fuerit gratia.
Utrum tp̄e legis nature fuerit aliquod sacramentum correspondens circumcisioni.
Uide tres conclusiones de hoc scilicet que fuerint sacramenta tempore legis nature et quemadmodũ desierit circumcisio.

Distinctio secunda.

Utrum septem sint noue legis sacramenta.
Uide tres conclusiones de nobilitate et perfectione septem sacramẽtorum legis euangelice a deo institutorum.
Utrum sacramẽta legis noue habeant efficaciam a Christi passione.
Uide duas conclusiones quomodo sacramenta habeant efficaciaꝫ a solo deo vt a causa principaliter causante et a christi passione sicut a causa meritoria.
Utrũ baptisatus baptismo Johãnis teneatur necessario rebaptisari baptismo christi.
Uide tres cõclusiones a quo et ad quid fuerit institutus Johãnis baptismus et que fuerit eius efficacia.

Distinctio tercia.

Utrum illa sit ratio diffinitiua baptismi quã ponit magister in lr̄a scꝫ intinctio corporis exterior ⁊c̄.
Uide tres ꝯclusiones quomodo baptismi aliqua et que sit diffinitio.
Utrũ illa sit forma baptismi. Ego te baptiso In nomine patris ⁊ filij et spiritussancti.
Si aliqua sit forma baptismi.
Que sint illa verba.
An ista verba possint mutari sine

baptisati periculo.
Utrū sola naturalis aqua pura cō ueniens sit baptismi materia.
Nota tres conclusiones ꝙ sola naturalis aqua et non artificialis sit materia.

Distinctio quarta.

Utrū puuli sint baptisandi.
Nota opinionē pelagioꝝ deinde ueram et catholicā cum dissolutōe rationum hereticorum.
Utrum paruuli recipiant effectum baptismi.
Uide tres conclusiones de tribus que recipiunt in baptismo paruuli fidem infusam caracterem et gratiam gratum facientem.
Utrum adulti recipiant effectum baptismi.
Ibi nota quatuor articulos secundum quaternariam adulti diuersitatem et conditionem.

Distinctio quinta.

Utrum iustificati teneantur baptisari.
An iustificati debeant baptisari.
An oēs baptisati equaliter recipiant effectum baptismi.
Utrum soli sacerdotes possint baptisare.
Nota tres articulos quomodo congruat solum uiatorem et sacerdotē baptisare.
In necessitatis uero siue mortis articulo quemlibet.
Utrum mali sacerdotes possint baptisare.

Distinctio sexta.

Utrum in baptismo imprimatur caracter.
Nota tres articulos quid importetur nomine caracteris.
An in baptismo caracter imprimat
An caracter impressus forma sit delibilis vel indelibilis.
Utrū caracter forma sit absoluta.
Utrū carac̄ sit forma respectiua.
In quibus sacramentis imprimatur caracter.
An absoluta sit forma caracter.
Utrum caracter sit in essentia anime vt in subiecto.
Tres conclusiones secundum triplicitatem opinionum.

Distinctio septima.

Utrū ꝯfirmatōnis sacramentū ad salutē sit necessarium.
Tres ꝯclusiones quō ꝯfirmatōis sacramentū homini adulto sit necessarium baptismū tū ꝓsupponens.
Utrū in sacramēta ꝯfirmatōis ꝯferatur grā gratum faciens.
Nota ibi tres ꝯclusiones.
Utrum sacramentum confirmationis possit iterari.
A quo illud sacramentū ꝯferatur.
Si illud iteratur.
Que sit pena iterantis istud confirmatōis sacramentū.

Distinctio octaua.

Utrum sacramentū eucharistie sit sacramentū legis noue.
Uide tres ꝯclusiones. Eucharistia est sacramentū noue legis. Eucharistia est sacramentū excellētius. et est vnum vnitate integritatis non indiuisibilitatis.

Nota ibidem quadruplicem differẽtiam sacramenti eucharistie et aliorum noue legis sacramẽtoꝝ et nota quõ corpus Christi capitur dupliciter ꝑ inclusione partiũ aĩataꝝ tm̃. scdõ ꝑ inclusione ptiũ qualiũcunqꝫ.
Utrũ illa sit forma ꝯsecratõis corporis christi que ponitur in canone misse. hoc est corpus meum.

Distinctio nona.

Utrum sacramentũ corpis christi possit a non ieiunis recipi.
Nota ibi ꝙ illud sacramentũ potest quadrupliciter sumi.
Utrũ possibile sit corpus cristi sub specie panis et vini realiter ꝯtineri
Nota ibi quõ corpus christi de nouo est sine sui mutatione.
Itẽ quõ corpus christi magnuꝫ ꝑt ꝯtineri in hostia parua..
Utrum existens in peccato mortali peccet mortaliter sumendo hoc sacramentum.

Distinstio decima.

Utrum idem corpus ꝑ aliquaꝫ potentiaꝫ possit simul esse in pluribus locis.
Utrũ corpus christi possit esse simꝉ in celo et in eucharistia.
Utrum christus in eucharistia existens ꝑ virtutem naturalem possit transmutare aliud a se.
Nota ibi distinctõꝫ potentiaꝝ aĩe.
Utrũ intellectus creatus possit naturaliter videre existentiam corpis christi in eucharistia.
Utrũ existẽtia corpis xpi in eucharistia possit videri oculo corpali.

Distinctio vndecima.

Utrũ in transsubstantiatõe panis ꝯuertatur in corpus christi.
Nota ibi quis est formalis terminus transsubstantiationis.
Utruꝫ panis in illa conuersione annihiletur.
Que est conueniens materia huius sacramenti.

Distinctio duodecima.

Utruꝫ in eucharistia sit aliquod accidens sine subiecto.
Nota ibi si inherentia est de esse accidentis.
Utrum in eucharistia quodcũqꝫ accidẽs sit sine subiecto.
Nota ibi si quantitas est perfectioꝛ qualitate an econuerso.

Distinctio decimatercia.

Utruꝫ sola actione diuina possit cõfici corpus christi.
Utrum quilibet sacerdos possit cõficere hoc sacramentum.
Utrum in omni loco sit licitũ missam celebrare.
Nota ibi multa de vestimẽtis locis et aliis requisitis ad missam.

Distinctio decimaquarta.

Utrũ penitẽtia necessario requiratur ad deletionẽ peccati mortalis.
Utrum actus penitendi requisitus ad deletionem peccati sit actus alicuius virtutis.
Utrũ penitẽtia virtus sit tm̃ vnius pene inflictiua.
Nota ibi si per sacramentũ penitentie remittatur peccatum.

Distinctio decimaquinta.

Utrū cuilibet peccato actuali mortali correspondeat satisfactio ꝓpria
Utrū quicunqꝫ iniuste abstulit rem alienā teneatur illam restituere.
Utrum damnificans alium in bonis corporis vel anime teneatur illa restituere.

Distinctio decimasexta.

Utruz remissio culpe et infusio grē sint vna simplex mutatio.
Utrum sit necessarium ad salutem alicui confiteri omnia peccata sua sacerdoti.
Nota ibi quo precepto tenetur peccator confiteri et quid illud preceptum includit.

Distinctio decimaseptima.

Utrum cuilibet sacerdoti in susceptione ordinis sacri conferatur clauis regni celestis.
Utrum potestas clauium se extendat ad excōmunicationem.
Nota ibi quis pt̄ excōicare et ꝓ quo est excōicatio facienda.

Distinctio.xx.et.xxi.

Utrum penitentia in extremis valeat ad salutem.
Utrum post hanc vitam possit aliquod peccatum dimitti.
Utrum confessor in quocunqꝫ casu teneatur celare peccatum sibi in cōfessione detectum.
Nota ibi qua lege censetur cōfessor celare peccatum sibi in confessione detectum.

Distinctio vicesimasecunda.

Utrū pcc̄a ꝑ penitentiā dimissa redeant eadem numero in recidiuāte.

Distinctio vicesimatercia.

Utruz extrema vnctio sit sacramētum noue legis.

Distinctio.xxiiij.et.xxv.

Utrum in ecclesia sint tantuz septē ordines.
Nota ibi diuersitatē opinantiuz si episcopatus est ordo vel dr̄ ordo.
Utrū pena canonica impediat a susceptione et collatione ordinū.
Nota ibi quid est pena canonica.
Itē q̄ et quot sunt pene canonice.
Itē q̄liter pene canonice infligunt
Itē q̄liter pene canonice tollūtur.

Distinctio.xxvi.et.xxvij.

Utrum matrimonium sit ꝯiunctio maris et femine.
Nota ibi quomodo differunt matrimonium et ꝯtractus matrimonij et sacramentum matrimonij.
Itē nota vnde dicit matrimonium
Utrū sit honestū marem et feminā matrimonialiter ꝯiungi.
Utrū matrimoniū sit a deo institutum et qn̄ et qualiter fuit institutū.

Distinctio.xxviij.et.xxix.

Utrū solus ꝯsensus exp̄ssus verbis de p̄nti faciat matrimonium.

Utruz consensus coactus sufficiat ad matrimoniũ ꝯtrahendũ.
Nota ibi multiplicẽ ꝯsensum requisitum ad matrimoniũ.

Distinctio.xxx. et.xxxi.

Utrum ꝯsensus erroneus sufficiat ad ꝯtrahendũ mr̃imoniũ.
Nota ibi si aliquis dicat verbo non tamen consentiat nunquid contrahit matrimonium.
Utrũ inter Mariã et Joseph fuerit verum matrimonium
Nota ibi si aliquis fouẽs virginitatem pt ꝯtrahere matrimoniũ.
Utruz ista tria sunt bona matrimonij scz fides proles et sacramentum

Distinctio.xxxij. et.xxxiij.

Utrũ ĩ mr̃imonio sit simpliciter necessarium reddere debitũ petenti
Nota ibi si actus ꝯiugalis est semꝑ sine peccato.
Utrũ bigamia aliqñ fuerit licita.
Nota quõ in bigamia pt esse iusticia ꝯmutatiua sine equalitate.
Item ꝙ bigamia non est contra legem nature.
Utrũ bigamus añ baptismũ possit ad sacros ordines ꝓmoueri.
Nota causam irregularitatis in bigamia.
Utrum virginitas sit virtus.
Nota ibi multa ⁊ plura bona de virginitate.

Distinctio. xxxiiij. et.xxxv.

Utrum fuerit in lege mosaica licitum repellere siue repudiare viro vxorem suam.
Nota ibi qualis erat forma libelli repudij.
Item quõ in libello repudij vir et vxor non erant pares.
Utrum impotentia coeundi impediat matrimonium.
Utrũ adulteriũ cum aliqua viuente marito post mortẽ mariti impediat matrimonium.

Distinctio.xxxvj.xxxvij. et.xxxviij.

Utrũ seruitus impediat mr̃imoniũ
Nota ibi vnde seruitus est introducta et si iuste est introducta.
Utrum ordo sacer impediat matrimonium.
Utrum votũ continentie impediat matrimonium.
Nota ibi qui sunt qui possunt votũ emittere.
Itẽ ꝙ votũ ꝯtinẽtie est multiplex.

Distĩctio tritesimanona quadragesima quadragesimaꝓma et scd̃a.

Utrum dispar cultus impediat matrimonium.
Nota ibi si infideles possunt cõtrahere matrimonium.
Utrum cognatio carnalis impediat matrimonium.
Utrũ affinitas impediat mr̃imoniũ

Distinctio. xliij.

Utrum resurrectõ generalis hominum sit futura.
Utrũ sit notũ ꝑ rõnem naturalẽ resurrectionẽ hoim̃ esse futuram.
Utrum corruptũ possit redire idez numero.

Distinctio. xliiij.

Utrũ resurrectio fiet in instanti.

Utrum ignis infernalis cruciet spiritus malignos.
Nota ibi diuersos modos quomodo spirit⁹ potest pati ab igne infernali vel purgatorij.
Utrum hoies damnati crucientur igne infernali post iudicium.
Nota ibi quō corpa damnatoꝝ patiantur et nō ꝯsumantur.

Distinctio.xlv. et. xlvj.

Utrū sancti videāt orōnes nostras quas eis offerimus.
Nota ibi si sancti orant ꝓ nobis.
Utrum in deo sit iusticia.
Nota ibi quid est iusticia ꝛ quot modis sumitur.
Utrum in deo sit misericordia.
Nota ibi quid est misericordia.

Distinctio. xlvij. et. xlviij.

Utrū iudiciū vniuersale sit futurū
Nota ibi si vniuersale iudicium erit in instanti et vbi erit.
Utrū mūdus sit purgādus ꝑ ignē.
Utrum post iudicium cesset motus corporum celestium.

Distinctio.xlix.

Utrū corpa btoꝝ sint impassibilia.
Utrū corpa beatoꝝ sint agibilia.
Utrū corpus beati ꝑ dotem subtilitatis possit esse cum alio corpe.
Utrum corpa beatoꝝ sint clara.

Distinctio quinquagesima.

Utrū damnati scdm rectam rōnem possint appetere non esse.
Utrum sit equalis pena omniū damnatorum.
Utrum beati videant penas dānatorum.

Samaritanus quidem. Circa primā distinctionem quarti sententiaꝝ in quo magister tractat de sacramentis et in qua distinctōne ponit partē principalē et partē incidētalem. quia tractat incidenter de sacramentis antique legis quero sex questiones. Primo. Utrū illa sit ratio diffinitiua sacramēti quā ponit magister in litera. Scdo. Utrū pro tpe cuiuscunq͡ legis date a deo debuit institui aliquod sacramentum. Tercio. Utrū sacramenta noue legis sint gratie effectiua. Quarto. Utrum in circumcisione remittebatur pccm originale. Quinto Utruz ex vi cirumcisionis ꝯferebatur grā. Sexto. Utrū tpe legis nature fuerit aliquod sacramentū correspondens sacramento circumcisionis.

Ad primam questionez sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ rō diffinitiua sacramēti non sit illa quā ponit mgr̄ in litera videlicet. Sacramentū est inuisibilis gratie visibilis forma. Quia diffinitio nō est nisi eius quod est ꝑ se vnum. ex. vij. metha. c. iij. Sed sacramentum nō est ꝑ se vnum. ergo. Probatur minor ꝑ Aug⁹. sup. Johannē omelia. lxxx. et ponitur prima. q. j. detrahe. Accidit verbum ad elementū et fit sacramentū. Sed ex verbo et elemento nō fit aliquid per se vnum. cum sint res diversoꝝ generum. ergo sacramentū non est per se vnum. In contrarium est magister in lrā. In illa questione sunt

tres articuli. Primus est cuius en/
tis est diffinitio et cuius non. Secū
dus si sacramenti est diffinitio. Ter
cius dato ꝙ sit queritur que sit illa.
Quantum ad primum dico ꝙ dif
finitio est entis positiui per se vniuſ
entis realis compositi realiter ⁊ ha
bentis conceptum vniuersalē. Ubi
patet ꝙ entis cuius est diffinitio ꝓ/
prie loquendo sunt quinqꝫ conditio
nes. Quia diffinitō primo est entis
positiui. nam non entis non est dif/
finitio. quia diffinitio est expressiua
quidditatis. ex primo thopicorum.
Sed non ens non habet quidditatē
ergo non entis nō est diffinitio. Se
cunda conditio est ꝙ est entis quod
est per se vnuꝫ. vt patet septimo me
thaphisice. quia eius quod non est
per se vnum non est diffinitio. Sed
nota ꝙ hec vnitas potest accipi du/
pliciter. Uno modo ꝙ sit vnum per
se vnitate reali. sicut compositū ex
actu et potentia. Alio modo ꝙ sit ꝑ
se vnum vnitate conceptus. esto enī
ꝙ aliquid non sit vnum vnitate rea
li. si tamen est vnum vnitate conce/
ptus eius potest esse diffinitō. Hoc
autem dico ne includatur difficul/
tas de vnitate reali et materiali. de
quo fit sermo libro secundo. distin/
ctione tercia. Tercia conditio est ꝙ
diffinitio est entis realis. quod pa/
tet. quia entis ratōnis proprie non
est diffinitio. Quia vt dictū est dif/
finitio exprimit quidditateꝫ. ens au
tem rationis non habet quiddita/
tem propriam. Sed nota ꝙ ens rati
onis non accipitur hic pro eo quod
est tantum in intellectu subiectiue si
cut sunt scientie. sed accipitur ens
rōnis pro eo quod est in intellectu
obiectiue non tanquam primuꝫ con
sideratum sed tanqꝫ secundo consi/
deratum. quod non est nisi tantuꝫ re
latio rationis. Quarta conditio est
ꝙ diffinitio est entis compositi rea
liter. et hoc patet ex octauo metha/
phisice. Quia diffinitio est sermo lō
gus habens partes. quod non esset
verum nisi diffinitum esset composi
tum. et per consequēs habet partes
Quinta conditio est ꝙ diffinitio est
alicuius habentis conceptum vni/
uersalem. quia particularium nō est
diffinitio. septimo methaphisice.
De secundo articulo queritur si
sacramenta habent aliquam diffini
tionē. Et dico ꝙ diffinitio vno mo/
do accipitur vt exprimit quid ꝓprie
extra aīam. Alio modo vt exprimit
vnū cōceptum ꝑ se in intellectu siue
ille ꝯceptus sit rei extra aīam siue
rationis vt exponebatur ens ratio/
nis in tercia conditione eius cuius
est diffinitō. Primo igitur modo sa
cramenti non est diffinitio sed secū/
do modo. Quod patꝫ. quia prima cō
ditio nō impedit. Est enī sacramē/
tum ens positiuum. quod probo tri
bus ꝓpositionibus. Prima est illa ꝙ
deum possibile est creare aliquē effe
ctum inuisibilem ꝑtinentem ad salu
tem scilicet hoīs viatoris. Et hec ꝓ
positio patet supposita omnipoten/
tia dei sc̄dm oēs theologos vt pa
tet li. j. dist. xlij. Secūda ꝓpositio est
ꝙ possibile est deū instituere aliqđ
signū etiā sensibile ad significāduꝫ
predictuꝫ effectū. Ista ꝓpositio pa
tet quia homines possunt instituere
signa rememoratiua ꝓnostica et de/
monstratiua ad significandum su/
os effectus. ergo multomagis deus.

Tercia propositio est ꝙ possibile est
deum determinare se ad cooꝑanduꝫ
illi signo instituto vt sequatur effe-
ctus iam p̄dictus nisi impediat indi
spositio hoīs suscipiētis. Hoc patet
qꝛ sic esset possibile in nobis ꝙ aliqͣs
instituens signū effectus sui dispo-
neret se semꝑ cooꝑari signo nisi im-
pediret ille cui adhiberetur. puta si
aliquis instituat ꝓ signo pacis et be
niuolentie tactū manus vel eleuati
onem digiti p̄t instituens tale signū
determinare semꝑ se ad cooꝑanduꝫ
ad effectū signatū nisi indispositio
eius cui signū adhiberetur impedi-
ret. Ex istis sequitur illa ꝯclusio
ꝙ infrascripta orō nō est in se falsa.
Sacramentū est signū sensibile gra
tiam dei vel eius effectum gratuitū
ex institutōe diuina efficaciter signi
ficans ordinatū ad salutē hoīs via-
toris. Quia nulla oratio est in se fal
sa nisi ꝑtes eius ad inuicem ꝯtradi-
cant. ex. v. metha. c. de falso. Sed ꝑ-
tes predicte orōnis ad inuicem non
ꝯtradicunt igitur nō est in se falsa.
et sic nō est entis impossibilis vel pu
re non entis. Scd̄a ꝯditio etiā nō
impedit quin sacramēti sit diffinitō
quia licet fundamentū huius relati
onis scꝫ signi sensibilis qd̄ ponitur
sacramentū includit aliqua ex qui-
bus non fit ꝑ se vnum vnitate reali.
p̄t tn̄ ex eis esse vnum vnitate con-
ceptus. Contra. Relatio nō est ꝑ
se vna etiā in conceptu nisi habeat
vnum fundamentum. sed hic non est
vnum fundamentū quia sunt verbū
et elementum. ergo. Rn̄detur. Et si
hoc forte esset veruꝫ de relatōnibus
realibus de quibus est dubiuꝫ. quia
in multis trahentibus vnam nauem
est vna relatio trahentiuꝫ ad vnum
tractum. tn̄ in relatōnibus ratōnis
ꝓpositio est manifeste falsa. qꝛ quan
tumcunqꝫ diuersa p̄nt cōcurrere in
fundamēto vnius relatōis rationis
Non enī oportet ꝙ ibi multa ꝯcipiā
tur ab intellectu quasi vnū in ordi-
ne ad aliud signatū. hoc apparet. qꝛ
multe oratōes contexte vel vna ora
tio ex multis sillabis que nihil vnū
ꝑ se faciunt sunt fundamentū vnius
relatōnis huius videlicet que est si-
gnificare deo inesse aliqua que sibi
intrinsece insunt cum tn̄ illud signa
tum sit vnū et idem simplicissimum
Item aliter patet ꝙ maior p̄dicte
ꝓpositōis est falsa ad minus in rela-
tionibus rōnis. quia significare bo-
num mustuꝫ est relatio rōnis ⁊ eius
fundamentū p̄t esse illud totum scꝫ
circulus cooꝑtus folijs ad modum
crucis. Tercia etiam conditio
nō impedit sacramentū diffiniri qꝛ
diffinitio vt exprimit ꝯceptū p̄t esse
eius qd̄ habꝫ aliquid loco generis et
differētie. Scꝫ sacramentū est hm̄oi.
ergo. Dicitur enī sacramentū signū
loco generis. ex institutōe loco diffe
rentie. sensibile vt fundamentū rela
tionis. gr̄a dei siue effectus dei gra
tuitus vt correlatiuū. Quarta et
quinta ꝯditōnes nō impediunt sacra
mentū diffiniri. Nam sacramentum
nō habet ꝯceptū simpliciter simpli-
cem nec ꝯceptū singularem sed vni-
uersalē. De tercio scꝫ articulo di
co ꝙ diffinitō sacramēti est illa. Sa
cramentū est sensibile signum gr̄am
dei vel eius effectū gratuitū ex insti
tutōne diuina efficaciter significās
ordinatū ad salutē hoīs viatoris.
Cū illa diffinitōe ꝯcordat diffinitō

Magistri si bene glosetur scꝫ. sacra
mentum est inuisibilis grẽ visibilis
forma. Accipitur enĩ forma visibi-
lis pro signo sensibili eo modo quo
imago herculis dicitur forma her-
culis. Qđ etiã ibi additur visibilis.
debet intelligi ꝓ sensibili in ꝯũi cu-
iuslibet sensus. qꝛ visus est excellen-
tior om̃i sensu et pluriũ differentiaꝝ
cognoscitiuus. j. metha. Ponĩr eti
am ibi visibile ꝓ sensibili siue vno si
ue pluribus ptinẽtibus ad eundem
sensum vel aliũ et aliũ. Ponitur au-
tem ibi grã inuisibilis ꝓ effectu dei
gratuito interiori ordinato ad salu
tem hoĩs viatoris. Ex ꝑdictis pa
tet solutio questionis dicendũ enim
est ꝙ illa rõ de qua querebatur si re
cte intelligatur et ꝑ aliqua noĩa non
explicata suppleatur est ꝓpria ratõ
diffinitiua sacramẽti eo modo quo
sacramentũ est diffinibile. Ad ar
gumentũ principale cũ dicitur diffi
nitio nõ est nisi eius qđ est ꝑ se vnũ
Dico ꝙ licet sacramentũ nõ sit ꝑ se
vnum vnitate reali pt tñ esse vnum
vnitate ꝯceptus. et hoc sufficit.

Ad scđam questionem sic
ꝓceditur. Videtur ꝙ pro
tꝑe cuiuslibet legis date
a deo non debuit institui
aliquod sacramentũ. quia pro tꝑe le
gis nature nõ legimus aliqua sacra
menta fuisse a deo instituta. Con
tra. Aug⁹. contra faustum dicit sen-
tentialiter ꝙ omnis deuota religio
habuit aliqua signa extrinseca ad
colendũ deum. sed illa signa sunt sa
cramenta. ergo. Ad istam questio
nem dico q̃tuor ꝯclusiones. Pri-
ma ꝯclusio est ꝙ congruũ fuit aliqđ
sacramentum institui. tum ꝓpter ex-
citationẽ. tum ꝓpter eruditõeꝫ. tum
ꝓpter humiliatõeꝫ. tum ꝓpter discre
tionem. Prime tres ꝯgruitates sũt
magistri in lrã. sed quarta ꝯgruitas
accipitur ab Aug⁹. ꝯtra faustum. cõ
gruum est enĩ vt illi qui sunt de vna
secta habeant signa distinctiua ab
alijs qui sunt de alia secta. sed hec si
gna distinctiua sunt sacramẽta. Cũ
igitur omni tꝑe fuerũt fideles ab in
fidelibus distincti omni tꝑe debue-
runt sacramẽta esse instituta. Se
cũda cõclusio est ꝙ a solo deo pt in-
stitui sacramentũ quantũ ad certitu
dinem signi. Cuius ratio est. qꝛ nul-
lus pt dare certitudinem signo pra
ctico nisi ille in cuius potestate est
signare siue causare signatum illius
practici signi. Sed solus deus est in
cuius ptãte est causare signatũ sa-
cramenti puta grãm. ergo solus de-
us pt instituere sacramentũ quantũ
ad signum certuꝫ vel certitudinem.
Inquantũ tñ est signum practicuꝫ
absolute posset institui ab alio sꝫ nõ
congruit. qꝛ institutio talis signi es-
set omnino frustra. cum ex impositi
one nunq̃ꝫ sine alio extrinseco pt ha
bere veritatẽ cum nõ sit in ptãte im
ponentis vel vtentis. Nec congruit
ꝙ deus ꝯmittat inferiori instituere
sacramentũ inquantũ signum certũ
ne deus esset approbator signi incer
ti falsi seu equiuoci Potest tñ sacra
mentum inquantũ signum et inq̃nã
tum certum ab alio a deo ꝓmulgari
tanq̃ꝫ a precone. sed ista ꝓmulgatio
nõ est institutio sed ꝑsupponit insti-
tutionem. Tercia conclusio est ꝙ
ꝓ omni statu vie post lapsum necesse
fuit institui aliquod sacramentum.

Quia pro omni tempore ꝓ quo est morbus est necessaria medicina. sed pro omni statu vie post lapsum fuit morbus. ergo necessaria fuit medicina. sed ista medicina est sacramentū ergo pro omni tempore fuit oportunum sacramentum. Ex his apparet ꝙ pro statu patrie nullum congruit sacramentum. quia tunc non indiget homo sensibilibus vt intelligat intelligibilia pertinētia ad salutem. quia consecutus perfecte salutem non indiget ad querendum ꝑtinentia ad salutem. Pro statu etiā innocentie non fuit congruum instituī sacramentū sicut post lapsum. qꝛ et si homo tūc potuit ex sensibilibus cognoscere inuisibilia tamen nullū sensibile fuit tunc necessariuꝫ tanꝗ conferens ad salutem remouendo aliquod impedimentum salutis vt scilicet posset dici proprie medicina. An autem matrimonium quod constat fuisse in statu innocentie sit sacramentum ostendetur inferius.

Quarta cōclusio est ꝙ pro diuersis statibus et legibus fuerūt diuersa sacramenta instituta maxime cōtra morbū originalis peccati. Cum quia deus ordinate agens procedit de minus perfecto ad magis perfectum. Cū quia perfectior lex requirit perfectiora adiutoria ad sui obseruationem. et sic posterior lex debuit habere sacramentum signans gratiam perfectiorem. Hinc ait magister Hugo libro de sacramentis. Dispensatōis ordo et ratio hoc poposcit vt sicut ab initio crescente tēpore magis ac magis aduentus saluatoris appropinquauit sic magis ac magis effectus salutis cresceret et cognitio veritatis. propter quod et ipsa signa salutis per successionē temporum alia poni alia debuerunt mutari. Ad argumentum in contrarium dicitur ꝙ pro omni tempore fuerunt aliqua remedia et sacramēta. quia vt patuit deus genus humanum nunꝗ dimisit sine aliquo remedio ad salutem.

Ad tertiam questionem sic ꝓceditur. Videtur ꝙ sacramenta noue legis sint gratie effectiua. quia per hoc distinguuntur sacramenta noue legis vt ponit magister ab alijs sacramentis. Alia enim sacramenta figurant ista vero efficiunt.

Contra. Causa nobilior est effectu. Sed sacramenta non sunt nobiliora gratia. ergo ꝛc. Probatur minor. Sacramenta sunt corporalia: gratia aūt est spiritualis. sed nullū corporale est nobilius spirituali. ergo ꝛc. In illa questione ponetur vna opinio. Secundo obijcietur cōtra eam et dicetur quid secundum veritatem sit dicendum. Tercio soluentur argumenta opinionis.

Quantum ad primum est opinio Thome que dicit ꝙ omnes coguntur ponere sacramenta noue legis aliquo modo esse causam gratie. qđ probatur quadrupliciter. primo sic Augustinus ponit super Johannē omelia octuagesima. et ponitur prima. questione prima. detrahe. Que est virtus aque et loquitur de aqua

baptismali vt corpus tangat et animam abluat. sed ablutio anime non fit nisi per gratiam. ergo aqua baptismi in anima efficit gratiam. Scdo sic. Magister in litera dicit Sacramentum est signum gratie ita vt similitudinem eius gerat et causa existat et non existit eius causa materialis vel formalis nec finalis. ergo est eius causa effectiua. Tercio sic. magister assignat differentiam inter sacramenta noue legis et antique per hoc quod sacramenta antique legis sunt signa gratie. sacramenta autem noue legis non tantum sunt signa gratie sed cause gratie. ergo vt prius. Quarto sic. Ecclesia in quadam collecta petit. Perficiant in nobis domine tua sacramenta que continent. Sed non continent gratiam formaliter. ergo continent eam virtualiter vel saltem causaliter. Si dicatur ad ista quod sacramenta sunt solum causa gratie sine qua non. Contra. quia causa sine qua non non est causa nisi per accidens. sed sacramenta non sunt causa per accidens gratie. quia tunc gratia non poneretur in diffinitione sacramenti quod tamen facit magister. ergo est causa effectiua

Si autem queratur qualiter sacramentum est causa effectiua gratie. dicitur quod efficiens distinguitur Quia est efficiens dispositiuum et est efficiens perfectiuum. Item est efficiens principale et est efficiens instrumentale. Item instrumentum habet duplicem actionem. vna est ex natura propria. alia inquantum mouetur a principali agente. Item illud quod instrumentum attingit vt motum a principali agente aliquando est terminus principalis agentis et aliquando est dispositio preuia ad illum terminum. Tunc ad propositum dicitur. Aqua per suam formam lauat corpus. sed inquantum est instrumentum diuine misericordie habet effectum vlteriorem non quantum ad gratiam. quia gratia est effectus principalis agentis scilicet dei. sed habet effectum ad dispositionem preuiam puta ad caracterem in sacramento baptismi et ordinis. vel ad ornatum anime proportionatum caracteri vt in alijs sacramentis. Iste modus confirmatur per magistrum in littera dicentem quod homo non querit salutem a sacramentis quasi ab eis sed per ea. sed hec prepositio a notat causam agentem principalem. per autem causam instrumentalem ergo etc.

Contra. Causa instrumentalis est causa per accidens. sed sacramenta per te non sunt causa per accidens gratie. quia vt arguis tunc non poneretur in diffinitione sacramenti quod tamen facit magister. ergo sacramenta non sunt causa gratie instrumentalis.

Preterea. Creatura secundum istum doctorem non potest instrumentaliter agere ad creationem seu ad terminum creationis. sed sacramentum est creatura. ergo sacramentum vel quecunque alia creatura non potest esse eius causa instrumentalis. Probatur minor. Illa dispositio non est formaliter naturalis cum non educatur de potentia naturali subiecti. sed omnis talis forma creatur. ergo

Preterea. Sacramēta non possunt habere actionem suam in instāti. sed illa dispositio si preuia ponitur est in instanti. ergo sacramenta non sunt causa actiua illius dispositionis preuie. Maior patz. quia ad sacramenta requirūtur verba et elementa et multa alia que sunt cū motu. Sed motus non potest esse in instanti ex sexto phisicorum. ergo sacramenta non habent actionem suam in instanti. Probatur minor. Nam successio in inductione forme nō est nisi penes partes mobilis vel partes forme. sed in proposito neutrum potest poni. Primum nō. quia subiectum id est anima est indiuisibile. secundum etiam non. quia sicut contingit minimam gratiā dari ita contingit dare minimam dispositionem. igitur ad minus ista dispositio non habet gradus vel successionem. Preterea. Nulla pluralitas est ponenda sine necessitate. ex primo phisicorum. sed hic nulla est euidēs necessitas ad ponendum illam preuiam dispositionem respectu gratie ergo. Probatio minoris. Apparet in sacramēto eucharistie. vbi signuz sensibile sunt species panis. res autem signata est existentia corporis Christi. sed inter illas species et existentiam corporis Christi nulla ponitur dispositio preuia. Preterea. Bernardus in sermone de cena domini. sicut inquit inuestitur canonicus per librum. Abbas per baculum. Episcopus per anulum. sic diuisiones gratiarum tradite sunt in sacramentis. Sed omnia predicta sunt signa ꝛ non cause. ergo nō sunt causa gratie. Preterea. Si sacramenta sunt causa actiua gratie. ergo in eis est aliqua virtus supernaturalis. sed hoc est falsum. Probatur minor. Quia illa virtus aut essz tota in toto sacramento et tota in q̄libet eius parte aut tota in toto et pars in parte. Primum non potest dari. quia hoc solum competit anime intellectiue inter formas creatas. Nec secundum quia tunc extenderetur per accidēs in subiecto. q̄d est contra rationem virtutis vel forme spiritualis. ergo ꝛc̄. Dico igitur ad questionem secundum opinionem aliorum prout ista argumenta probant ꝙ sacramenta non habent causalitatem actiuaz respectu gratie. Sed tunc queritur quomodo saluabimus dicta sanctorum asserentium ꝙ sacramenta sunt causa gratie. Ad quod dicitur tripliciter. Uno modo ꝙ sunt causa sine q̄ non. Sed contra hoc obijcitur vt tactum est. quia causa sine qua nō. nō est causa nisi per accidens gratie. sz sacramenta non sunt causa per accidens gratie. Alio modo dicitur ꝙ omnis dispositio immediate necessitans ad aliquam formam. esto ꝙ non causaret aliquam dispositionē mediam potest dici tam causa actiua ꝙ̄ instrumētalis. sed ipsum sacramentuz seu susceptio sacramenti est dispositio immediata non causans aliquam dispositionem mediam. potest ergo dici causa actiua et instrumentalis. Maior probatur. quia cōceditur ꝙ meritum est causa premij quia per meritum acquiritur premium et tamen meritum non causat premiū nec causat aliquam dispositionē mediā inter meritū ꝛ premiū.

Tercio dicitur ꝙ sacramenta sunt causa gratie scd̄m quandā assistentiam gratie sacramento. Assistit enī eis ex quadam pactione virtus diuina que est causa gratie et deuotio suscipientis. Sicut per simile patz qn̄ ad verbum Helisei Naaman se lauante astitit virtus diuina effectiua sanitatis nulla tn̄ causalitas fuit in verbo Helisei necꝫ in aqua iordanis. Accipiatur hic de duabus vltimis vijs que plus placet. Ad argumenta principalia de sacramentis noue et veteris legis iam patet ex dictis.

Ad quartam questionē sic ꝓceditur. Videtur ꝙ in circumcisione non remittebatur peccatuꝫ originale. quia culpa non remittitur nisi iusticia opposita restituatur. sed insticia originalis non restituitur in circumcisione. ergo. Ad istaꝫ questionem ponam tres ꝯclusiones. Prima est ꝙ in circumcisione remittebatur peccatum originale. Probatur. quia ad Romanos. iiij. sup illo verbo. signaculum accipit circumcisionis. dicit glosa. ꝙ in circumcisione remittebatur peccatum. Item Augusti. libro secūdo de nuptijs et concupiscentia dicit. circumcisio instituta est in populo dei ad remissionem veteris peccati. sed vetus peccatum est peccatum originale. ergo Itez deus nunꝙ̄ reliquit genus humanuꝫ absꝗ remedio necessario ad salutez. igitur tpe legis dedit aliqd̄ remedium deus cōtra originale seu contra culpam originalem. Sed nō legimus aliquod remedium preter circumcisionem vt patet in lege. igitur circumcisio tollit culpam originalem. Secunda cōclusio est ꝙ circumcisio nō pertinet ad tempus legis nature. quia lex nature cōmunis est omnibus. circumcisio autem non est cōmunis omnibus. igitur secundum Hugonē libro de sacramētis parte nona. Circumcisio est sacramentum legis scripte succedens sacramentis legis nature. licet fuerit inchoata ante legem scriptam. q2 tpe Abrahe vt habetur in Genesi. Nec est inconueniens quod aliquid ꝑticulariter ꝑtinens ad legem sit inchoatum ante legis publicationem. Quare autem circumcisio succedit sacramentis legis nature. dicit Bonauentura. distinctione prima. quarti. ꝙ est ratione grauitatis et euidentie ratōne certitudinis et etiam efficacie. quia magis remittebatur fomes in illis qui circumcidebātur ꝙ̄ in his qui tpe legis nature solis sacrificijs et fide mundabantur. Tercia cōclusio est ꝙ circumcisio magis est ꝯfirmata sub iosue ꝙ̄ sub moise. Cuius rō literalis est. quia tēpore moisi non dimiserunt circumcisionem. sed sub Iosue neglexerūt circumcisionē in deserto. ideo oportuit dari in mandatum. Alia ratio est spiritualis. quia circumcisio facta tpe Iosue fuit post peregrinationem in terram ꝓmissionis. Sed hec circumcisio figurat circumcisionem et abiectionē viciorum que semper est sub precepto. Ad argumētum principale cū dicitur ꝙ culpa non dimittatur nisi iusticia opposita restituatur. Dico ꝙ culpe originali opponitur aliquid formaliter

scilicet iusticia originalis. et opponitur aliquid virtualiter scz gratia. licet ergo nõ restituatur iusticia originalis restituitur tamē gratia que opponitur ei virtualiter.

Ad quintam questionē sic pceditur. Videtur ꝙ ex vi circumcisionis nõ ꝯferebatur gratia. qꝛ sacramentum nõ causat nisi quod signat Sed circumcisio tantum significabat ablationem ptis a toto et nõ aliquid positiuum. ergo nõ ꝯferebatur gratia. Contra. Beda sup Lucā Circũcisio in lege agebat quod baptismus tpe gratie agere consueuit sed baptismus ꝯfert grãm. ergo.

In ista questione sunt tres articuli. Primo est videndum si de potentia dei absoluta pt remitti culpa originalis sine infusione gratie. Secundo si de potentia dei ordinata posset remitti culpa originalis sine infusione gratie. Tercio est videndum si in circumcisione ꝯferebatur gratia. Quantũ ad primũ est vna opinio ꝙ deus de potẽtia sua absoluta nõ possit remittere culpam nisi infundat gratiam. Et hoc probatur multipliciter. Primo sic. peccatum non pt deleri de aĩa nisi ipa fiat de immunda munda. sed nõ pt fieri de immunda munda nisi p aliquã mutationem factam in aĩa. Ista autez mutatio est necessario ad formã absolutam positiuã. Quia ad relatõez nõ est motus nec mutatio. ex. v. phisicoꝝ. Illa aũt forma absoluta opponitur culpe et hec est gratia. ergo. Scđo sic. peccatũ opponitur gratie sicut priuatio habitui. sed priuatio non potest tolli a subiecto nisi p positionē habitus. ergo. Tercio sic. et est quasi idem. Culpe opponitur gratia sicut tenebra opponitur luci. Sed tenebra non remouetur nisi ponendo lucem. ergo. Quarto sic. culpa non remittitur anime nisi remota deo ordinatione eius. sed deordinatio non remouetur nisi per gratiam. ergo. Quinto sic. culpa remittitur cum peccator deo reconciliatur et per consequens acceptatur. sz nõ acceptatur nisi per gratiam. ergo.

Contra istam positionem arguitur primo sic. Quando plura repugnant vni circa aliquod subiectum idem potest per quodlibet istoꝛuz excludi ab illo subiecto. Sed culpe originali repugnat gratia et rectitudo ex puris naturalibus etiam sine gratia. ergo per solam rectitudinem naturalē sine gratia potest expelli culpa. Minor patz per magistrum qui ponit hominez ita esse conditũ cum rectitudine naturali. Secundo probatur ratione. quia si non potest fieri homo rectus rectitudine naturali sine gratia tunc gratia esset naturalis. Illud enim est naturale quod consequitur naturam secundum se. Tercio sic. secundum formã qualemcunqꝫ absolutaz deus potest creare hominem secundum eandem etiam formam absolutam post lapsum potest hominem reparare. Sed deus potest hominem creare precise in puris naturalibus siue in pura rectitudine naturali. ergo ꝛc. Dicitur ꝙ maioꝛ est falsa. quia deus potest hominem creare virginem et tamen

non potest facere de non virgine vir ginem. Sed hec responsio nō valet. quia maior accipit formaz qualem cunqꝫ absolutam. virginitas autem dicit aliquid absolutum et dicit negationem actus preteriti scilicz nō ꝙ cecidisse vnde deus potest facere de non virgine virginem quantum ad illud absolutum licet non quantum ad negationem actus preteriti propter quod sexto ethicorum dicitur. hoc solo priuatur deus ingenita facere que facta sunt. quia nulla potest esse factio non entis de nō ente. sed illa est factio non entis de nō ente. Dico igitur ꝙ deus de potentia sua absoluta pt remittere culpaz originalem sine infusione gratie. et hoc maxime quia gratia non opponitur peccato originali formaliter.

Ad primum alterius opinionis cum dicitur ꝙ peccatum non potest deleri ab anima nisi de immunda fiat munda conceditur. Sed mundatio est duplex. scilicet naturalis et gratuita. licet ergo non est munda mundicia que est per gratiam esset tamen munda mundicia que est per rectitudinem naturalem. Ad secundam negetur maior. quia culpe originali non solum opponitur gratia sed etiā rectitudo naturalis opponitur vt assumebat prima ratio contra opinionem. Et eodem modo dicitur ad tercium de luce et tenebra. Ad quartum negetur minor. quia deordinatio non soluz tollitur per gratiam sed etiam per rectitudinem naturalem. Ad quintum dicitur ꝙ ille cui dimittitur peccatum reconciliatur deo. Sed non sequitur ꝙ sit deo acceptus illa acceptatione speciali que est per gratiam. Acceptatio enim plus dicit ꝙ reconciliatio. reconciliare enim est non velle vindicare offensam. Sed acceptare est ipsam ad vitam eternam ordinare. Sicut in nobis apparet. quia possumus inimico offensaz remittere non reconciliando ipsum ad amiciciam specialem ordinando scilicet eum ad aliquod speciale bonum. De secundo articulo est videnduz si de potentia dei ordinata deus potest dimittere culpam nō infundendo gratiam. Et dicitur ꝙ nō quia secundum leges diuine sapientie post naturam lapsam non est dare medium inter filium regni et filium perditōnis. Sed filius regni est per gratiam secundum augustinum filius autem perditionis est per peccatum. ergo si remittitur culpa datur gratia. Tercio videndum est quod principaliter ꝓponebatur videlicet si in circumcisione conferebatur gratia. Ubi dicitur tripliciter. Primo secundum viam magistri sic. ꝙ in circumcisione remittebatur culpa sed non conferebatur gratia. Vñ glosa super illud ad Romanos quarto. signaculum accepit circumcisionis dicit ꝙ peccatuz ibi dimittebatur ꝫ gratia adiutrix ad bene operandum non prestabatur. Et Augustinus super titulum septuagesimitercij psalmi dicit ꝙ sacramenta veteris legis promittebant gratiam sed non dabant. Item circumcisio non aperiebat ianuam paradisi. sed habenti gratiam patet ianua pādisi. quia sola grā diuidit inter filios regni et filios pditōis. ꝫm Augustinum. iiij. de trinita. cap. xix.

Alio modo dicitur ꝙ in circumcisione cõferebatur gratia nõ tamẽ principaliter sed ex consequẽti. quia circumcisio principaliter ordinat̃ ad deletionem peccati originalis et ex consequenti ad gratiam conferendã. Et pro tanto dicitur gratiam nõ cõferre vt ponit prima opinio. q2 non confert eam principaliter sed ex cõsequenti. Et sic soluuntur autoritates pro illa opinione que inducuntur. Sed contra hoc obijcitur. q2 agens quod agit scd̃m rectam rationem magis principaliter intendit ꝑfectionem ꝙ̃ carentiam imperfectionis. Sed deus agit secunduz rectã rationem. ergo principalius intendit ꝑfectionem id est gratiam ꝙ̃ carentiam impꝑfectionis. id est carentiam originalis peccati. Tercio modo dicitur ꝙ in circumcisione conferebatur gratia tamen paruula respectu eius que confertur in baptismo. Cum autem dico gratiam paruam duo dico. scilicet gratiam et paruaz gratiam. Sed eoipso ꝙ in anima est gratia remittitur culpa. et licet abilitetur anima ad perficienduz. quia tamen parua est. ideo tamen paruũ abilitat et per hoc soluuntur argumenta prime opinionis. Nolunt enĩ autoritates ille negare gratiam cõferri in circumcisione. sed quia parum abilitat. ideo dicitur gratia nõ p̄stari. Alio modo soluit doctor noster dicendo ꝙ ille auctoritates loquuntur de sacramentis improprie sumptis sicut erant purgatões et expiationes. Ad secundum autez de apertione ianue paradisi. Dico ꝙ non fuit defectus circumcisionis ꝙ non aperuit ianuam. sed quia euenit tempore quo precium nõ fuit solutum. nam post solutum preciuz poterit alicui aperiri ianua qui non fuisset baptisatus. sed solum circumcisus et in gratia. baptisato autem defuncto ante passionem christi nõ potuisset ianua vt patet per magistrum in littera. Ad argumentum principale in contrariuz dico ꝙ nõ valet sicut patet in simili. Nam baptismus quantum ad actum exteriorem non signat nisi quandam deletionem immundicie corporalis et tamen nullus negat aliquem esse effectum eius positiuum.

Ad sextam questionem sic ꝑceditur. Videtur ꝙ tempore legis nature non fuerit aliquod sacramentuz correspondẽs circumcisioni ꝑ Gregorium. iiij. moralium sic dicentem. Quod apud nos agit aqua baptismi hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides vel ꝓ maioribus virtus sacrificij sed ista non sunt sacramenta. ergo. Contra est Augustinꝰ contra faustum. In nullum nomen religionis siue verum siue falsum coadunari p̃nt homines nisi aliquo signorum visibilium velut sacramentorum consortio vnientur. sed tempore legis nature vniebantur homines aliqua religione. ergo ꝛc. Ad istã questionẽ dico tres breues conclusiones. quaꝝ prima est ista ꝙ tẽpore legis nature, fuerunt aliqua sacramenta correspondentia circumcisioni. Secunda est ꝙ illud fuit fides parentum vel virtus sacrificij. Tercia conclusio est ꝙ circumcisio iam cessauit. Prima ꝯclusio ꝓbat̃.

Quia nullo tpe dimisit deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem. Sed deletio culpe originalis post lapsum fuit necessaria ad salutem. Ideo omni tempore fuit aliquod remedium seu sacramentũ ad salutem. Secunda ꝯclusio ꝓbatur ꝑ Gregorium quarto libro moraliũ dicentem sicut arguebatur ad principale. Quod apud nos valet aqua baptismi ⁊c̃. Nec accipitur hic fides pro solo habitu sed pro actu. et pro actu non tm̃ interiori sed etiam exteriori. pro actu quo quis inuocabat deum ore vel aliquo signo exteriori sensibili offerendo sacrificia Tercia conclusio ꝓbatur ꝑ Augustinum contra faustum vbi dicit sic. Sacramenta que seruabantur prenunciatiua erant que cum suo aduentu christus impleuisset ablata sunt et alia instituta q̃ sunt virtute maiora vtilitate meliora actu faciliora et numero pauciora. Sed tunc queritur quo tpe cessauerit circumcisio. Respondetur ꝙ illi duo magni doctores videlicet Hieronimus et Augustinus videntur fuisse contrarij de cessatõne legalium. Primo pono opinionem Hieronimi. et postm odum Augustini. Sciendum ergo ꝙ Hieronimus duo tempora intellexit in noua legis datione et sacramentorum institutione. Unum scilicet tempus concedendi euangelium scilicet quod incepit ab aduẽtu christi vsq ad passionis consummationem. Aliud fuit tempus promulgationis euangelij quod incepit ab aduentu vsq ad finem mundi. Similiter intellexit ꝙ mandata legalia et cerimonialia ꝯtingit dupliciter seruare. Uel ex precepto tanq necessaria ad salutem. vel ex dispensatione nõ quia bona sunt. sed quia inde elicitur bonum. Concessit igitur Hieronymus legalia maxime circumcisionem seruare debere quousq veritas euangelij promulgaretur et hoc in toto primo tempore. sed illis incipientibus aperiri que in noua lege ꝯtinebãtur. illa cessabant ita vt nulli post acceptam noticiam veritatis liceret seruare hec sacramenta aliq modo nisi illis solum ad quos non ꝑuenit predicatio euangelij vel etiaʒ ipsis Apostolis ex dispensatione et pia quidem dissimulatione. Ceteri autem erãt transgressores qualiter cunq seruarent. Ad hoc mouebant̃ Actuum. xv. vbi apostoli ꝯsentiunt legalia nõ esse seruanda. tm̃ alicubi post illam sententiam legalia seruauerunt sicut legitur de petro ad galathas. ij. et paulo qui circumcidit thimoteuʒ vt patet Actuũ. xvj. Seruauit etiam votum nazareorum vt patet in actibus. Augustinus autem alio modo soluit. Ubi sciendũ ꝙ Augustinus triplex tempus intellexit. primo tempus ꝯdendi euãgelium. scd̃o ꝓmulgendi conditum. tercio custodiendi iã ꝓmulgatuʒ. Primum tempus fuit ab aduentu christi vsq ad passionis consummatõeʒ et hoc tpe fuerunt legalia infirmata et in morte christi mortua. Scd̃m tẽpus fuit a morte christi vsq ad diuulgationem in oẽs gentes. Iuxta illud. in omnem terrã. ⁊c̃. Et hoc tpe fuerunt legalia ad tumuluʒ deducta. Tercium tempus fuit ab illo tpe vsq ad finem mundi in quo legalia sunt quasi in sepulcro posita et

clausa. Vlterius nota quod triplici de causa possunt aliqua seruari. scilicet propter necessitatem salutis. propter honestatem. et propter proximi infirmitatem. Dicit igitur Augustinus quod primo tempore legalia seruari potuerunt tanquam vel via salutis vel propter salutis vtilitatem. Secundo tempore seruari potuerunt etiam ab his qui audierunt euangelium propter honestatem. quia honore erat deducenda synagoga ad tumulum. Tercio vero tempore nullo modo sunt seruanda. quia qui iam seruat non est materni corpusculi honorator. Sed sepulture impudens reuelator. Et ita ponit quod Petrus et Paulus vterque seruauerit non tantum propter vitandum scandalum primi. sed etiam ad honorem debitum matri impendendum. Similiter ponit quod petrus veraciter non simulatorie reprehensus fuerat a paulo. non quia legalia seruabat. sed quia exemplo suo gentiles iudaizare cogebat. Ad argumentum principale patet ex predictis in secunda conclusione tercie questionis.

Iam sacramentum. Circa istam distinctionem secundam quero tres questiones. Primo vtrum sint septem sacramenta noue legis. Secundo. vtrum sacramenta noue legis habent efficaciam a passione cristi. Tercio. vtrum baptisatus baptismo Johannis teneatur necessario rebaptisari baptismo christi.

Ad primam questionem sic proceditur. Videtur quod non sint septem sacramenta noue legis. quia sacramenta sunt medicina contra vulnera. sed tantum duo sunt vulnera scilicet culpe et pene. igitur sunt duo tantum sacramenta. Contra. genera peccatorum sunt septem. igitur sacramenta sunt septem. Ad istam questionem sunt conclusiones tres. Prima est quod congruum est legem euangelicam sacramentis perfectissimis adornari. Secunda conclusio est quod illa sacramenta quibus lex euangelica adornatur sunt septem. Tercia est quod illa septem sacramenta sunt a deo instituta. Prima conclusio probatur sic. Congruum est legem perfectissimam sacramentis perfectissimis adornari. Sed lex euangelica est perfectissima. ergo. Probatur minor. Cum enim sit processus de imperfecto ad perfectum quanto lex est posterior tanto est perfectior. Sed lex euangelica est posterior. igitur perfectior. Confirmatur. quia lex proximior statui perfectissimo est perfectissima. Sed lex euangelica est proximior statui perfectissimo. scilicet beatitudinis. igitur est perfectissima. Tercio sic. congruum est legem veritatis et gratie perfectissimis sacramentis adornari. Sed lex euangelica est lex veritatis et gratie. Juxta illud Johannis primo. Gratia et veritas per Jesum facta est. Secunda conclusio declaratur dupliciter. Primo sic. sacramenta sanant infirmitates. igitur secundum numerum infirmitatum accipitur numerus sacramentorum. Sed infirmitas est duplex scilicet culpe et pene. Infirmitas vero culpe est triplex. scilicet originalis contra quam est baptismus. actualis mortalis contra quam est penitentia. et actualis venialis contra quam est extrema vnctio. Infirmitas vero

pene est quadruplex. scilicet ignorā
tia. pusillanimitas. malicia. et con/
cupiscentia. Contra ignorantiā est
ordo. Contra pusillanimitatem est
confirmatio. Contra maliciā est eu
charistia. Contra ꝯcupiscentiaȝ est
matrimoniū. Secūdo sic. sacramen
ta sunt quedam medicine. sed medi/
cina est triplex. scilicet preseruati/
ua. curatiua. et ꝯfortatiua. Medici
na aūt preseruatiua curat a morbo
sed nō liberat ex toto. et talis est ma
trimonium. Medicina curatiua li/
berat per gratiā. et hec variatur ſm
triplicem gratiam. scȝ baptismalem.
sic est baptismus. penitentialem. sic
est penitentia. finalem. sic est extre/
ma vnctio. Tercia est medicina con
fortatiua. Duplici enim ex causa ho
mo indiget ꝯfortari. vel ꝓpter diffi/
cultatem pugne et sic est ꝯfirmatio
vel ꝓpter lassitudineȝ itineris sic est
eucharistia. Ordo autē est ad mini/
strandum vtrunqȝ sacramentum.

Tercia conclusio declaratur sic.
dico enim ꝙ omnia ista sacramenta
sunt a deo instituta a christo ꝓ tpe
legis euangelice licet matrimoniuȝ
fuerit ante institutum tamen pro le
ge euangelica fuit a christo approba
tum. De baptismo patet. quia fuit
institutꝰ a xp̄o viuēte iuxta illud ma
thei. vltimo. Ite docete oēs gen/
tes baptisantes ⁊c̄. De eucharistia
patet eius predicatio diffusa. Io/
hannis sexto. sed eius institutio fu/
it in cena. Mathei. xxvj. De confir/
matione patet institutio eius. Io/
hannis. xx. Accipite spm̄ sanctum.
De penitentia patet eius institutio
Iohannis. xx. Quoruȝ remiseritis
pccā. et Math. xvj. quodcūqȝ liga/
ueritis sup terram. De extrema vn/
ctōne dicitur ꝙ fuit instituta a Ia
cobo. Iacobi. v. Infirmatur quis
in vobis ⁊c̄. sed melius est dicere ꝙ
fuerit instituta a christo. Legimus
enim Marci. vj. ꝙ Apostoli vnge/
bant oleo multos infirmos et sana/
bantur. ꝯstat aūt ꝙ hoc non fecerūt
nisi in virtute christi qui instituerat
illam vnctōem. De matrimonio idē
apparet Mathei. xix. Non legistis
inquit ꝙ masculum et feminaȝ fecit
eos dn̄s. et dixit supple p̄ os ade ꝙ̄
obrem relinquet homo patreȝ et ma
trem ⁊c̄. vbi christus approbat et ra
tificat id quod deus in statu innocē
tie p̄ os ade publicauit. De ordine
patet. Mathei. xxvj. Hoc facite in
meam ꝯmemorationē. Ad primū
principale cum dicitur sunt tm̄ duo
vulnera scȝ culpe et pene. cōceditur
sed illa vulnera habent diuersas dif
ferentias et penes eaꝝ differentias
sumitur sacramentoꝝ pluralitas vt
patet in secunda conclusione huius
questionis.

Ad scd̄aȝ questionē sic ꝓce
ditur Vr̄ ꝙ sacramēta
noue legis nō habeāt effi
caciā a passione xp̄i. quia
causa in actu ⁊ effectus in actu simꝉ
sunt et nō sunt. ex. ij. phisi. et. v. me/
tha. Sȝ passio xp̄i nō est in actu. igiꝉ
nec aliquis eius effc̄us est in actu p̄
eam. In ꝯtrariū est mgr̄ in litera
Ad istā questionē dicā duas con
clusiones. Ad cuiꝰ euidentiā est no/
tandū. ꝙ sic supius dicebatur. sacra
mentū est signum sensibile grām dei
vel eius effectū gratuitū efficaciter
signans ex institutōne diuina ordi/
natum ad saluteȝ hominis viatoris

Et sic sacramenta habere efficaciã est ipa realiter habere effectũ signatum. puta gratiam. ergo ab illo habent sacramenta efficaciã a quo est q effectus eius realiter ꝯcomitetur sed hoc dupliciter pt esse. vel tanq̃ a causa principaliter causante. vel sicut a causa meritoria. Est ergo prima conclusio q sacramenta habent efficaciã a solo deo sicut a causa principaliter causante. Secunda ꝯclusio est q sacramenta habent efficaciam a passione christi sicut a causa meritoria. Prima cõclusio ꝓbatur dupliciter. Primo sic. Efficacia sacramentoꝝ nõ pt esse ab aliqua inferiori causa instituente ipaȝ Sed solus deus instituit sacramenta vt patet ex tercia ꝯclusione precedentis questionis. ergo. Secũdo sic. solus deus determinat se ad causandum effectũ ꝓprium alias deus nõ esset prima causa si posset aliunde determinari. Sed effectus signati p sacramenta sunt proprij soli deo. q solus deus pt causare gratiam. igitur a solo deo sacramenta habent efficaciam sicut causa principaliter agente et causante. Contra istam ꝯclusionem instatur dupliciter. Primo sic. effectus non adequans virtutẽ cause supioris pt ꝓduci a causa inferiori. Sed effectus signati p sacramenta cum sint finiti non adequant virtutem prime cause que est infinita. ergo põt esse ab aliqua causa inferiori. Secundo sic. illud quod pt effectum signatuȝ p sacramenta destruere pt ipsuȝ efficere. sed homo est hmõi. probatur. quia homo peccando pt effectum signatum p sacramẽta destruere. igit potest ipsuȝ efficere. Ad primum dico. q creatio licet nõ adequet potentiam dei in esse. adequat eam tñ in modo ꝓducendi. quia talis mod' non ꝯpetit alicui virtuti finite. Ad secundum pt negari maior. quia facilius est destruere q̃ ꝯstruere. Alio modo potest negari minor. nec probatio minoris valet. quia cũ homo peccat mortaliter non anihilat ipse gratiam. sed est causa demeritoria ꝓpter quod demeritum deus nõ conseruat gratiam. et sic anihilatur.

Scõa ꝯclusio ꝓbatur. Ab illo sacramenta efficaciam habent sicut a causa meritoria qđ plus acceptat deus q̃ displicet sibi offensa primi parentis. Sed talis fuit passio xpi vt pt p Anselmum li. Cur deus homo. et declarabatur li. tercio. di. ij. ergo rc. Scõo sic. ab illo sacramẽta habent efficaciã sicut a causa meritoria p quod sunt nobis paradisi ostia reserata. Sed illud fuit passio christi. ergo. Sed contra illam cõclusionem instatur tripliciter. Primo. q si respectu grẽ est aliqua causa meritoria iam nõ est gratia. quod enim datur ex meritis nõ est gratia scđm Apostolũ ad Romanos. ix. Scđo. si sacramenta hñt efficaciã a passione xpi vt a cã meritoria. igit baptismus et eucharistia nõ habẽt efficaciam illam. ꝓbatio consequentie. quia illa sacramenta fuerunt instituta ante passionem christi. ergo. Tercio sic. si sacramenta habent efficaciam a passione christi hoc est maxime verum de vulnere laterali a quo scđm Augustinũ fluxerunt sacramenta. Sed hoc videtur falsum. quia scilicȝ hoc vulnus fuit inflictũ

post mortem. corpus autem mortuũ
non est causa merendi. Ad primũ
dico q̄ intentio apl̃i est q̄ grã non
habet causam meritoriã de ꝯdigno
in illo cui ꝯfertur. p̄t tñ habere cau-
sam meritoriã de congruo in eodem
et meritoriam de condigno extrinse
cam. maxime si illa causa meritoria
extrinseca sit gratuite data illi pro
quo est meritoria. Ad scõm p̄t di-
ci q̄ omnia sacramenta noue legis
hñt efficaciã a passione christi vt ex
hibita non quidem in actu exteriori
sed interiori. ab instante enĩ sue ꝯce
ptionis habuit christus meritũ sue
passionis. Vel p̄t dici q̄ sacramen-
ta noue legis omnia adhuc viuente
christo habuerũt adhuc minorẽ effi
caciam q̄ȝ post eius passionez. Et tñ
non fuit inconueniẽs q̄ institueren
tur ipso viuente. q̄ erãt instituta ꝓ
tunc. sed pro tp̄e post mortẽ habue-
runt principalẽ efficaciã. Ad ter-
cium dicitur. q̄ si illud vulnus fuit
inflictum christo post mortẽ vt nar-
rat euangeliũ tũc sacramẽta nõ flu-
xerunt ab illo tanq̄ȝ a causa princi-
paliter meritoria. tñ dicuntur inde
principaliter fluxisse ꝓpter quandaȝ
sil̃itudinem expressam eoꝝ que inde
fluxerũt ad sensibilia q̄ sunt in qui-
busdã sacramẽtis. Sanguis enĩ spe-
cialius assimilatur sp̄ei sub qua est
sanguis in eucharistia. et aqua speci
alius assimilatur materie baptismi
que duo sunt principalia sacramẽta
Et ille intellect⁹ p̄t haberi extra de
celebratõe missaꝝ. in fine vbi dicit̃.
q̄ in illis duobus scȝ aqua et sangui
ne duo maxima sacramenta redem-
ptionis et regeneratõis relucẽt.
Ad argumentũ principale cũ di-
citur q̄ causa in actu ꝛc̃. conceditur
maior. sed cum additur passio chri-
sti nõ est in actu. Dico q̄ licet nõ sit
in actu in effectu est tñ in actu in ac
ceptatõe diuina et hoc sufficit vt sit
causa meritoria. Sicut etiam nos ꝓ
ximis nr̃is multa ꝯferimus ꝓpter ali
quod bonũ qđ in memoria retinem⁹

Ad terciam questionez sic
ꝓceditur. Videtur q̄ ba-
ptisatus baptismo Johã
nis non teneatur necessa-
rio rebaptisari baptismo christi. q̄
magister dicit in l̃ra. ca. vltimo. q̄ q̄
spem posuerũt in baptismo Johan
nis et p̄rem et filium et sp̄m sanctuȝ
credebant nõ sunt postea baptisan-
di. Contra. de ꝯsecratõne di. iiij.
ca. aliud. et accipitur ab Augustino
sup Johannem omelia quinta. Si
quos baptisauit iudas non iterum
sunt baptisandi quos autẽ baptisa-
uit Johãnes iterũ baptisandi sunt
Ad istam questionẽ dico tres cõ-
clusiones. Prima a quo fuit bapti-
smus Johannis institutus. Secun
da ad quid fuit institutus. Tercia q̄
erat eius efficacia. Nũquid erat tã-
te efficacie q̄ baptisatus baptismo
Johannis non teneretur baptisari
baptismo christi. Quantũ ad pri
mum dico. q̄ baptismus Johannis
fuit institutus a deo. quia Johãnis
primo ait ipse Johannes baptista.
Qui me baptisare misit ille mihi di
xit ꝛc̃. Preterea. sic arguit xp̄us
contra phariseos. Baptismus Jo
hannis de celo erat an ex hominib⁹.
Si ex hominibus non erat ei credẽ-
dũ. si de celo igitur ex deo. Quan
tum ad secundũ dico q̄ baptismus

Johannis non fuit institutus ad efficienduz. sed vt ponit magister in litera fuit institutus ad significandum baptismũ christi. et ad assuefaciendum hoĩes ad baptismuz cristi. Vñ sup̱ illo verbo Math. iij. dicit glosa. ego baptiso id est tm̃ corpora lauo. qꝛ peccata dimittere nequeo. vt sicut nascẽdo et predicando preeo sic baptisando ad baptisma christi dirigam. Quantũ ad tercium est sciendũ. ꝙ baptisatus a Johanne poterat baptisari duobus modis scz in forma tradita a xp̃o. vel in aliqua alia forma vt puta in noĩe venturi. Si quis aũt fuisset baptisatus a Johanne in forma tradita a christo nõ erat ille rebaptisandus. quia ille nõ erat baptisat⁹ baptismo Johannis sz baptismo christi. Si quis aũt fuisset baptisatus a Johãne in alia forma. puta in noĩe venturi vel alia consimili forma erat necessario baptisandus. qꝛ preceptũ generale obligat oĩes. Sed preceptũ generale est ꝙ oĩes baptisentur in forma tradita a xp̃o. igitur. Cõfirmatur ex alio. qꝛ recipiẽs medicinã dispositiuam debet recipe̱ medicinã ꝯpletiuam et ꝑfectiuam. Sed baptismus Johãnnis erat sicut dispositio preuia ad baptismũ christi. ergo Ad argumentũ in ꝯtrarium dico ꝙ magister in illo puncto non tenetur.

Post hec vidẽdum est. Circa istam distinctionẽ terciam queruntur tres questiones. Primo vtrum illa sit ratio diffinitiua baptismi quã ponit magister scz Baptismus est intinctio id est ablutio corpis exterioꝛ facta sub forma verboꝝ prescripta. Secundo vtrum hec sit forma baptismi. Ego te baptiso in noĩe patris et filij ⁊ spiritus sancti Amen. Tercio vtrũ sola aqua naturalis pura sit materia conueniens baptismi.

Ad primam questionez sic ꝓceditur. Videtur ꝙ sit illa ratio sacramenti baptismi diffinitiua quã ponit magister scilicet Baptismus est intinctio ⁊c̃. quia pars sacramenti baptismi non predicatur de toto baptismo. Sed ablutio est pars sacramenti baptismi. ergo nõ predicatur de toto. Minoꝛ ꝓbatur. quia ad sacramentũ baptismi nõ solum cõcurrit ablutio cum aqua. sed concurrit etiam prolatio verborum. Contra est magister in litera. Ad illam questionem dico tres conclusiones. Prima cuius entis est diffinitio. vt patuit prima questione huius quarti. Est enim diffinitio entis positiui per se vnius entis realis compositi realiter habentis conceptũ vniuersalẽ seu ꝯmunẽ. Cui⁹ ꝯclusionis declaratõez videas in questione supra. Secunda conclusio est ꝙ baptismi est aliqua ratio diffinitiua. quia est ens positiuum per se vnum vnitate conceptus. nec est simpliciter simplex et habet conceptum cõmunem. sed omne tale est diffinibile ergo baptismi est aliqua diffinitio. Tercia conclusio est que sit eius ratio diffinitiua. Vbi notandum ꝙ baptismus est signuz sensibile. et vt est signum importat relationem de

cuius relationis fundamento possumus dupliciter loqui. Uno modo q eius fundamentum sit non solum ablutio. sed etiam verba. Alio modo q eius fundamentum sit sola ablutio. quamuis habeat alia concomitantia rationem diffinitiuam baptismi secundum duplicem opinionem sicut verba prolata cum intentione baptisandi. Ad propositum si teneatur ista via vltima potest poni talis ratio diffinitiua baptismi. Baptismus est absolutio hominis aliqualiter consentientis facta ab alio in aqua abluente sub certis verbis simul cum intentione debita proferente significans efficaciter ex institutione diuina ablutionem anime a peccato. Si autem teneatur alia via scilicet q verba cum ablutione sunt fundamentum baptismi tunc potest poni alia ratio baptismi. Baptismus est sacramentum ablutionis anime a peccato consistens in ablutione hominis aliqualiter consentientis facta ab alio abluente et in verbis certis ab eodem abluente cum debita intentione prolatis. nec est differentia inter illas rationes baptismi nisi per hoc solum q vna ponit ablutionem in recto alia ablutionem et verba ex equo que differentia consurgit ex diuerso modo concipiendi vel opinandi de fundamento huius relationis vt dicebatur in principio huius tercie conclusionis. Ex hoc patet q diffinitio baptismi data a magistro scilicet q baptismus est ablutio etc. loquitur secundum opinionem dicentem. q ablutio circumstantionata est fundamentum baptismi. Ex dictis patet ad argumentum principale per ea que dicta sunt in conclusione.

Ad secundam questionem sic proceditur. Videtur q illa non sit forma baptismi. Ego baptiso te in nomine patris et filij et spiritus sancti. quia cuiuscunque habentis formam et materiam illius forma est in materia. Sed ista verba non sunt in materia baptismi. quia nec sunt in aqua nec in ablutione. ergo etc. Contra. extra de baptismo et eius effectu capitulo. si quis. dicitur. Si quis ter puerum immerserit in aqua vel in aquam miserit in nomine patris et filij et spiritussancti. et non dixerit. Ego te baptiso etc. non est puer baptisatus. In illa questione sunt tres articuli. Primus est. si aliqua verba sunt forma baptismi. Secundus que sunt illa verba que sunt forma baptismi. Tercius si illa verba possunt mutari vel variari sine periculo baptisati vt vere sit baptisatus. Quantum ad primum articulum dico. q aliqua verba sunt forma sacramenti baptismi. quia vbi concurrit aliquod signum visibile et concurrunt verba in fundamento illius relationis tunc verba possunt dici forma eius. sed sic est in sacramento baptismi vbi concurrit ablutio tanquam fundamentum et verba tanquam determinantia ipsum. ergo verba sunt eius forma. Maior declaratur. quia materie est determinari et forme proprium est determinare. cum igitur verba determinent ablutionem baptismalem verba sunt ibi secundum istam methaforam tanquam forma.

Preterea. qn̄ ad aliquem actum ꝯcurrunt duo semꝑ principalius te-net locū forme. Sȝ ad baptismū con currunt duo. scȝ ablutio exterior et verba. verba aūt sunt principaliora. qd̄ ptȝ ꝑm Aug⁹. primo de doctrina xp̄iana dicentē. Uerba inter omnia signa tenēt principatū in significā-do. ergo aliqua verba sunt ibi forma Sȝ tūc queritur q̄ sunt illa verba q̄ sunt forma baptismi. et hoc spectat ad scd̄m articulū vbi sunt due ꝯclu-siones. Prima est ꝙ forma baptismi in eccl'ia romana est illa. Ego te ba-ptiso in noīe p̄ris et filij et sp̄ūsan-cti Amē. Quam formā tenetur qui-libet minister seruare in p̄dicta ec-clesia. qꝛ sic romana ecclesia institu it vt notatur extra de baptismo et eius effcū. c. si q̄s. Scd̄a ꝯclusio ē ꝙ forma baptismi in ecclesia greco-rum est illa. Baptisetur seruus xp̄i. in nomine p̄ris et filij ⁊ sp̄ūs sancti. In qua forma nō exprimitur ꝑsona ministri sicut in alia et hoc ad euitā dum scisma. vt ponitur. j. ad Corin. c. j. Gloriabantur enī baptisati de ministris dicētes. ego quidē Pauli ego aūt appollo ego vero cephe. pro pter qd̄ Ap̄ls ꝯcludit dicēs. diuisus est ergo xp̄us. Ad tollendū igitur illud scisma ordinatū est in ecclesia grecoꝝ ꝙ nomē ministri non expri-meretur. Quantū ad terciū arti-culū. Si illa verba seu forma posset variari sine ꝑiculo baptisati vel il-lius qui immergitur ita ꝙ vere esset baptisat⁹. Hic sunt tres opiniones. Una dicit ꝙ quacūqȝ variatōne fa cta circa verba dūmodo tres ꝑsone exprimātur integrū est sacramentū baptismi. Alia opinio que est tho me est totaliter ad oppositū que di-cit ꝙ necesse est p̄dictā formam to tam seruare alias sacramentū nō es set integrū. Tercia opinio est quā sequitur doctor nr̄ ꝙ illa variatio ꝑt esse quadrupliciter. Uel ex parte ministri. vel ex ꝑte actus. vel ex ꝑte suscipiētis. vel ex ꝑte clausule seq̄n tis. scȝ in noīe p̄ris ⁊c̄. Si autē fiat variatio ex ꝑte ministri. puta qꝛ ba-ptisans nō dicit ego. integrū est sa-cramentū sicut ptȝ de grecis qui ve re baptisant et tn̄ non ꝓferūt ꝓno-men ego. ille tn̄ sic faciēs in ecclesia romana mortaliter peccaret. Si au tem variatio fiat in actu exprimēdo illū modū in optatiuo modo et non indicatiue sic. baptisetur seruus cri sti in noīe p̄ris ⁊c̄. adhuc esset inte-grū sacramentū sicut ptȝ de grecis. Si aūt fiat variatio in suscipiente sacramentū nō est integrū. Si autē fiat variatio in clausula seq̄nte scȝ in noīe p̄ris ⁊c̄. Dico ꝙ ꝑt fieri sex modis sicut ponit Bonauētura sup iiij. di. iij. q. vj. scȝ mutādo addendo corrumpendo trāsponendo interpo nendo et plura eodē verbo implicā-do. Mutatio fit vt si diceretur ba-ptiso te in noīe p̄rīs genitoris geniti et spirati. et tūc nō esset baptismus. qꝛ licet idem significent tn̄ aliū mo-dū significandi hn̄t. et christus volu it ꝑsonas noīari ꝓp̄rijs noībus ꝑso-narū. Additio fit modis trib⁹. qꝛ est vna additio cōtra fidē vt si diceret baptiso te in noīe p̄ris maioris et fi lij minoris. Alia est additio que non est ꝯtra fidem. vt si diceretur. bapti so te in noīe p̄ris omnipotētis et fi lij et sp̄ūsancti. In prima additōe nihil fit. sed in secūda fit vbi faciēs

nullum intenderet inducere errorē Corruptio fit dupliciter. Aliquando est tanta quod nullo modo tenet sensum et tunc nō est baptismus. Aliquā vero est modica et tunc nō corrumpit sensum vt patet de balbutientibus et habentibus linguā impeditā et tunc non impedit quin sit baptismus. vt patet de ꝯsecra. di. iiij. c. retulerunt. de illo presbitero lingue latine imperito qui dixit. ego te baptiso in nomine patria et filia ꝛc. Trāsmutatio fit tripliciter. Quia aliqñ variat orōnis sententiā vt si diceretur. Ego patris baptiso te in nomine filij et spiritussancti. Aliqñ nō variat orationis sententiā vt si diceretur: ego te baptiso in noīe filij et patris et spūssancti. Prima transmutatio impedit baptismū. scda vero non nisi ageret ex malicia volēs minister inducere errorem. Interpositio autem vel intermissio fit dupliciter. qr aut est tanta quod discontinuat intentionē et longā facit moram vt si incipet formā baptismi et postea iret ad comedendum vel ad forum et tūc nihil fit nisi reincipiatur. aut est parua morula vt si inceptis verbis sternutaret et tunc est baptismus. Implicatio aūt pluriū fit duobus modis. Unus fit sic. baptiso te in nomine trinitatis. Alius est. baptiso te in noīe christi. In primo modo nihil fit. quia christus voluit in baptismo ꝑsonas exprimi distincte Mathei. vltimo. in trinitate aūt exprimuntur implicite. Sed de scdo modo dubiū est. vtrum scꝫ baptisatus in noīe christi esset baptisatus maxime pro tpe isto. quia aliquo tpe bene licuit baptisare in nomine cristi. vt patet Actuum. ij. ideo de tali tenenda esset regula que ponitur extra de baptismo et eius effectu Ad argumentum principale patet in prima et secunda cōclusione quomodo verba sunt huius sacramēti forma.

Ad terciam questionem sic ꝓceditur. Uidetur quod nō solum aqua naturalis pura sit materia conueniens baptismi. quia que habent eadem accidentia sunt eiusdē speciei. sꝫ aqua naturalis et artificialis habent eadem accidentia scilicet humiditatē frigiditatem et perspicuitatē. ergo sunt eiusdem speciei. Si ergo aqua naturalis est sufficiens materia baptismi eodem modo aqua artificialis erit. Maior patet. qr ex accidentibus deuenimus in cognitionē substantiarum. primo de anima. Contra. Johannis tercio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. Ad istam questionem dico tres conclusiones. Prima est quod aqua naturalis est materia baptismi. Secunda conclusio quod sola aqua naturalis est materia sufficiens per se baptismi. Tercia quod aque artificiales non sunt materia baptismi. Prima conclusio patet. quia ille humor est materia baptismi in quo christus determinauit baptismum fieri. sed hic est aqua vt patet Johannis tercio. et Mathei tercio. ergo ꝛc. Quare autem christus sic instituit vt in aqua fieret baptismus assignatur talis congruentia. Congruum est baptismum fieri in illo humore qui est

frigidus fluidus lucidus et commu-nis omnibus. Sed aqua est huiusmodi humor. ergo congruũ fuit baptismum fieri in aqua. Minor est euidens. Maior declaratur sic. Cum enim baptismus sit ad reprimendũ feruorem concupiscentie. ad flectendum rigorem inobedientie. ad illustrandum aciem intelligentie et obligat omnes tam diuites ꝙ pauperes debet fieri in illo humore qui est frigidus ad reprimenduꝫ feruorem concupiscentie. qui est humidus ad flectendum rigorem inobedientie. qui est perspicuus ad illustrandum aciem intelligentie. et qui est cõmunis omnibus diuitibus et pauperibus ne quis se excusaret propter assistentiam inopie. Secunda cõclusio ꝓbatur. Illud solum est sufficiens materia baptismi in quo circumscripto quocunqꝫ alio humore vel liquore potest aliquis baptisari Sed huiusmodi est aqua. ergo ꝛc.

Tercia cõclusio probatur. Aque que variant speciem aque naturalis non sunt materia baptismi. sed aque artificiales sunt huiusmodi. ergo aque artificiales nõ sunt materia baptismi. Minor probatur. primo. qꝛ aque artificiales fiunt ex quocunqꝫ non seruato processu nature per determinata media. Sed aque naturales fiunt per determinata media a natura seruato processu nature. Secundo sic. Aque artificiales fiunt ꝑ actionem ignis decoquentis. Sed ignis non videtur sufficiens in virtute actiua ad conuertendum quecunqꝫ in aquam naturalem seu artificialem vel elementarem. ergo ꝛc. Tercio sic. philosophus quarto metheororum dicit. Sciant artifices alchimite species rerum transmutari nõ posse. ergo per artem non potest resolui mixtum in aquam elementarẽ. Quarto sic. Cause differentes specie habent effectus differentes specie. Sed ars et natura differunt specie. ergo habent effectus differentes specie. igitur aqua que est ab arte nõ est eiusdem speciei cum aqua naturali. Contra hoc arguitur dupliciter. Primo sic. mixtum est grossius ꝙ aqua elementaris. sed aliqua aqua artificialis est subtilior aqua naturali. igitur illa aqua artificialis non est aliquid mixtum. ergo est elementum et constat ꝙ non est aliud elementum ꝙ elementum aque. ergo ꝛc. Secundo sic. Facilior est resolutio ꝙ generatio. sed ars demonum statim producit ex aqua aliquod mixtum. quia producit ranas Exodi septimo. ergo per artem ex mixto potest statim produci elemẽtum aque. Ad primum dico ꝙ duplex est subtilitas. scilicet subtilitas simplicitatis et subtilitas penetratiua virtutis actiue. Nunc autẽ aqua artificialis est subtilior aqua elementari subtilitate penetratiua. et non subtilitate simplicitatis. ergo. ꝛc. Ad secundum dico ꝙ aliud est dicere artem producere aquã et aliud est dicere adhibere artem actiua passiuis quibus adhibitis generat mixtum. Concedo ergo bene ꝙ ars potest adhibere actiua naturalia passiuis naturalibus quibus coniunctis sequitur actio. Sed non tanquam ab arte sed tanqꝫ ab acti-

uis et passiuis naturalibus.

Ad argumentum in contrarium dico q licet aqua artificialis habeat aliqua communia accidentia cum aqua naturali tamen habet aliqua dissimilia a tota specie.

Hic aũt dicendum est. Circa istam distinctionem quartã ad primam secundam et terciam eius ptes quero primo. Utrũ paruuli sint baptisandi. Secundo Utrum paruuli recipiunt effectum baptismi. Tercio vtrum adulti recipiant effectum baptismi.

Ad primam questionẽ sic proceditur. Uidetur q paruuli non sint baptisandi. quia baptismus est medicina contra peccatum. Sed paruuli nõ habent peccatum. ergo etc. Minor probatur. Peccatum enim non est sine electione et voluntate p Augustinũ de vera religione. Sed paruuli non habent electionem ex secũdo phisicorum. et tercio ethicorum. ergo etc. Contra Beda et ponitur in vltimo capitulo prime distinctionis istius quarti. Qui dudũ clamabat p legem. Anima cuius preputij caro circumcisa non fuerit peribit de populo suo. Nunc per euangelium clamat. nisi quis renatus fuerit etc. Ad istam questionem respondeo. et primo ponã vnam opinionem pelagianorũ. secundo opinionem verã que est catholicorum tercio soluam rationes hereticorũ.

Quantum ad primum est opinio pelagianorum q paruuli non sunt baptisandi. quia baptismus est contra peccatum seu contra morbũ peccati originalis. sed paruuli non habent peccatum originale. ergo non sunt baptisandi. Minor probatur primo per Augustinum. quia peccatum ideo est peccatum. quia voluntarium. sed nihil est voluntarium in paruulis. quia non habent vsum rationis. ergo in eis non est peccatum. Secundo sic. nullus peccat in eo q̃d vitare non potest. per Augustinum in tercio de libero arbitrio. sed paruulus hanc vitare non potest cum hoc contingat sibi a cõceptione sua ergo. Tercio per argumentum Juliam sicut refert magister secũdo sententiarum distinctione secunda non peccat ille qui nascitur nec peccat ille qui condidit. per quas igitur rimas inter tot presidia innocẽtie peccatum fingit ingressum. Quarto sic defectus naturalis non est imputabilis ad peccatum. sed omnis defectus qui causatur in paruulis est naturalis. ergo etc. Maior patet tercio ethicorum. vbi dicitur q ceco nato nullus improperabit sed magis miserebitur. Contra istam opinionem arguitur sic. Baptismus est contra morbum peccati originalis. sed paruuli habent peccatum originale. ergo paruuli sunt baptisandi. Minor probatur quia ait Gregorius super Exod. in glosa. omnes in peccato nati sumus ex carnis delectatione concepti culpam originalem traximus nobiscum;

Item Augustinus super psalmo dauid. Dixit se in iniquitatibus cōceptum. quia in omnibus ꝯtrahitur iniquitas ex adam. Et Augustinus libro de fide ad petrum. Firmissime tene et nullatenus dubites. omnem qui ꝑ ꝯcubitum viri et mulieris concipitur cum peccato originali nasci

Preterea. Augustinꝰ in libro de baptismo paruolorum. Adam ꝑ preuaricationis exemplum infecit in se omnes de sua stirpe venturos.

Preterea. peccatuȝ originale est formaliter carentia iusticie originalis vt patuit in secūdo libro. sed omnes communiter propagati carent originali iusticia. ergo omēs habēt peccatum originale. Non autem intendo per istas rationes includere virginem benedictaȝ. oportet tamē de ea singulariter loqui. Et secūduȝ Augustinum. Cum de peccatis agitur de maria nullā prorsus volo habere questionē. Teneo igitur ꝙ paruuli cum habeant peccatū originale baptisandi sunt. Ad argumenta autē alterius opinionis. Ad primum dico ꝙ illud verū est de peccato actuali. Si aūt intelligat͛ de peccato originali. Dico ꝙ nō oportet peccatū simpliciter esse voluntariū hn̄ti ip̄m. sed esse voluntariuȝ ei vel illi a quo ꝯtrahitur. fuit aūt ꝑ actuȝ voluntariū ade a quo ꝯtractum est.

Ad secundum dico eodem modo ꝙ nullus peccat in eo qꝺ vitare non potest aut in se aut in alio qui ꝓ ip̄o accepit habituȝ oppositū vicio. Potuit autē hoc vitari in alio. puta in adam si non peccasset qui acceperat iusticiam originalem pro se et posteris. Ad tercium rn̄det magister libro secūdo. Ait enim sic Iuliano per sacram paginaȝ ꝙ per vnum hominem intrauit peccatuȝ in mundū quia per vnius hominis inobedientiam vt ait Apostolus. Ad quartum dico ꝙ defectus nihil habens de voluntario non est imputabilis. Sed ille defectus habet aliquid de voluntario. quia ex voluntate primi parentis seminatum est. Sed oritur dubium. Nam paruuli sunt baptisandi vt dictum est in secundo articulo. sed interduȝ paruuli nō possunt nasci seu exire de vtero materno. queritur igitur si possunt ante ortum in matris vtero baptisari. Et videtur ꝙ non. quia coniunctū cause sue corruptiue dum coniungitur non potest mundari ab illa corruptione. sed paruulus in vtero mr̄is est coniunctus cause sue corruptionis. ergo in vtero materno non potest mundari. Cōtra hoc. nam caro matris in paruulo non est causa corruptionis nisi mediata caro autem paruuli est causa corruptionis immediata loquendo de corruptione originali. Si ergo stante ꝯiunctione ad causam corruptōnis non p̄t purgari ab illa ꝑte sequitur ꝙ paruulus habens carnem suam nunq̄ a peccato originali p̄t purgari qꝺ est ꝯtra fidem. Preterea. licet paruulus in vtero mr̄is sit ꝯiunctus matri localiter tn̄ distinctus ab ea ꝑsonaliter. quia habet aliud corpus ⁊ aliā animam. sed distinctio ꝑsonalis sufficit ad distinctionem secunduȝ peccatum et non peccatum. ergo non obstante tali coniunctione locali ꝓpter distinctionem personalem potest paruulus esse iustus.

Preterea. si cum ꝯiunctione ista ad causam corruptōis nō posset sta re gratia in paruulo. ergo paruulus in vtero nō potest habere baptismū flaminis vel sanguinis quoꝝ vtrūq₃ est falsum. De flamine patet de Hieremia. Hiere. j. de Johanne baptista Luce. j. et de matre christi. vt firmiter tenet ecclesia. De baptismo aūt sanguinis patet ꝑ hoc ꝙ si quis ꝑsequitur matrem grauidam eadez de causa ꝑsequitur filium in vtero eius qua ꝑsequitur matrem. ergo si mater occiditur ꝓpter iusticiam vel ꝓpter fidez similiter et paruulus. Si autem paruulus occideretur extra vterū haberet baptismū sanguinis si ꝓ iusticia vel fide occideretur etiam nō baptisatus. Ergo eodem modo rationabile est ꝙ deus non condemnet eum ꝓ simili causa in vtero matris passum. Dico igitur ad istud dubiuz. quia vel puer est scdm̄ omnes partes in vtero mr̄is sue vel scdm̄ aliquam partem apparet extra vterum. Si primo modo dico ꝙ nō potest baptisari. nō ꝓpter hoc quia est coniunctus cause sue corruptionis vt dicebat precedēs opinio. Sz quia baptismus est ablutio corporis in aqua. Sed paruulus cū sit in vtero matris existens nō potest lauari cum nō possit ab aqua tangi immediate. Si secundo modo aut apparet pars principalis vt caput. et tunc potest baptisari. non enim est verisimile ꝙ in die penthecostes quando baptisati sunt tria milia. Actuū. ij. ꝙ quilibet quantū ad totum corpus suum lauaretur aqua sed precise quantum ad faciē aspergendo vel quantum ad caput ꝓfundendo. et in illo casu si puer postea nasceretur non oporteret ipsum de nouo baptisari. Si autem apparet pars minus principalis sicut est manus vel pes illa est baptisanda. quia in ea est tota anima licet non omnes sensus. qꝛ sensus vigent maxime in capite. et sic adhuc minus sufficeret ad hoc ꝙ esset baptisatus esto ꝙ nasceretur sub cōditione baptisandus esset vt docetur extra de baptismo et eius effectu. de quibus dubium est. Credendum est enī ꝙ deus suppleat in tali casu si quid ꝑ impotentiam est obmissum. Ad argumentum in cōtrarium ꝯcessa maiore negetur minor. Ad ꝓbationem cum dicitur ꝙ peccatum non est sine electione. Dico ꝙ verum est de peccato actuali. nego autem de peccato originali.

Ad secundam questionem sic ꝓceditur. Videtur ꝙ paruuli non recipiant effectuz baptismi. quia gratia non datur sine fide. Sed paruuli non habent fidem. igitur eis nō datur gratia. Minor ꝓbatur ad Ro. decimo. Contra. Augustinus in Enchiridion. Paruulus sine decrepitus moritur peccato in baptismo sed nullus moritur peccato nisi recipiat gratiam. ergo. Ad istam questionem dico tres conclusiones scdm ꝙ ꝑuuli in baptismo inter alia tria recipiunt. Prima ꝯclusio est ꝙ paruuli recipiunt fidem infusam in baptismo. Scđa ꝯclusio est ꝙ recipiūt caracterem. Tercia ꝯclusio est ꝙ recipiunt gratiam gratum facientem. Prima ꝯclusio ꝓbatur. sine fide est impossibile placere deo. vt ait

Apostolus ad Hebreos. sz paruuli q̄ cito baptisantur placēt deo. ergo hn̄t fidē sz non hn̄t fidē acquisitam: ergo habēt fidem infusaz. Cōtra hoc obijcitur. qꝛ habens habituz p̄t vti habitu cum voluerit. Sed paruulus baptisatus etiā cum peruenerit ad vsum rōnis non p̄t vti habitu fidei. quia non p̄t exire in actum credendi articulos fidei ergo. Confirmatur. quia habens habitum aliter se habet ad actum q̄ non hn̄s. sz paruulus baptisatus nō aliter se habet nec alio modo ad actū credendi q̄ si baptisatus nō fuisset. ergo paruulus baptisatus nō habet illum habitū infusum. Minor pbatur. Quia si puulus baptisatus nutriretur inter infideles et ab eis doceretur ita adhereret errori eoꝝ ac si non fuissz baptisatus. Ad illa dicitur tripliciter. Primo sic. quando in aliqua potentia sunt duo habitus disparati. vnus infusus et alius acquisitus ex actibus. tunc habitus acquisitus inclinat potentiā ad actus ꝯtrarios actus habitus infusi. Nunc autez in paruulo baptisato et inter infideles nutrito est fides acquisita cōtraria fidei infuse ideo non potest exire in actuz credendi. Scdo modo dicitur ad minorem illius obiectōnis q̄ talis paruulus baptisatus et inter infideles nutritus nō alio modo se habet ad actum credendi q̄ si non fuisset baptisatus. quia q̄ cito deliberate ꝯsentit errori eoꝝ fides infusa annihilatur. Tercio modo dicitur q̄ siue habitus habeat causalitatē respectu actus siue nō nulla virtus infusa p̄t pbari inesse ex actibus. qꝛ eedē rationes fierent de gratia et tn̄ nullus certitudinaliter scit se hr̄e gratiam et ideo dicitur q̄ maior est vera de habitibus acquisitis et nō de habitibus infusis. Contra hoc obijcitur. quia si deus infunderet alicui habitum geometrie. posset assentire veritatibus geometrie. ergo a simili si deus infunderet alicui fidem posset assentire veritatibus fidei. Sed hoc non valet. quia habitus geometrie est habitus habens euidentiam ex obiecto. Sed fides non habet euidentiam ex obiecto. quia iam non est fides. Secunda conclusio ꝑsuadetur breuiter. quia de hoc erit sermo prolixior inferius distinctione sexta vel septima huius quarti. Congruum est ad formam perfectā ponere aliquam dispositionez. Sed gratia est forma perfecta et supernaturalis. ergo congruum est ad formam perfectam ponere aliquam dispositionem supernaturalem. Illā autem dispositionem voco caracterem. ergo paruuli baptisati recipiunt caracterem. Confirmatur extra de baptismo et eius effectu. c. maiores. vbi dicitur q̄ sacramentalis operatio imprimit caracterem. Tercia conclusio probatur. Deus pro statu nature lapse de communi lege nulli dimittit culpaz quin infundat gratiaz. Sed paruulis in baptismo dimittitur culpa originalis igitur infunditur eis gratia. Ad argumentum in contrarium cum dicitur. gratia nō datur sine fide. Cōceditur de lege communi. sed negetur minor. Ad probationem dico q̄ tenet de fide acquisita. non autē tenet de fide infusa ꝛc.

Ad terciam questionem sic proceditur. Videtur quod adulti baptisati non recipiant effectum baptismi. quia si radix sancta et rami. ad Romanos xj. Si autem adulti reciperent effectum baptismi tunc essent sancti. ergo filij eorum essent sancti. quod est falsum. quia tunc non haberent peccatum originale. igitur. Contra. quilibet moritur peccato in baptismo vt dictum est per Augustinum in Enchiridion. Sed nullus moritur peccato nisi recipiat gratiam. igitur.

Ad istam questionem dico premittendo quod adultus dicitur quadrupliciter. Primo quia est adultus consentiens. Secundo est adultus dissentiens. Tercio est adultus ficte recipiens. Quarto est adultus ex aliqua causa accidentali non distinguens. Et sic secundum istam distinctionem oportet dicere ad questionem quatuor breues articulos. Primus si adultus consentiens recipit effectum baptismi. Et dico quod sic. quia medicina perfecta habet effectum suum in subiecto bene disposito. Sed baptismus est medicina perfecta contra morbum peccati originalis. igitur in homine adulto consentiente et bene disposito tollit peccatum originale. Sed de lege communi nulli dimittitur peccatum originale sine gratia. igitur.

Secundus articulus est de adulto non consentiente si talis recipiat baptismum et effectum baptismi. Et dico quod non consentiens potest intelligi dupliciter negatiue et contrarie. Negatiue vt cum negat actualem consensum. contrarie vero cum ponit actualem dissensum. Et patet illa distinctio. quia non est idem non velle et nolle. vt dictum fuit distinctione prima primi. Iterum dissentire potest quis dupliciter videlicet simpliciter et secundum quid. Nam qui propter tempestates proijcit merces in mari simpliciter vult. et secundum quid non vult vt patet tercio ethicorum. ca. de voluntario permixto. Et secundum illa dico ad hunc articulum tres conclusiones. Prima est quod non consentiens simpliciter nec secundum quid non recipit baptismum nec effectum baptismi. quia deus non vult asscribere familie sue aliquem omnino inuitum. Sed dissentiens simpliciter et secundum quid est omnino inuitus. ergo deus non vult hunc asscribere familie sue. talis autem asscriberetur si reciperet baptismum et effectum baptismi. Secunda conclusio est quod dissentiens secundum quid et consentiens simpliciter recipit baptismum. sicut patet de illo qui consentit propter minas. hoc patet extra de baptismo et eius effectu. c. maiores. Vbi dicitur quod quidam ad christianitatem coacti sunt et nobis sunt sacramentis diuinis sociati. Tercio conclusio est quod si non consentit negatiue recipit baptismum. quia non oportet semper in sacramentis prehabere actualem consensum. sicut patet de sacerdote conficiente corpus christi. quia quando consecrat potest alibi cogitare et non habere actualem considerationem ad corpus christi. Tercius articulus est de adulto ficte recipiente. si talis recipit baptismum et effectum baptismi. Et dico quod fictus in recipiendo potest dupliciter esse. Vno modo quod ostendat se velle recipere ablutionem baptismi eodem modo quo ecclesia

intendit illam conferre et tamen oppositum habet in animo. et talis nõ recipit sacramentum nec rem sacramenti. Tamẽ ecclesia cogit eum ad obseruantiam fidei christiane. quia ecclesia presumit partem meliorem vbi signa meliorem partem pretendũt. sicut de matrimonio patet. Nã si quis iurasset alicui per verba de presenti sine testibus et postea iuraret alteri cum testibus ecclesia staret pro secundo matrimonio cum tamen primum esset legitimum. Alio modo potest aliquis esse fictus ostendendo se esse dispositum ad recipiẽdum sacramentum et tamen interius est indispositus ꝓpter infidelitatem vel aliud peccatum mortale in quo vellet remanere et illo modo loquũtur doctores de ficto baptismo dicẽtes ꝙ non recipit rem sacramẽti. Cuius ratio est. quia deus nõ iustificat nisi volentem. secundũ illud Augustini. Qui creauit te sine te nõ iustificauit te sine te. Sed aliter fictus habet obicem contra gratiam nolens iustificari. ergo non recipit effectum baptismi. Ad istam etiam intentionez loquitur Augustinus libro de penitentia capitulo scdo. et ponitur in litera. Omnis enĩ qui iam sue voluntatis arbiter est constitutus cum accedit ad sacramentum fidelium nisi peniteat eum vite veteris nouam inchoare non potest.

Notandum ꝙ hec est differentia inter fictum primo et secundo modo dictum. quia si primus deponeret fictionem esset rebaptisandus. quia nec recipit sacramentuz nec rẽ sacramenti. Sed fictus secundo modo si deponeret fictionem non esset rebaptisandus. quia talis licet nõ habuerit rem sacramenti habet tamen sacramentum. Quartus articulus est de adulto non cognoscẽte vel non distinguente si talis recipit baptismum vel eius effectuz. Et est sciendum ꝙ talis nõ distinguẽs est ille qui non vtitur ratõne nec vti potest. Et hoc contingit dupliciter. Quia vel ille nunꝙ̃ vsus est ratõne nec vti potest sicut furiosus et fatuus a natiuitate. vel aliquãdo vtitur ratione sicut furiosi et fatui habentes lucida interualla. Ad ꝓpositum de primis idem est iudiciuz sicut de pueris. maxime si de eoruz cura simpliciter desperatur. De secũdis autem dicitur et bene ꝙ nisi periculuz mortis immineat expectandũ est donec habeant vsum et iudicium rationis. et sic poterunt baptisari con sensu interueniente et recipient sacramentum et rem sacramenti.

Ad argumentũ principale dicendum ꝙ radix sancta et rami sancti intelligenda est aptitudine sed non actu. sicut ponit Augustinus et adducit eum magister libro. ij. de grano mundo seminato quod nihilominus generat paleas.

Post hoc sciendum. Circa istam distinctionẽ quintã et vltimã ꝑtem distinctiõis precedentis. quero istas questiones. Primo. vtrũ iustificati teneãtur baptisari. Scdo. vtrũ soli sacerdotes pñt baptisare. Tercio. vtrũ mali sacerdotes possint baptisare et conferre baptismum.

AD primam questionez sic
ꝓceditur. Videtur ꝙ iu-
stificati non tenentur ba-
ptisari. quia de apostolis
nõ legimus nec de beata virgine ꝙ
fuerunt baptisati Contra. Johã-
nis. iij. Nisi quis renatus fuerit ⁊c.
In illa questione sunt duo arti-
culi. Primus est si iustificati tenen-
tur baptisari. Secundus est si oẽs
baptisati equaliter recipiũt effectũ
baptismi. Quantum ad primũ sci-
licet si iustificati tenentur baptisari
Dico ꝙ sic. Quia lex vniuersaliter
ꝓmulgata oẽs obligat nisi fiat in
ea alicuius ꝑsone exceptio. vt nota-
tur extra de ꝯstitutõibus. c. cano-
num statuta. Sꝫ lex de baptismo est
vniuersaliter ꝓmulgata. Math. vl-
timo. et Johannis. iij. nec est ibi ali-
cuius ꝑsone exceptio. ergo. Pre-
terea. quilibꝫ viator tenetur esse mẽ-
brum militantis ecclesie non solum
in noticia diuina sed etiã in noticia
ipsius ecclesie. Sed primum funda-
mentum vnde quis dicitur esse mẽ-
brum militãtis ecclesie est baptismꝰ
igitur. Vltimo sic. qui potest ex
facili actu magnã gratiam acquire-
re et negligit actuꝫ illũ videtur gra-
tiam ꝯtemnere vel saltem videtur il-
lam nõ appreciari quãta ipsa est ap-
preciabilis. Sed ille qui nõ est bapti-
satus quantumcũqꝫ sit iustificatus
pt̃ ꝑ actum facilem sicut est baptis-
mus magnam grãm acquirere. quia
quantumcũqꝫ ꝑfecto de lege ꝯmuni
accedente ad baptismũ augetur gra-
tia. et si hmõi iustificatus sic negle-
xerit videtur grãꝫ ꝯtemnere. De
scdo articulo dicit̃ vno modo ꝙ ad
baptismũ triplex effectus sequitur.
scilicet caracteris impressio. gratie
infusio et fomitis repressio. Sed cõ-
stat ꝙ in oẽibus baptisatꝭ nõ eque
remittitur fomes. igitur non omnes
equaliter recipiũt hmõi effectuꝫ ba-
ptismi. Sꝫ illud dictũ ꝙ fomes pec-
cati remittitur in baptismo pt̃ du-
pliciter intelligi. Vno modo forma-
liter. alio modo quantũ ad effectuꝫ
fomitis qui est inclinare aĩam ꝯiun-
ctam corpori ad peccatum. Et prior
intellectus est falsus. quia qñ inter
aliqua nõ est formalis repugnantia
vnũ formaliter non tollit aliud. sed
gratia et fomes formaliter nõ repu-
gnant. ergo vnũ non tollit formali-
ter aliud. Maior patet. Minor pro-
batur. qꝛ cũ gratia sit in aĩa. fomes
aũt in carne que sunt diuersa subie-
cta non pñt formaliter repugnare.
Secũdus intellectus verus est et po-
nitur exemplum de lapillo alligato
alis aquile quantũcunqꝫ crescat vir-
tus motiua aquile grauitas lapilli
in se nõ minuitur. qꝛ ista formaliter
nõ repugnant sed bene minuitur q̃n-
tum ad effectũ. qꝛ quantũ virtus aq̃-
le plus cresceret tm̃ grauitas illa vo-
latum aquile minus impediret. Di-
citur igitur ad hunc articulũ ꝙ quo
ad baptismũ sequitur triplex effcũs
vt scꝫ dictum est. caracteris impres-
sio. gratie infusio et fomitis repres-
sio. Quantum ad primũ oẽs equa-
liter recipiunt effectuꝫ baptismi. qꝛ
siue caracter ponatur forma absolu-
ta siue respectiua vt infra videbitur
oẽs equaliter habent caracterem
Quantum ad alium effectuꝫ qui est
fomitis repressio patꝫ ꝙ in oẽibus
non equaliter reprimitur fomes si-
cut statim exponetur. Sed quantuꝫ

de baptismo gratie fecisse

ad alium effectum qui est gratie infusio oportet distinguere. quia ibi tria concurrunt scz deus vt causa principalis. christus vt causa meritoria et homo baptisatus vt materia receptiua gratie. Primo modo de potentia dei ordinata omnes equaliter recipiunt effectum baptismi. quia illi signo sensibili deus ex parte sua semper equaliter assistit. per hoc autem quod deus assistit sacramentis sacramenta efficiunt quod figurant. vt in superioribus tactum est. Secundo modo scilicet in quantum christus est causa meritoria non omnes accipiunt equaliter effectum baptismi quantum ad efficaciam omnes tamen recipiunt effectum baptismi quantum ad sufficientiam. sicut ponit magister in tercio libro. iij. vbi querit. si passio christi meruit omnibus salutem. et dicit quod sic quantum ad sufficientiam sed non quantum ad efficaciam. Sic etiam patet christus ad maiorem gratiam se offerre pro predestinatis quam pro non predestinatis. Tercio modo scz quantum ad recipientes dico quod recipientes baptismum aut sunt paruuli. et sic equaliter recipiunt nisi forte ibi concurreret fides parentum et aliorum. sicut innuit glosa Mathei. ix. super illo verbo. Videns iesus fidem illorum. Ait enim glosa sic. Tantum valuit apud deum fides aliena vt intus et extra sanaret hominem. homo autem non sanatur intus nisi per gratiam. Aut sunt adulti et sic venientes cum maiori deuotione maiorem gratiam recipiunt. Iuxta regulam vulgatam. Actus actiuorum sunt in patiente predisposito. Ad argumentum principale dico quod quedam glosa super illo verbo iohannis. xiij. Qui lotus est non indiget etc. dicere videtur quod apostoli fuerunt baptisati. et hoc rationabile videtur. quia christus fecit eos sacerdotes. sed ordo sacerdotij presupponit baptismum. vt extra de presbitero non baptisato. c. veniens. De virgine maria dicitur vel quod illa fuit baptisata vel quod fuit singulariter priuilegiata. quia in conceptione filij dei habuit totam gratiam ad quam deus illam ordinauit. ergo etc.

Ad secundam questionem sic proceditur. Videtur quod soli sacerdotes possint baptisare. quia solis sacerdotibus traditur potestas dimittendi peccata. Iohannis. xx. sed in baptismo remittuntur peccata. ergo. Contra. de consecratione distinctione. iiij. c. Romanus pontifex. dicitur ibi quod spiritus sanctus subministrat gratiam etiam si paganus sit qui baptisat. Ad questionem dico tres breues conclusiones. Prima conclusio est quod congruum est solum viatorem baptisare. Secunda conclusio est quod congruum est inter viatores solum sacerdotes baptisare. Tercia conclusio est quod in necessitatis articulo quilibet homo potest baptisare. Prima conclusio probatur sic. Tum quia christus instituit sacramentum baptismi et fuit homo. Tum quia in sacramento baptismi est aliquid sensibile et aliquid spirituale et per consequens magis competit viuenti sensu et intellectu quam nature pure intellectuali. Tum etiam quia post susceptionem baptismi baptisatus ascribitur vt membrum ecclesie militantis. igitur est congruum hoc fieri per aliquem de ecclesia militante. Se-

de baptismo apostolorum

cunda conclusio probatur. quia baptisatus recipitur per baptismum in collegium ecclesie militantis. sed receptio alicuius in aliquod collegiū ptinet ad presidentes et auctoritatem habentes in collegio. tales sūt sunt sacerdotes et episcopi et alij superiores prelati. ergo. Tercia cōclusio probatur sic. Tabula contra naufragium tempore naufragij potest a quolibet non impedito ministrari. Sz baptismus est talis tabula. ergo tempore naufragij puta in necessitatis articulo potest a quolibet non impedito ministrari. Voco autem ministrum non impeditum illum qui nō est mancus sed habet potētiā motiuā ad ministrandū. et illū qui non est mutus sed habet linguā verbis exterioribus expressiuam. et illum qui nō est amens sed habet discretionem et intentionem facti determinatam intendens facere quod facit ecclesia. Sed diceret aliquis Igitur angelus in assumpto corpore secundū ista potest baptisare. quia potest habere omnia predicta. Dico quod si illud faceret angelus bonus esset verum baptisma. sicut legimus de sancta Christina quam baptisauit angelus in lacu vulsino. Si autē est malus angelus et faceret ex precepto diuino adhuc esset verum baptisma. Sed quando occurrit talis casus sicut dicit Bonauentura. q. j. huius distinctionis. esset diuina reuelatio expectanda. Tum quia deus non administrat sacramenta per exclusos finaliter a salute. Tum quia ille minister semper intēdit ad fraudem. Tum quia aduersatur ecclesie et sic intendit facere oppositum eius quod intendit ecclesia. Ad argumentum in oppositum dicendum quod solus sacerdos potest dimittere peccata ad modum iudicis et arbitri que remittuntur in penitentia. Sed in baptismo remittuntur peccata virtute sacramenti absque arbitrio vel iudicio.

Ad terciam questionem sic proceditur. Videtur quod mali sacerdotes non possunt baptisare seu conferre baptismum. Quia membrum aridum non potest esse causa influendi vitam in aliud membrum. Sed malus sacerdos est membrum aridum ecclesie. ergo non potest alteri vitā seu gratiam conferre. In contrarium est magister in litera. Ad istam questionem patet ex dictis in tercia conclusione precedentis questionis. Quilibet enim sacerdos qui habet conditiones ibi positas intendēs facere quod ecclesia facit quantumcunque sit malus vere baptisat. Et hoc probat magister per multas auctoritates in litera. maxime Augustini dicentis. Baptismus est talis qualis est ille in cuius potestate datur nō qualis est ille per cuius ministerium datur. Item idem Augustinus dicit. Ego inquit dico et nos dicimus omnes quia iustos oportet esse tanti iudicis ministros per quos baptisatur sicut ministri iusti si volunt. si autem nolunt esse iusti secutum me facit magister meus de quo spiritus sanctus dicit. Hic est qui baptisat.

Sed diceres. nūquid recipiēs ba
ptismū sciēt a tali sacerdote malo
peccat mortaliter. Rn̄deo q̄ ma
lus minister aut est precisus totali/
ter ab ecclesia vel ad tēpus. aut non
precisus. et in vtroq3 membro p̄t es/
se dubium. De primo autē sunt duo
modi dicendi oppositi. Vnus dicit
q̄ tenetur quis a tali ministro reci/
pere baptismum si nō posset habere
alium ministrū. quia baptismus est
sacramentu3 necessitatis. Alius mo
dus dicit q̄ nō debet recipe baptis/
mū. et si recipit a tali ministro mor/
taliter peccat. Et hoc declaratur sic
Quia baptisandus aut est adultus.
aut est paruulus. Si adultus sufficit
baptismus flaminis qn̄ non p̄t habe
re baptismum fluminis. Si autē ba/
ptisandus sit paruulus hn̄s paruu/
lum baptiset eū si non p̄t habere ali
um magis idoneum. q2 cum preciso
non licet sibi cōmunicare p̄ paruulo
suo. Sz cōtra illud. quia preceptū
supioris plus obligat q̄3 preceptum
inferioris. Sz deus p̄cepit baptis/
mum suscipi. ecclesia autē prohibet
cōmunicare cum preciso. igitur ma/
gis est obediendu3 p̄cepto diuino q̄3
ecclesie in illo casu. Preterea.
plus tenetur excōicatus vitare aliū
q̄3 alius vitare eum. q2 preceptū de
vitando nō imponitur alicui nisi p̄/
pter se. precisus aūt in casu isto non
tenetur vitare aliu3. imo tenetur nō
vitare. Quia si talis precisus sciret
paruulum aliquē non baptisatū sta
tim mori debere teneretur eū bapti
sare necessario ne moreretur in aīa.
ergo si precisus in tali casu nō tene/
tur vitare alium nec ecōuerso alius
tenetur vitare ipsu3. Dicitur igitur
q̄ adulto licet recipere baptismum
a preciso si alius minister haberi nō
p̄t. et hoc quidem videtur haberi ab
Augustino de baptismo cōtra dona/
tistas. libro. vj. Potest etiā forte nō
recipe. q2 baptismus flaminis suffi/
ceret sibi p̄pter reuerentia3 ecclesie
talem vitare precipientis. Pensat3
tū omnibus melius dicitur q̄ a tali
recipiat q̄3 q̄ ex hac vita sine baptis
mo discederet. Quantum ad paru
lum si nullus p̄t haberi minister nisi
precisus et immineat piculum mor/
tis tenetur necessario ille offerre p̄/
uulum suum preciso. Nimis enī du/
rum esset q̄ teneretur paruulū suum
perpetue damnatōni exponere cum
posset habere aliquē qui paruulum
suum baptisaret. Quantum ad se
cundum membrū distinctōnis sc3 de
malo non preciso ab ecclesia qualis
est ille qui est occulte malus. Dicit̄
q̄ debet quis recipe baptismu3 a ta
li ministro. quia p̄pter peccatū quod
non est notorium non debet quis in
actibus notorijs vitare proximum.
Si aūt esset publice vel notorie ma/
lus hmōi minister. tūc aut incumbit
sibi dispensare sacramentū baptis/
mi. vtputa. quia est curatus aut par
rochialis sacerdos. aut non incum/
bit sibi ex officio baptisare. Si pri/
mo modo nō peccat qui recipit ba/
ptismum pro se vel pro alio paruulo
suo. Si secundo modo et posset ha/
bere aliquē cui non incumbit ex offi
cio baptisare. aut est eque mal9 aut
melior. Si melior peccat ille qui re
cipit ab alio. Si autem est eque ma/
lus debet recipe baptismu3 a suo cu
rato. Ad argumentum principa/
le dicitur q̄ non est simile in p̄posito

de membris corporis naturalis et de membro corporis mistici. quia in corpore naturali est vna vita numero in omnibus membris. et participatur ab eis quodam ordine. quia primo est in corde. secundo in aliis membris propinquioribus. Sed in corpore mistico non est vna vita numero nec illa vita per prius est in hoc membro quam illo nisi quantum ad gradum ministrandi.

Nunc autem queritur. Circa istam distinctionem sextam quero quatuor questiones. Primo vtrum in baptismo imprimatur caracter. Secundo. vtrum caracter sit forma absoluta. Tercio. vtrum caracter sit forma respectiua. Quarto. vtrum caracter sit in essentia anime vt in subiecto.

Ad primam questionem sic proceditur. Videtur quod in baptismo non imprimatur caracter. quia baptismus succedit circumcisioni. sed in circumcisione non imprimebatur caracter. ergo. probatio minoris. quia caracter circumcisionis fuisset eiusdem rationis cum caractere baptismi. et tunc si circumcisus fuisset post circumcisionem baptisatus fuissent in illo duo caracteres et per consequens duo accidentia eiusdem speciei. quod est inconueniens et contra philosophum. v. methaphysice. Contra. Sacramentum non iterabile habet aliquem effectum indelibilem. Sed baptismus est sacramentum non iterabile. ergo habet aliquem effectum indelibilem. nisi ponatur caracter. ergo in baptismo imprimitur caracter.

In ista questione sunt tres articuli. Primo est videndum quid importatur nomine caracteris. Secundo si in baptismo imprimitur caracter. Tercio si caracter impressus sit forma delibilis vel indelibilis. Quantum ad primum articulum sunt tria notanda. Primo quod caracter idem est quod signum vel figura. Signum autem accipitur duobus modis. quia est signum interius et exterius. vel signum in anima et signum in corpore. Si loquimur de signo exteriori facto in corpore tunc ablutio baptismalis potest dici caracter. Si loquimur de signo interiori facto in anima sicut in proposito loquimur. tunc aliquid spirituale impressum anime a deo in baptismo dicitur caracter. Secundo est notandum quod illud spirituale modo preexposito impressum anime in baptismo non est gratia nec aliqua virtus infusa. puta fides spes vel charitas. Probatur. quia caracter secundum loquentes de eo semper imprimitur in baptismo. sed ille virtutes non semper imprimuntur in baptismo sicut est in ficte baptisato. Preterea. ponentes caracterem ponunt eum indelibilem. Sed ille virtutes sunt indelibiles. vt patet in peccante mortaliter. ergo. Tercio est notandum quod illud spirituale impressum anime quod dicitur caracter habet ad minus quinque proprietates. Prima quod est signum assimilatiuum alteri habenti. Secunda quia est signum distinctiuum a non habente. Tercia quia est signum rememoratiuum sacramenti suscepti. Quarta quia est signum confortatiuum

Quinta quia est signum obligatiuū
quia suscipiens sacramentum obli//
gatur deo. His premissis dicitur
ad secundum articulum secundum
duas opiniones. Una negat anime
carecterez imprimi. quod probatur
sic. Sicut est de alijs rebus sanctifi
catis. ita videtur esse de hominibus
baptisatis. Sed alia sanctificata si
cut calices vel ecclesie ꝯsecrate non
recipiunt aliquam nouam formam
vel qualitatem per hoc ꝙ consecrā//
tur. ergo nec homines baptisati re//
cipiunt aliam formam spiritualem
quam vocas caracterem. Secundo
sic. Nihil est ponendum frustra in
in operibus dei. Sed caracter si po
neretur frustra poneret̃. ergo. Pro
batio minoris. quia si caracter non
poneretur frustra. hoc est quia poni
tur vt dispositio preuia ad effectuz
baptisimi principalem qui est gratia
Sed ratio non valet. quia anima nō
habens peccatum est summe dispo//
sita ad sumendam gratiam et deus
est potentie infinite. ergo. Dice//
res ꝙ caracter ponitur ꝓpter effe//
ctus assignatos. quia est signum re//
memoratiuum conformatiuuz et ob
ligatiuum sic non ponitur frustra.
Contra illud sic. Ita potest ali//
quis rememorari conformari obli//
gari alicui domino sine signo inhe//
rente sicut cum signo inherente. igi
tur frustra ponitur. Consequentia
patet. Probatio antecedentis. Il
le qui profitetur in aliqua religione
post professionem obligatur prela//
to et tenetur sibi conformari et ta//
men nullam formam recipit et simi//
liter est de illo qui facit alicui domi
no homagiuz Tercio sic principa
liter. Deus non dat donū suum ali//
cui actualiter mortaliter peccanti.
Sed fictus suscipiendo baptisimum
peccat mortaliter. quia facit irreue
rentiam sacramento. ergo deus non
dat ei illud spirituale donum quod
tu vocas caracterem. Alia opi//
nio est ꝙ sicut nō potest probari ra
tione naturali gratiam vel charita
tem esse in anima et tamen ponimus
eam. ita non potest probari ratōne
naturali caracterem imprimi ani//
me et tamen oportet ponere eum in
anima. Quod auctoritatibus ꝓ//
batur. Primo autoritate Dionisij.
secūdo ca. Jerarchie ecclesiastice.
dicit enim. Uenienti ad baptisimuz
datur a summo sacerdote sacra//
menti sgnaculum. Sed sacramenti
signaculuz est caracter. ergo. Se
cundo probatur per Damascenum
libro quarto capitulo primo. qui di
cit ꝙ per baptisimum fit nobis rege
neratio et sigillum. per sigillum in//
telligens caracterem. Tercio au
ctoritate Augustini contra donati
stas. libro sexto. de baptisimo. Satz
enim inquit eluxit ouem que foris
dominicum caracterem acceperat
venientem ad salutez ab errore cor
rigi caracterē tamen in ea domini//
cum agnosceret. Sed dicitur et be//
ne ꝙ ille auctoritates sunt potius
vocales ꝗ̃ reales. ergo si aliqua au
ctoritas cogit ad ponendum cara//
cterem imprimi in baptismo est au//
ctoritas ecclesie que est maxima au
ctoritas. vt ponit Augustinus con//
tra epistolam fundamenti. Argu
itur sic. de sacramentis sentiendum
est sicut sentit ecclesia romana. ex//
tra de hereticis. ad abolendam. Sz

sacrosancta ecclesia romana asserit imprimi caracterē in baptismo. ergo. Probatio minoris extra de baptismo et eius effectu. c. Maiores. Qui fide accedit ad baptismū caracterem suscipit christianitatis impressum. Diceres ꝙ caracterem christianitatis impressuꝫ vocat ipm baptismū. Contra. qꝛ ibidem sequitur ꝙ caracterē imprimit sacramētalis operatio. Sed sacramentalis operatio est baptismus igitur baptismus imprimit caracterē. Ad istā ꝯclusionem inducūtur alique ꝯgruentie. Prima est ꝙ ꝯgruū est ad formam pfectam poni aliquā dispositionem. Sꝫ grā est pfecta forma et supernaturalis. igitur congruit ad eā poni aliquā dispositionē supnaturalem. istam dispositionē voco caracterem. Scđa est ista. Nō est congruum deū instituisse sacramēta nove legis esse vana. sꝫ essent vana nisi haberent aliquē effectum. Nunc aūt non semp habent effectū qui est gratia. ergo habent aliū effectuꝫ et illū voco caracterē. Sed illa congruentia parū valet. quia si valeret tunc quodlibet sacramentuꝫ imprimeret caracterem. quod est falsum. Ideo additur tercia ꝯgruentia melior que talis est. Receptus in familiam christi debet distingui a nō recepto per aliquod intrinsecum sibi Sed illud intrinsecum distinctivuꝫ ponitur caracter. Ad argumenta precedentis opinionis illa nō cōcludunt. Ad primū dico ꝙ alia sacramenta nō recipiunt formā spiritualem eis inherentē. qꝛ nō sunt capacia talis forme. hō enī est capax tam gratie ꝙ̄ dispositōnis ad grām que dispositio dicitur caracter. Ad secundum concessa maiore negetur minor. licet enim deus de potētia sua absoluta posset creare gratiam in anima que gratia est principalis effectus baptismi et etiam alios effectus qui sunt assimilare distinguere. ⁊c̄. sine illa forma que dicitur caracter. tamen de potentia ordinata dicitur ꝙ causat illos effectus mediante tali forma propter primā et secundam congruentiam superius assignatas. Ad tercium dico ꝙ in baptismo concurrunt duo dona. scilicet dispositivum quod est caracter. et perfectivum quod est gratia. Quādo igitur dicitur. deus nō dat donum suum actualiter peccanti mortaliter. concedo de dono perfectivo sed nego de dono dispositivo. et hoc vel quia non vult sacramētum suum esse vanum vel propter alias causas superius assignatas.

De tercio articulo communis opinio est ꝙ caracter est forma indelibilis. Cuius causam aliqui assignant quia caracter est in anima secundum essentiam. sed anima est invariabilis secundum essentiam. ergo. Contra. secunduꝫ eos quia gratia est in essentia anime. ergo esset indelibilis. Ideo dicitur ꝙ caracter pt̄ compari ad deum vel ad agens creatum. Si caracter ꝯparatur ad deū sic pt̄ deleri. quia qui potest aliquam formam creare. potest ipsam annihilare. Si autem comparatur ad agens creatū sic caracter est forma indelibilis. et hoc cōvenit sibi. quia est talis natura.

Ubi notandū ꝙ triplex est habitus. scꝫ innatus acquisit⁹ ⁊ infusus

Primus quidem est omnino indelibilis. Secundus autem est delibilis vt patet. ij. ethicorum. Tercius habitus aliquādo est delibilis aliquādo indelibilis. et hoc ideo. quia habitus infusus aliquādo datur ad dirigendum aliquando ad distinguendum. Aliquādo habitus infusus datur ad dirigendum. quia potest recipere repugnantiā in subiecto. ideo talis habitus est delibilis. Sed quādoqꝫ habitus imprimitur ad distinguedū. et talis habit⁹ est indelibilis. Sic autem imprimitur caracter vt in secundo articulo dictum est.

Ad argumentum in contrarium dicitur negando minorem. Ad probationem quando dicitur. duo accidentia eiusdem speciei essent in eodem subiecto. negetur consequētia quia vel illi duo carecteres non essent eiusdē speciei. vel si essent eiusdem speciei. dico ꝙ habens caracterem in circumcisione nō recipiet alium caracterem in baptismo. sicut subiectū qḋ est in potentia ad albedinem recepta albedine ab vno agēte non potest recipere aliam ab alio agēte vel ab eodē agente. ergo ꝛc̄.

Ad secundam et terciam questionem sic ꝓceditur. simul. Videtur ꝙ caracter non sit forma absoluta. quia omnis forma absoluta que est in anima vel est potentia vel passio vel habitus. ex. ij. ethicoruꝫ. sed caracter nullum illoꝝ est. ergo. Minor probatur. Non enim est potentia. quia non est naturaliter in anima. Nec est passio. quia est forma ꝑmansiua. Nec est habitus. quia habitu potest quis bene vel male operari. Sed caractere non potest quis bene operari. quia stat cum peccato mortali. nec potest male operari quia est a deo. ergo. Contra. dispositio est eiusdem rationis cū forma ad quam disponit. sed caracter disponit ad gratiaꝫ. igitur est eiusdem ratōnis cum gratia. sed gratia est forma absoluta. ergo. In illa questione sunt duo articuli. Prim⁹ in quibus sacramentis imprimitur caracter. Secundus si caracter impressus sit forma absoluta. Quātum ad primum dico ꝙ caracter imprimitur tantum in tribus sacramē tis. scilicet in baptismo. confirmatione ꝛ ordine. Cuius ratō est. quia in illis sacramentis imprimitur caracter in quibus aliquis vel primo recipitur in familiam christi vel recipit determinatum gradum inter illos qui sunt de familia christi. sed baptismus est sacramentuꝫ quo qs recipitur in familiam christi. Confirmatio autem et ordo sunt sacramenta quibus aliqui recipiunt determinatum gradum inter familiares christi. Alij autem probant illud idem sic. In illis tantum sacramentis imprimitur caracter que nō iterantur. sed sacramenta non iterabilia sunt tantum illa tria. scilicꝫ sacramentū baptismi confirmationis et ordinis. De secundo articulo dicit vna opinio ꝙ caracter ē forma absoluta qḋ ꝓbatur sic. Mutatio non est nisi ad formam absolutam. ex. v. phisicoꝝ. Sed ad caracterem est mutatio. ergo caracter ē forma absoluta. Minor probatur in ficte baptisato q̄ nihil aliud recipit

in baptismo nisi caracterem. Secundo sic. Relatio non est fundamentum relationis. Sed caracter est fundamentum multarum relationum. quia est signum rememoratiuũ conformatiuum obligatiuum. et cetera hmõi. ergo. Tercio sic. In relatione nõ est potestas actiua nec passiua. Sed in caractere est potestas actiua et passiua. ergo. Minor pbatur In caractere baptismali est potentia passiua. quia p eum est homo capax aliorũ sacramentorũ. In caractere autẽ ordinis est potentia actiua ad multos sacros actus in ecclesia. ergo. Quarto sic. Caracter est principiũ assimilandi baptisatũ christo et alteri baptisato. Similitudo autem est vnitas fundata in qualitate. ergo caracter est qualitas et p cõsequens forma absoluta.

Secũda opinio est q caracter sit forma respectiua. quia ad quidditatem alicuius forme absolute nõ ptinet essentialiter aliquis respectus. Sed ad quidditatem caracteris ptinet essentialiter aliquis respectus ergo caracter non est forma absoluta. Minor pbatur p illum cuius est precedens opinio. Dicit enim in diffinitione caracteris q caracter est signum fidei cõmunis et sacre ordinationis fidelium. signum aũt est relatio. Preterea. nihil est ponendũ pfectius q̃ natura requirat. Sz natura caracteris nõ necessario requirit q habeat pfectionem forme absolute. ergo non est forma absoluta Minor pbatur. quia nulla de rationibus pcedentis opinionis cogit ponere caracterem esse formam absolutam. Prima non valet. qz habz maiorẽ falsam si intelligatur de omni respectu et de omĩ eo quod est ad aliquid. Est enim respectus extrinsecus et intrinsecus adueniens. Caracter autem ponitur respectus extrinsecus adueniens. et ad hunc respectum potest esse motus. Similiter secunda ratio habet maiorẽ falsam. Quia sm Euclidem. v. geometrie in pncipio. Proportionalitas est similitudo duarũ pportionũ. igit sup pportionez que dicit formaliter relationem et super vnitatem eius fundatur similitudo. et sic relatio fundatur in relatione. Tu dicis. igitur potest esse processus in infinitũ in relationibus. nego consequentiam. Nam accidens fundatur in accidente vt qualitas in quantitate et tamen non est processus in infinitũ in accidentibus. Ad tercium dico q duplex est actus. scilicet naturalis et sacramentalis. licet ergo in relatione non sit potestas ad actum naturalem tamen bene potest esse ad actum sacramentalem.

Ad quartũ dico q similitudo largo modo sumpta potest esse in qualibet forma et non solum in qualitate. Ad argumentum in contrarium. Ad primam partem questionis si teneatur q caracter sit forma absoluta potest concedi q sit habitus non innatus nec acquisitus sed infusus. Tu dicis quia habitu contingit vti bene vel male. dico q nõ est verum de omni habitu. Si autez teneat q caracter sit forma respectiua respõdetur ad argumentũ in contrarium q non est inconueniẽs aliquam relationem disponere ad formam absolutam respectu agẽtis

supernaturalis. sicut est in proposito.

A quartam questionē sic proceditur. Uidetur quod caracter non sit in essentia aīe vt in subiecto. Quia dispositio et forma ad quā disponit sunt in eodē subiecto. Sed caracter disponit ad fidem. ergo est in eodez subiecto cum fide. sed fides est in potentia intellectiua. ergo. Contra dispositio est in eodez subiecto cum forma ad quam disponit. sed caracter disponit ad gratiaz. ergo est in eodem subiecto cum gratia. sed gra est in essentia aīe. ergo et caracter. Ad istam questionē dico quod in ea possunt esse tres conclusiones secundum quod de ea sunt tres opiniones.

Una dicit quod caracter est in tota essentia anime. quia caracter distinguit membrum christi a nō membro christi. sed membrum christi distinguitur a nō membro christi scđm totam essentiā anime. ergo. Item dispositio est in eodem subiecto cum forma ad quam disponit. Sed caracter disponit ad grām. igitur est in eodem subiecto cum gratia. Sz gratia est in tota essentia anime. igitur et caracter. Sed ista non concludunt Primum non. concedo enī quod caracter est in anima. sed propter distinctionem nō oportet quod sit in tota anime essentia sicut corpus distinguitur ab alio corpe colore non tñ oportet quod color sit in toto corpe sed sufficit quod sit in superficie. Nec secundū cogit. quia maior est vera de illa dispositione que fit habitus. sed de alia dispositione hoc non oportet. habitus enim vnius potentie potest disponere ad formam et ad terminum alterius potentie sicut habitus fidei disponit ad habitum charitatis Alia opinio est quod caracter est in potentia cognitiua. quia sicut gratia est in essentia anime ita dispositio ad gratiam est in potentia anime. Sed caracter est dispositio ad gratiam. igitur est in potentia anime. sed non in qualibz potentia anime. Quia cum potentie distinguantur realiter tunc non esset vna simplex forma. igitur est in vnica potētia. Sz magis rationabile est vt ponatur in potētia cognitiua quam in alia. quia caracter est ad configurandum trinitatem creatam trinitati increate. Sed trinitas creata vel eius imago cōsistit principaliter in potentia intellectiua a qua oritur voluntas. Preterea. vt arguebatur superius. in eodē subiecto est dispositio et forma ad quam disponit. Sed caracter disponit ad fidez et fides est in potentia intellectiua igitur. Contra. Dispositio ad formam nunquam est in posteriori susceptiuo forme. Sed caracter per te est dispositio ad formam siue ad gratiaz. et gratia vt concedis est in essentia anime. igitur caracter non potest esse in aliquo susceptiuo posteriori ipsa essentia anime. Sed per te potentia anime est posterior eius essentia. quia ponis quod est accidens eius. igitur et caracter non est in potentia anime. ergo &c.

Tercia opinio est quod caracter principaliter est in volūtate. quia dispo

sitio est in eodem subiecto cum forma ad quam disponit. sed caracter disponit ad gratiam et gratia est in voluntate. vt patuit libro secundo. distinctione vicesimasexta. ergo caracter est in voluntate. Sed illa ratio forte solueretur sicut fuit soluta secunda ratio prime opinionis.

4. Ideo alio modo arguitur et hoc sic. Caracter est signum vel fundamentum cuiusdam obligatōnis anime ad deum. igitur est rationabile ꝙ ponatur in illa potentia per quā homo principaliter obligatur deo. Sed illa potentia est volūtas. quia voluntatis est primo mereri vel de mereri. igitur caracter est in voluntate. 4. Ad argumentum in contrariū dico ꝙ dispositio est duplex scilicet proxima et remota. Maior autem est vera de dispositione proxima sed non de dispositione remota. Nunc autem caracter non est dispositio proxima ad fidem vt fides est. sed ad gratiam que est in voluntate vt dictum est. ergo ꝛc.

Nunc de sacramento confirmationis. Circa istam distinctionem septimā quero quatuor questiones. Primo. Utrum sacramentum confirmationis sit necessarium ad salutem. Scdo vtrum in sacramento confirmationis conferatur gratia gratum faciens. Tercio Utrum sacramentum confirmationis possit reiterari. Quarto que est pena iterantis.

Ad primam questionē sic proceditur. Uidetur ꝙ sacramentum confirmationis sit necessarium ad salutem. Quia quilibet christianus tenetur esse plenus christianus. sed non est plenus christianus sine sacramento confirmationis. vt habetur de consecratione. distinctione quinta. capitulo. Omnes fideles. Contra. Habenti gratiam gratum facientem non est aliud necessarium ad salutem. Sed in baptismo datur gratia gratum faciens. igitur nullum aliud ad salutem est necessarium. ergo ꝛc.

4. Ad istam questionem pono tres conclusiones. Prima est ꝙ sacramentum confirmationis nō est simpliciter necessarium ad salutem. Secunda est ꝙ sacramentum confirmationis est necessarium homini adulto ad salutem. Tercia conclusio est ꝙ sacramentum confirmationis presupponit baptismum ita ꝙ sine baptismo nullus possit confirmari.

4. Prima conclusio probatur sic. Illud sacramentum non est simpliciter necessarium sine quo aliquis nisi contemnat potest ꝑuenire ad salutem. sed sine sacramento confirmationis vbi homo non agit ex cōtemptu ꝑt ꝑuenire ad salutē sicut te nemus de ꝑuulis baptisatis tn̄ non ꝯfirmatis. igitur. Minor ꝓbatur ꝑ illud Math. vlti. Qui crediderit et

baptisatus fuerit etc. et de cõsecra. dist. v. Spũssanctus. vbi dicitur q solũ baptismo regenerati saluãtur. Secunda cõclusio pbatur. Quia illud est necessarium adulto sine quo adultus exponeret se piculo mortis eterne supposito q posset illud habere. sed sine sacramento cõfirmatõis adultus exponeret se periculo mortis eterne supposito vt dictum est q posset illud habere. qr ageret ex cõtemptu. qui autem cõtemnit non est pfectus christianus. vt notatur extra de sen. excõicationis. igitur illõ sacramentũ est necessarium adulto ad salutem. Ad istum intellectũ loquitur Hugo de sacramentis. li. ij. parte. vij. c. iij. Timendũ est his qui p negligentiam dimittunt epi psentiam et nõ suscipiunt manus impositionez ne forte pterea damnẽtur Et q dicit forte est intelligendũ qr si peniteant et postea accipiãt non damnarentur. Tercia cõclusio pbatur sic. qr in baptismo datur gratia iustificans. in confirmatõne vero datur gratia roborans. sed gratia roborans presupponit gratiã iustificationis. igitur sacramentũ cõfirmationis presupponit gratiã baptismi. Preterea illud sacramentum psupponitur a confirmatõne et ab omnibus sacramentis in quibus imprimitur caracter cuius caracter est fũdamentũ omniũ aliorũ. sed caracter baptismi est hmõi. ergo. Minor pbatur. qr caracter baptismi respicit initium fidei. alij autem caracteres respiciunt statum fidei. Sed status presupponit initium. ergo caracteres aliorum sacramentorum psupponunt caracterem baptismi.

Ad argumentum in contrarium dico q quilibet christianus tenetur esse plen9 christianus et est plenus christianus sine sacramento confirmationis dummodo nõ contemnit. sed contemneret quando haberet psentiam episcopi et nõ acciperet.

Ad secundam questionem sic procedetur. Videtur q in sacramento confirmatõnis non conferatur gratia gratum faciens. Quia gratia gratis data respicit penam. gratia autem gratum faciens respicit culpam. sed confirmatio est contra penam. quia est contra pusillanimitatem. ergo etc. Contra per auctoritatem Rabani. Per impositionem manuum spiritus sanctus tradit baptisato. Sed spiritus sanct9 non datur nisi per gratiam gratum facientem. ergo etc.

Ad istam questionez dico tres cõclusiones. Prima conclusio est q in sacramento confirmationis confertur gratia gratum faciens. Probatur. Quia de sacramentis sentiendum est et tenendum quod tenet sacrosancta ecclesia romana. vt patet extra de hereticis. ad abolendã Sed sancta romana ecclesia tenet q in confirmatione cõfertur gratia gratum faciens. ergo etc. Minor pbatur extra de sacra vnctione capitulo. cum peruenisset. Vbi dicitur q per confirmationem spiritus sanctus datur ad augmentum et robur sed spiritussanctus non datur simpliciter homini nisi per gratiaz gratum facientem

Sed est notandū q gratia gratum faciēs dicitur dupliciter. Uno modo faciens gratū de nō grato. et talis gratia ꝯfertur in baptismo et penitentia. Alio modo dicitur gratia gratū faciens que de grato facit magis gratuz. et tali modo ꝯfertur gratia in ꝯfirmatione. Scḋa ꝯclusio est. Cum enī in baptismo cōferatur grā et in ꝯfirmatione similiter ꝯferatur gratia. nūquid hec et illa sunt eadem gratia. Et dicitur tripliciter. Uno modo q hec et illa differūt essentialiter sicut virtutes et dona. q2 in baptismo datur grā q̄ influens in potentias facit virtutes. In confirmatione aūt ꝯfertur gratia que influens in potentias facit dona. Sed in ordine ꝯfertur gratia que facit beatitudines. Alio modo dicit̄ q hec et illa gratia differunt essentialiter sicut morbi ꝯtra quos ordinantur. gratia enim baptismalis est contra morbum infidelitatis. gratia autem confirmatōnis est ꝯtra morbum pusillanimitatis. Tercio modo dicitur q hec et illa grā differunt sicut duo gradus eiusdem forme sicut dictum fuit supra libro primo dist. xvij. q. de augmento charitatis. Tercia ꝯclusio est in quo sacramento ꝯfertur magis et minus gratie in baptismo an in confirmatōne. Et dicitur q gratia ꝯfirmatōnis presupponit grām baptismalē sicut bene esse presupponit esse. qn̄ ergo bn̄ fit ꝯparatō harum gratiaꝝ hec ꝑt fieri dupliciter. Uno modo sine ꝑcisione. et sic omnino maior est gratia ꝯfirmationis q̄ baptismalis sicut bene et ꝑfecte viuere est melius q̄ viuere. Si autem fiat comparatio haruz grārum cum precisione. sic maior est gratia baptismalis q̄ ꝯfirmationis. q2 maioris virtutis est mortuū viuificare q̄ viuificatum fortificare. Sed per gratiam baptismalem homo mortuus viuificatur. in ꝯfirmacōne autez homo viuificatus fortificatur. ergo. Ad argumentum in ꝯtrarium cum dicitur q gratia gratū faciens est contra culpam. Dico q non tantum est contra culpam sed etiam cōtra penam eatenus quatenus ordinata est ad culpam. et talis est pusillanimitas.

Ad terciam questionez sic ꝓceditur. Uidetur q sacramentum ꝯfirmatōnis possit iterari. q2 vbi morbus ꝑt iterari ibi ꝯuenienter medicina ꝑt iterari. sed confirmatio est medicina contra morbum pusillanimitatis. et ille morbus ꝑt iterari. ergo. In contrariū est magister in litera. In illa questione sunt tres articuli. Primus est a quo sacramētum ꝯfirmatōnis ꝯferatur. Secundus est si illud sacramentū iteratur. Tercius est qua pena iterans istud sacramentū puniatur. et ꝑ illum articulum patz solutio ad quartā questionem in principio huius distinctionis positam. De primo videtur forte alicui q sacramentū ꝯfirmationis ꝑt a quolibet sacerdote ministrari ꝑ dictum Gregorij ad Januarium epm vt scribitur in canone de conse. di. v. c. peruenit. Ait enim sic. Peruenit ad nos quosdam scandalisatos fuisse eo q presbiteros tangere crismate illos qui baptisati sūt ꝓhibuimus. sed si omnino de hac re

aliqui ꝯtristentur vbi episcopi desunt vt presbiteri etiam in frontibus baptisatos crismate tangere debeant concedimus. Sed dicendum est ꝙ solum episcopi conferre possunt hoc sacramentū. quia in primitiua ecclesia solis apostolis licuit cōferre sed solum episcopi sunt successores apostoloꝝ. ergo. Ad decretum vero Gregorij dicitur quadrupliciter. Vno modo ꝙ papa concessit ꝙ possent presbiteri ibi tangere in fronte aliquo oleo sed non cōsensit de crismate. sed hoc est cōtra textum litere vt patet ibidem. Ideo secundo modo dicitur ꝙ papa ꝓpter scandalum vitandum illud concessit ad tempus. Sed illud non valet quia vtilius scandalum nasci permittitur q̄ꝫ ꝙ rei veritas relinquatur. extra de regulis iuris. Ideo dicitur tercio modo ꝙ in primitiua ecclesia non erat differentia inter episcopos et sacerdotes. Quod probatur per duas auctoritates Hieronymi. dist. xcv. decretoꝝ. vna ponitur ca. olim. et alia. c. sequēti. Olim inquit idem presbiter qui et episcopus. Et parum post. sicut presbiteri sciunt se ex consuetudine ecclesie ꝑpositis esse subiectos. ita episcopi nouerint se magis ex ꝯsuetudine q̄ꝫ dispositionis dominice veritate ꝑsbiteris esse maiores. Sed quartus modus dicendi est melior. quia si a principio non licuit sacerdoti h̄ sacramentum conferre. papa tamen quemlibet sacerdotē illius regionis potuit facere episcopum quantū ad actum istum. Sic igitur sacramētum confirmatōis a solis episcopis potest conferri. Cuius materia remota est crisma compositū ex oleo oliue et balsamo specialiter ab episcopo sanctificatum vel ab alio cui talis sanctificatio potest committi. Materia aūt ꝓpinq̄ est vnctio facta in fronte in figura crucis. Cui⁹ aūt sacramēti forma est Signo te signo crucis. confirmo te crismate salutis in nomine patris et filij et spiritus sancti. amen. De secundo articulo scilicet Utrum illud sacramentū potest iterari. Dico ꝙ non imo sciēter iterans peccat mortaliter. Quare autem non debꝫ iterari principalis causa est institutio diuina. Congruētia vero assignatur talis. Quia per istud sacramentum instituitur aliq̄s in determinato gradu ecclesie scilicet in gradu bellatoris. Sed sacramentum instituens in gradu bellatoris determinato non iteratur. Alia congruentia assignatur. Quia istud sacramentuꝫ imprimit effectū indelibilem scilicet caracterem. De tercio articulo scilicet de pena iterantis dicūt canoniste ꝙ sunt irregulares et probant per locum a simili. quia de baptismo et confirmatione est simile. sed iterās baptismum scienter est irregularis. igitur idem iudicium erit de confirmationis iteratione. Sed aliter dicitur ꝙ nulla pena canonica que nō est inflicta a papa condēte ius incurritur ipso iure nec ꝓpter argumenta exponentium canones siue a simili siue a contrario sensu talis pena debet infligi. Cum igitur non inueniatur in iure canonico expressa pena irregularitatis inflicta pro iteratione confirmatōis sequitur ꝙ ipso facto nō incurritur. maxime quia pene sunt

restringende. Et confirmatur per capitulum illud de consecra. dist. v. c. dictum. vbi nulla pena infligitur epi scopo iterum confirmanti sed nec suscipieti nisi quod soli deo seruiat in habitu monachali vel clericali. Ad argumentum in contrarium dico quod morbus vt contra ipsum est hec medicina non iteratur licet alio modo possit iterari.

Post sacramentuz baptismi. Circa istã distinctionem octauam in qua Magister incipit tractare de sacramento eucharistie quero quatuor questiones. Primo Vtrum sacramentuz eucharistie sit sacramentum noue legis. Secundo vtrum illa sit forma consecratõnis corporis christi que ponitur in canone misse. hoc est enĩ corpus meuz. Tercio vtrum illa sit forma consecratõis sanguinis christi. hic est sanguis meus. Quarto sine argumẽto quid demonstretur per hoc pronomen hoc.

Ad primam questionez sic pceditur. Videtur quod eucharistia non sit sacramẽtũ noue legis. Quia quodlibet sacramentum noue legis est per se vnum. sed eucharistia non est per se vnũ. ergo. Minor pbatur. quia aliud signuz est species panis. et aliud signum est species vini et habent aliud et aliud signatum. quia vnius signatum pprĩu est corpus christi. alteriũs autem est sanguis christi. Contra. de consec. dist. ij. In sacramentorum oblationibus. Ad istam questionem dico tres conclusiones. Prima est quod eucharistia est sacramentum noue legis. Scdã quod eucharistia est sacramentũ excellentius inter sacramenta noue legis. Tercia conclusio est si sacramentuz eucharistie est vnum. Prima conclusio sic probatur. Sacramentum plenitudinis gratie est pro tempore legis gratie. sed sacramentum eucharistie est sacramentum plenitudinis gratie. ergo eucharistia est sacramentum noue legis. Preterea sacramentum noue legis est signum sensibile gratiam dei vel effectũ gratuitum efficaciter signans ex institutione diuina. sed eucharistiaz ponimus effectum dei gratuitum scilicet existentiam corporis christi. ergo sacramentũ eucharistie est sacramentum noue legis. Minor probatur quia sub illis speciebus signatur corpus xpi veraciter cõtineri et tñ ille species hoc nõ efficiunt. Hoc argumentũ est efficax cõtra illos qui ponunt sacramentũ habere actionẽ respectu rei signate. sed nõ esset ptra me. quia vt visum fuit cira principium huius quarti sacramenta sunt signa tantum efficacia respectu rei signate vel gratie. Secunda conclusio scz quod eucharistia est excellentius sacramentũ inter sacramenta noue legis declarat ex quadruplici drã que est inter eucharistiã et alia sacramẽta noue legis. Prima est quod alia sacramẽta veracia sunt quantũ est de se. tñ qñ carent effectu signato pter indispositos suscipiẽtis. Istud autem sacramentũ nunquam caret suo signato. Secunda differentia

est q istud sacramentum quod signi ficat hoc realiter continet. alia autē non ptinent realiter qd signāt. Tercia differentia est q alia sacramēta signant gratiam accidentalem et inherentē. istud aūt signat gratiā subsistentem. id est existentiam corpis christi. Quarta differētia est q oīa alia sacramenta osistunt in vsu et in fieri. ita q idem est ibi sacramentuz et pceptio sacramenti. nec permanet aliquid quod sit sacramentū. sed cessant cessante tali vsu vt patet in baptismo et eius pceptione. Pz hoc sacramentum est quoddam pmanens etiam ante vsum. De tercia oclusione dico q sacramentum eucharistie est vnuz vnitate integritatis nō vnum vnitate indiuisibilitatis.

Ad cuius euidentiā est notanduz q corpus christi pt accipi stricte p ut includit in se ptes animatas aīa christi cuius pars non est sanguis licet sit in potentia pinqua vt ouertatur in carnem animataz. et sic corpus ē essentialiter aliud a sanguine. Alio mō pt corp⁹ accipi put includit omnia que ptinent ad totuz corpus organicum siue sint partes animate siue non. vt humores et spiritus. Et hoc modo sanguis est aliqd corpis. Primo modo accipiēdo corpus licet ipsum et sanguis sint primo diuersa signata. ostuunt tn̄ vnū signatum totale quod est corpus secundo modo sumptum. et ita prriuz signum corpis primo modo et signū prium sanguinis possunt esse vnum signum vnitate integritatis et non indiuisibilitatis. Et congruū est sic esse vt sacramentū hoc habeat vnitatem integritatis et nō indiuisibilitatis. quia hoc sacramentuz est ad completam nutritionez anime sicut aliquid est ad completam et pfectaz nutritionez corpis. sed completa nutritio corpis est in aliquo vno vnitate integritatis et non indiuisibilitatis. vnde non nutrit pfecte cibus sine potu nec econuerso. ergo hoc sacramentum est vnū vnitate integritatis et non indiuisibilitatis. Et p hoc ptz ad argumentū principale ꝛc.

Ad secundā et terciaz questionez sic sic pcediē. Uidetur q illa nō sit forma osecrationis corpis christi que ponitur in canone misse. hoc est enī corpus meum. hic est sanguis meus. vel hic est calix sanguinis mei qz istud pnomē hoc aut demonstrat substantiaz panis aut accidentia. et vtroq modo posițio est falsa. aut demonstrat corpus christi. et sic positio non est effectiua corpis christi. In contrariuz est magister in litera. In ista questione primo ē videndū si eucharistie sit aliqua vna forma. Secundo que est illa forma. Tercio quid significat illa forma.

De primo dico q aliud est querere si eucharistie est aliqua vna forma aliud est querere si osecratōnis est aliqua vna forma. Nam verba non sunt nec esse pnt forma eucharistie. sed verba bene sunt forma osecrationis eucharistie vt prehabituz est in precedenti questione. Et tunc dico q sicut illud sacramentum est vnum vnitate integritatis non autem indiuisibilitatis. qz in se includit duo signa pticularia que primo significant duo pria significata et prima

scilicet corpus et sanguinem. et duo remota scilicet cibationem et potationem spiritualem. ita etiam est hic vna consecratio vnitate integritatis non autem indiuisibilitatis. sed sunt due partiales. Et sic est ibi duplex forma consecrationis. quia vna est forma consecrationis corporis. alia est forma consecrationis sanguinis christi. Distinctio autem istarum formarum partialium consecrationis patet ex duobus. Primo quia si sacerdos moreretur subito pane consecrato ibi esset consecratio corporis sine consecratione sanguinis. Secundo quia est efficax sine alia. alias fideles adorantes corpus christi ante consecrationem sanguinis essent idolatre. quod est falsum. De secundo scilicet que est forma consecrationis corporis christi et sanguinis eius. dicitur vno modo secundum viam Innocentij de officio misse parte. iij. ca. vj. quod forma consecrationis non est in istis verbis. hoc est enim corpus meum. nec christus consecrauit in istis verbis scilicet in verbis benedictionis cum dicitur in verbis precedentibus quod accipiens panem benedixit. Pro ista opinione arguitur sic. Verba que significant realitatem sacramenti in facto esse et non in fieri non sunt forma consecrationis. sed ista verba. hoc est enim corpus. etc. significant realitatem sacramenti in facto esse et non in fieri. ergo. Maior patet. quia cum conuersio consistat in fieri verba consecrationis debent significare realitatem sacramenti in fieri. Minor probatur sic. quia ista verba sunt vera tamen in termino conuersionis et non ante. Contra istam opinionem arguitur sic. quia christus in verbo consecrauit sed non consecrauit alijs verbis ab istis cum non legimus alia verba ab istis. ergo forma consecrationis corporis christi est in istis verbis. hoc est enim corpus meum. Hinc dicitur extra de celebratione missarum. Cum marthe. credimus quod forma verborum sit sicut in canone continetur et a christo apostoli et ab apostolis eorum acceperunt successores. Nec argumentum opinionis concludit vt patebit in ar. iij. quando videbitur quid significant ista verba. hoc est enim corpus meum. que non solum in proposito sunt ostensiua sed etiam effectiua. Dico igitur aliter ad istum articulum et primo ostendendo que sunt verba consecrationis corporis christi. Secundo que sunt verba consecrationis sanguinis christi. De primo dico quod verba consecrationis corporis christi sunt quatuor. videlicet pronomen hoc. et verbum est. et in apposito. corpus meum. Ista enim coniunctio enim non est de essentia forme. sed secundum vnum doctorem solum ponitur ad designandum ordinem consecrationis sacramenti ad vsum sacramenti. quod patet ex verbis precedentibus. accipite et comedite. hoc est enim corpus meum. quasi dicat. quia talis est consecratio ideo vtendum est consecrato. Alia ratio potest assignari quod illud enim ponitur ad ostendendum ne illa verba que sunt de forma consecrationis proferantur sine precedentibus. Sed hic est vnum dubium. vtrum pretermissis verbis precedentibus per ista solum quatuor verba conficeret sacerdos. et dicitur quod sic. quia ista sunt precisa forma consecrationis alia autem sunt premittenda propter reuerentiam vel propter

orationem ¶ Contra istud instatur
sic. Uerba sacramenti ex vi verbo-
rum debēt significare illud quod ef-
ficitur ex vi consecratōis. sed vi cō
secrationis huius efficitur ꝙ ibi sit
verum corpus christi. ergo verba de
bent sufficienter hoc significare. Sꝫ
hec verba. hoc est enim corpus meū
prolata sine precedentibus hoc non
significant. quia absolute lꝗ meum
significat referri ad ꝑsonam loquen
tis. Sicut si inciperem loqui aliqua
verba christi siue ꝓlata a christo vi
delicꝫ doctrina mea nō est mea quā
tumcunqꝫ intenderem loqui in ꝑso-
na christi tamen ex vi verborum nō
habetur ꝙ illa doctrina sit christi
sed loquentis. ¶ De secundo scilicꝫ
que verba sunt forma consecratōis
sanguinis christi. Dico ꝙ hic est ma
ius dubium. Cum quia forma qua
vtimur nullus euangelistarum reci
tat. ideo non videtur ex euangelio
esse certa. Cum quia greci alia for-
ma vtuntur. dicētes. hic est sanguis
meus noui testamēti qui pro vobis
et pro multis est in remissionē effu-
sus peccatorum. Tamen his nō ob-
stantibus firmiter tenendum est ꝙ
forma nostra sit certa secundum au
ctoritatem Innocentij de celebra-
tione missarum. Cum marthe. Mul
ta enim tradita sunt ecclesie ab apo
stolis que tamen non sunt scripta in
euangelio. Nec obstat quod dicitur
de euangelistis qꝛ intendebant nar
rare rem gestam. non autem trade-
re formam ꝯsecrationis. De forma
ecclesie grecorum ecclesia non dicit
eos nō ꝯficere. vnde dicūt aliqui ꝙ
forma eorū est forma nostra et que
cunqꝫ forma scripta in euāgelijs suf
ficiens est ad consecrationē tamen
in ecclesia romana est de necessita-
te ministri vti forma que ponitur in
canone. ¶ De tercio articulo scilicꝫ
quid ista verba significant. nūquid
significant substantiā panis an ac
cidentia vel corpus christi. sed siue
significent substantiam panis siue
accidentia siue corpus christi vide-
tur propositio falsa. quia istud ꝓno
men hoc vel demonstrat pro illo in-
stanti pro quo ꝓfertur vel pro alio.
nō pro alio. quod patet. ergo demō
strat pro illo instanti pro quo ꝓfer-
tur. et tunc non est corpus christi
¶ Ad hoc dicitur multipliciter ꝙ
hoc pronomen hoc demonstrat ibi
corpus christi non substantiam pa-
nis neqꝫ accidentia. nam verbū qđ-
cūqꝫ potest accipi dupliciter. Uno
modo potest capi secundum se. alio
modo prout est pars alicuius orati
onis. Primo modo scilicet secundū
se omne nomen habet suum signifi-
catum in instanti vltime sillabe eius
Secundo autē modo scilicet vt est
pars alicuius orationis non habet
suum significatum nisi in vltimo in
stanti prolationis totius orationis
¶ Ad ꝓpositū ergo dicitur ꝙ illud
pronomen hoc ponitur in illa orati
one non secundum se sed vt est pars
orationis. et ideo non habet suum
significatum nisi in vltimo instanti
ꝓlationis totius orationis. sed pro
illo instanti est corpus christi. ergo
demonstrat corpus christi pro vlti-
mo instanti ꝓlatōnis. Hoc ꝯfirmat
Constat enim ꝙ illud ꝓnomē hoc ꝓ
aliquo supponit. non aūt potest sup
ponere ꝓ pane nec pro accidentibus
panis. nec pro aliquo alio a corpe

christi. ergo supponit p corpore cristi et non nisi in vltimo instanti prolationis. Contra istam opinionē arguitur sic. Illud nomen quod nō mutat suum significatum in ppositione siue in oratione non habet aliud significatum vt in oratione positum q̄ꝫ vt extra orationem p se sumptum. Si enim habet aliud significatum in orōne q̄ꝫ habeat p se. ergo mutat significatum suum in oratōe sed nomen quodcunqꝫ maxime vniuocum non mutat in oratione suum significatū. quoniaꝫ si mutaret cum idem nomen posset poni in infinitis orōnibus et per consequēs illud nomen mutaret infinita significata et ita nulla esset certitudo de significatione siue de significato alicuius nominis. ergo quodcunqꝫ nomen debet idem significare et idem significatū habere in orōe quod habet pm se sumptum. Sed istud pnomen hoc sup accidentia panis absolute posita nō significat corpus christi. igit nec platum in orōne Quicquid sit de opinione vel impugnatōe pt aliter dici q illa oratō. hoc est enim corpus meū. est vera p vltimo instāti plationis. et sic illa forma psecrationis signat corpus christi p vltimo instanti plationis. Istud autem patet ex tribus ppositōibus. Prima ppositio est q illa oratio nō solum est corpis indicatiua. sed etiam virtute diuina est corpis christi effectiua. Itē non efficit opatione successiua ſꝫ opatōe instantanea. et nō est effectiua rei nō existentis sed rei preexistentis. q2 corpus quod est in celo localiter capit esse in altari sacramentaliter. Scōa ppositio est q pro illo tpe denotatur in oratōe veritas quod significatur p verbuꝫ copulans extrema ppositōis vel orationis. vt si dicatur Homo est albus. quia verbum copulans extrema orationis est verbum presens. ideo veritas oratōis denotatur in tpe de pn̄ti et similiter est de verbo preteriti vel futuri tpis. Tercia ppositio est q verbuꝫ cuiuscunqꝫ tēporis non solum potest significare tēpus. sed etiaꝫ pt significare instās temporis. quia si non posset instās tēpis significare cum aīa creatur in instanti tūc ista esſꝫ falsa. anima creatur. Ex his orationibus omnibus fiat talis deductio. pro eodem tempore vel pro eodem instanti oratio est veritatis ostēsiua pro quo est rei vel corporis effectiua vt sic tpus referatur ad actionem successiuam instans vero ad actionem vel factionem instantaneam. Sed ista oratio hoc est enim corpus meum est corporis effectiua pro vltimo instanti prolatōis. igitur est corpis ostensiua pro vltimo instanti prolationis Et p hoc patet ad argumentuꝫ principale. igitur ⁊c.

At sicut due sunt res. Circa istā distinctionē nonā quero tres questiōes. Primo vtrū sacramentū corporis xp̄i possit a nō ieiunis celebrari vel recipi. Scdo vtrū possibile sit corpus xp̄i sub spē panis ⁊ vini contineri veraciter. Tercio vtrū existens in mortali pcco peccet mortaliter accipiendo hoc sacramentum.

Ad primam questionez sic pceditur. Videtur q sacramentuz corpis christi possit a non ieiunis celebrari vel recipi. quia post cenã christus discipłis suis pransis dedit eucharistiam. Contra. de consecra. dist. ij. c. liquido. et sumitur ab Augustino. ad inquisitões Januarij. Placuit spiritui sancto vt in honorem tãti sacramẽti prius in os christiani dñicum corpus intraret q cibi alij. In ista questõe primo ponam vnã distinctionẽ. Scdo respondebo ad questionem. Quantũ ad primum dico q quadrupliciter potest quis hoc sacramentum recipe. Primo modo aliquis hoc sacramẽtum recipit nec sacramentaliter nec spũaliter. sicut infidelis aut puersus hereticus. de quo dicit apostolꝰ q iudiciũ sibi manducat et bibit nõ dijudicans. idest non discernens ab alijs cibis corpus dñi. talis enim sola accidentia terit dentibus materialiter. et ideo non sumit neqꝫ sacramentaliter neqꝫ spũaliter. Secũdo modo hoc sacramentũ aliquis sumit sacramentaliter et spũaliter sicut deuotus christianus qui ꝯsciencia iam purgata non simulata fide ad hoc sacramentũ accedit. de quo loquitur Augustinus. dicens. crede et manducasti et non me conuertes in te sed tu ꝯuerteris in me. Tercio modo aliquis sumit hoc sacramentum sacramẽtaliter et nõ spũaliter sicut malus christianus qui sumit corpus christi sed nõ habet ꝯscientiam de peccato mortali iam purgatam et de hoc loquitur Augꝰ. et habetur de conse. dist. ij. c. ij. Quid est christum manducare. Qui enim accipit indigne sacramentuz acquirit inde magnũ tormentũ. Quarto modo sumit aliquis hoc sacramentum spũaliter et non sacramentaliter sicut homo christianus ꝯsciencia sanus tñ infirmitate grauatus libenter hoc sacramentũ sumeret sed nõ habet ꝓpinantez sibi et de illo loquitur Augustinus. in libro de remedio penitentie dicens. Vt quid paras ventrem vel dentem crede et mãducasti. Qui enĩ credit in eum manducat eum. Hic autem nõ queritur de illo qui sumit hoc sacramentũ primo vel quarto modo. sꝫ queritur de illo qui sumit secundo vel tercio modo scꝫ sacramentaliter et spũaliter vel solum sacramẽtaliter si talis ꝑt licite hoc sacramentũ non ieiunus recipe. et tunc premitto aliã distinctionem videlicet q ieiuniũ est nature et ieiuniũ ecclesie. Jeiunium aũt ecclesie nõ soluitur nisi ꝑ aliq refectionẽ extraordinariã ꝑter morem ecclesie. vnde ꝑ specierum sumptionem vel potũ saltem post prandium non soluitur ieiuniũ ecclesie. Sed ieiunium nature est carentia cibi suscepti in stomacho vel in via ad stomachum. hoc de primo articulo. De secũdo articulo dico q oportet suscipientem corpus christi esse simpliciter ieiunum ieiunio nature nec est alia causa principalis nisi institutio diuina. qꝛ vt dictum est placuit spiritui sancto vt in honorẽ tãti sacramenti ꝛc. Et quidem rõnalis est constitutio ꝓpter reuerentiã sacramenti que minor est in pranso q in ieiuno et vt prius queratur cibus spiritualis q corpalis. Si aũt

intelligitur questio in ꝑticulari dico ꝙ duo sunt casus in quibus est licitũ alicui nõ ieiuno stomacho hoc sacramentũ recipe. Vnus est in infirmitate graui qñ timetur ꝑiculum mortis imminentis. Tũc enĩ periculum est negare infirmo etiã pranso poscenti hoc sacramentũ cum sit viaticũ. Alius est casus specialis puta in aliqua regione in qua celebratur vino albo ibi minister parat calicem sacramenti et ex aliqua negligentia ꝓ vino ponit aquã. sacerdos non aduertens suppones ministrum bene fecisse ꝓcedit dicendo verba et alia faciendo vsqꝫ ad ꝑceptionẽ. ꝑcipiens aũt liquorẽ de calice aduertit esse aquam. in tali enĩ casu sacerdos tenetur ꝯsecrare sanguinem de nouo et ꝑcipere ꝯsecratum. qꝛ quando sunt duo ꝑ̄cepta ordinata ẜm rationem superioris et inferioris magis ligat preceptũ suꝑioris ꝙ̃ inferioris. Sed ꝙ istud sacramentũ ꝑcipiatur integre a sacerdote qñ conficit est preceptũ suꝑioris scꝫ christi ꝙ aũt ꝑcipiat ieiunus est preceptuꝫ ecclesie et inferioris. ergo nõ obstãte ꝙ in tali casu nõ sit ieiunus ipse tenetur sanguinẽ ꝯsecrare et consecratum recipe. Ad argumentũ in contrariũ rñdet Aug⁹. de consecra. dist. ij. c. Liquido. Necꝫ enĩ qꝛ post cibos dedit dñs eucharistiã discipulis ꝓpterea pransi debem⁹ euchaɼistiam sumere. Nancꝫ saluator vt vehementius ꝯmendaret huius sacramenti altitudinẽ vltimo voluit figere in cordibus discipuloꝝ. Quo aũt ordine deinceps sumeretur apostolis ꝑ quos ecclesias dispositurus erat reseruauit docendum.

Ad secundam questionem sic ꝓceditur. Videtur ꝙ non sit possibile corpus christi sub specie panis et vini veraciter contineri. qꝛ nõ alio mõ se hñt spẽs panis ⁊ vini ad corpus christi post ꝯsecrationẽ ꝙ̃ ante. Sed ante ꝯsecrationẽ corpus christi nõ ꝯtinebatur veraciter sub speciebus panis et vini. igitur nec postea. In ꝯtrarium est Magister in lr̃a ꝓbans ꝑ multas auctoritates hoc esse possibile. In ista questione sunt tres articuli. Primo est videndum quid sit fide tenendum. Scd̃o est vnum dubiũ remouenduꝫ scꝫ quomodo sit possibile corp⁹ christi esse de nouo in altari sine sui mutatione. Tercio est tale dubiũ remouendum cum hostia sit parua et corpus christi magnũ quomodo ꝑ̄t cõtineri sub hostia. De primo dico ꝙ corpus christi vere est ibi realiter. Ista aũt veritas fuit a principio expresse tradita ex quo eucharistia fuit instituta vt patet Mathei. xxvj. vbi ait christus. Hoc est corp⁹ meum. et Johannis. vj. Caro mea vere est cib⁹ ⁊c̃. Et Luce. xxvj. Hoc est corpus meum et hic est sanguis meus. Si aũt heretici vellent ita exponere dicẽdo ꝙ sunt figuratiue dicta sicut istud Johãnis. v. Ego sum vitis vera. Istud est omnino contra intentionẽ saluatoris. qꝛ vt ait Aug⁹. li. lxxxiij. questionũ. vij. q. Solet circumstantia scripturaꝝ illuminare scripturaꝫ. nã ex precedẽtibus vel sequentibus ꝑ̄t colligi an loquatur figuratiue. Nã cum christus dixit. ego sum vitis vera statim subiũxit. vos palmites mei. sed constat ꝙ

discipuli non erant palmites natu-rales sꝫ tm̄ figuraliter ideo loqueba-tur figuratiue. Pꝫ cū dicit Luce. xxi hoc est corpus meū. statim subiūxit quod ꝓ vobis tradetur. sed ista tra-ditio nō erat figuratiua sꝫ realis et vera. ergo veraciter dictum est. hoc est corpus meū. Secūdo scꝫ quali-ter corpus sit ibi veraciter vbi pri-us non fuit vel erat sine sui mutati-one. et est hec opinio Thome ꝙ hoc est ꝓpter mutationē alterius in ipm corpus puta ꝓpter ꝯuersionē panis in corpus xpi. et ideo nō oportꝫ cor-pus christi in se mutari. Sufficit enī ꝙ aliud mutetur in ipsum ad hoc ꝙ ipm incipiat ibi esse p̄ntialiter. Et declaratur ꝑ simile. qꝛ sicut genitū est vbi prius fuit corruptū et tn̄ non ꝑ aliquā loci mutationē ipius geniti. ita videtur ꝙ illud in quo ꝯuersum est aliud sit vbi ꝯuersuꝫ prius fuit et nō ꝑ aliquā mutationem termini ad quē ꝯuersionis sꝫ solū termini a q̄. Contra istā opinionē arguit̄ sic. Supposito fm eos ꝙ transubstātia-tio est mutatio substantialis eo mo-do quo ꝯceditur esse mutatio tūc ar-guitur sic. Per nullā mutationem ꝑ se habetur id qđ est ꝑ se aliud et po-sterius q ꝑ se termino mutatōis. sed p̄ntia corꝑis xpi ē posterior ⁊ aliud simpliciter a substantia que est ꝑ se terminus transubstantiationis. er-go. Maior patꝫ. qꝛ vnius mutatōis ꝑ se est vnus ꝑ se terminus. Minor etiā patꝫ. Nam hmōi p̄ntia non est substantia panis vt manifestum est. qꝛ qn̄ est substātia panis nō est ista p̄ntia. nec ipsa p̄ntia est substantia corporis christi. qꝛ hmōi substātia fu-it qn̄ p̄ntia nō fuit. Preterea. de-us p̄t facere corpus suum p̄ns cum pane manente substantia panis. et tūc hoc non erit ꝑ aliquā mutatōem que fit ad substantiā vt ad terminū ꝑ se. et tn̄ ꝑ istam acquiretur p̄ntia eiusdem rōnis cū illa que nūc habe-tur. ergo oportꝫ ꝙ ꝑ mutationē sub-stantialem. ꝓbatio maioris. Ad no-uitatē posterioris nō sequitur noui-tas prioris vt ptꝫ ex. viij. phisicoꝝ. Sꝫ ista p̄ntialitas est posterior sub-stantia panis sicut respectus est po-sterior absoluto. ergo sine mutatio-ne aliqua circa substantiā panis es-se p̄t noua p̄ntia corpis xpi ad pa-nem. et ꝑ ꝯsequens ꝑ transubstātia-tionē nō habetur illa p̄ntia. qꝛ ter-minus eiusdē rōnis cuiusmodi est p̄-sentia non ꝓprie et ꝑ se est terminus duarum mutationū distinctarū fm genus. Preterea. qđ conuertitur in aliqđ preexistens magis acquirit conditiones eius q̄ꝫ econtra. Exem-plum huius. si nutrimentum conuer-tatur in carnē magis animatur ani-ma carnis q̄ꝫ caro informetur forma nutrimenti. ergo ex sola cōuersione panis corp⁹ xpi p̄existēs magis ac-quireret panis ꝯuersus p̄sentiā in ce-lo q̄ꝫ corpus christi p̄ntiam sub spe-cie panis. Alius est modus dicen-di quē teneo ꝙ motus siue mutatio localis est duplex. quedā deperditi-ua et qdā acq̄sitiua. sic qn̄ quis mo-uetur de loco vno ad aliū aliqđ de-perditur et aliquid acquiritur. Ta-lis enim ordine nature mouetur ab habitu ad priuationem puta ab vbi quod prius habebat ad vbi qđ pri-us nō habebat. et hec mutatio dicit̄ deperditiua termini a quo. dicitur tn̄ acquisitiua termini ad quē. Nūc

autem hee due mutationes licet concurrāt simul in vno motu locali ꝯtinuo tñ discrete sunt. et sic vna pt absolui ab alia vt acquisitiua a deperditiua sic ꝙ aliquid acquirit nouuz locũ non dimittēdo priorē sicut est in ꝓposito. Corpus enĩ christi absqꝫ hoc ꝙ dimittat vbi qđ habet in celo acquirit nouũ vbi in sacramēto. et ideo est hec mutatio localis. non deperditiua sed acquisitiua. De tercio articulo scꝫ quomodo corpus christi magnũ potest ꝯtineri veraciter sub hostia parua. Et dicitur hic ab vno doctore ꝙ est hoc ideo. quia corpus xp̄i non habet ibi esse modo quantitatiuo. Nam quãtitas cristi corpis nõ ē sub spē panis nisi ꝯcomitãter. q2 prim⁹ termin⁹ ꝯuersionis ē substãtia corpis xp̄i. igiẗ q̃ntitas ñ erit ibi ꝑ mođ ꝑmi termĩ. sꝫ ꝑm⁹ t̃min⁹ q̄ ē substãtia ñ hꝫ mođ q̃ntitatiuũ seu ꝯmēsuratiuũ. igiẗ q̃ntitas ñ erit ibi mõ q̃ntitatiuo. Cõtra h̄ obỹciẗ Vnũqđqꝫ siue sit ꝑm⁹ t̃min⁹ trãsubstantiatõnis siue secũdus habet ꝓprietates suas sibi necessario et naturaliter inherentes vbicunqꝫ est illud. Probatur exemplo et ratione. Exemplo sic. q2 si deus crearet substantiam quantam et natura generaret substantiam et quantitas concomitetur terminos vtriusqꝫ productionis. prius est substantia. et quãtitas concomitatur. et tamē tam in generato q̃ꝫ in creato quantitas habet suum modum realem sicut haberet si primo terminaret aliquã mutationem. Probatur etiam ratione quia alia habitudo ad agens nõ variat naturam dum tamen res producatur. quia nec habitudo ad agens aliquod variat naturam rei acte secundum Aug⁹. iq̃. de trini. patꝫ etiã maior. ergo quantitas non carebit suo modo naturali ꝓpter hoc ꝙ non est primus terminus transubstantiationis dummodo ibi sit realiter.

Preterea si per conuersionem sit terminus ad quem vbi fuit primus terminus a quo vt dicit illa opinio ergo modus essendi huius et illius erit similis. ille saltem qui potest esse communis vtriusqꝫ. sed panis conuersus hic erat suo modo quantitatiuo. q2 sub quantitate habens partem extra partem. igitur et substantia corporis christi existens hic ex vi conuersionis erit etiam hic suo modo quantitatiuo habens scilicet partem substantie sub parte quantitatis. et tunc quantitas erit hic ꝓprie dimēsiue. Dicitur igitur aliter ad istum articulum secundũ viã doctoris subtilis quia duplex est ordo. scilicet ordo partium in toto. et ordo partium in loco. Ordo autem partium in toto est differentia quãtitatis non ꝓprie cum sit respectus sed aliquo modo accedens ad differentiam eius essentialem. Ordo autem partium in loco est de genere situs ⁊ ab isto respectu siue ordine ꝑtiũ in loco pt absolui ordo partiũ in toto. ordo autem partiuꝫ in toto est prior ordine partium in loco. prius autem potest absolui a posteriori sibi accidentaliter coniuncto. Nunc autem ordo partium in toto est prior ordine partium in loco. et iste ordo partium in loco est posterior ordine partium in toto cui accidentaliter coniungitur. ergo corpus christi in eucharistia habebit ordinem partium in toto absqꝫ illo respectu q̄ est ordo partium in loco.

Ad argumentum in contrarium patet ex dictis in ista secunda conclusione ꝙ ille species aliter se hñt ad corpus christi post ꝯsecrationē ꝗ̃ ante. licet enim nō sit ibi mutatio deperditiua est tamen mutatio acquilitiua. ergo ꝛc̃.

Ad terciam questionez sic ꝓcedit. Videt̃ ꝙ existens in pccõ mortali non peccet mortaliter ꝑcipiendo hoc sacramentū. quia nullus peccat faciendo illud ad quod tenetur. sed aliquis qñq̧ non obstante ꝙ sit in peccato mortali tenetur ꝯñicare. ḡ. Probatio minoris. de ꝯsecra. di. ĳ. c. Relatum. dicitur ibi ꝙ sacerdos qui cōsecrauit tenetur recipe sacramentum et possibile est ꝙ tūc sit in peccato mortali. Cōtra. j. ad Corinth. xj. Qui manducat et bibit indigne iudiciū. ꝛc̃. In ista questione primo premittã vnam distinctionem. Scđo dicã ad questionē. Distinctio aũt est ꝙ aliquis ꝑt esse in peccato mortali tripliciter. Primo in actu. qꝛ scʒ peccat mortaliter peccato interiori vel exteriori. Secundo quia prius ꝯmisit peccatū mortale preteritum de quo nō recolit et non penitet nec penituit. Tercio qꝛ licet de peccato peniteat nondū tñ̄ ꝯfessus nec absolutus in ecclesia est. Nũc dico de ꝑmo ꝙ peccat mortaliter qꝛ simpliciter manducat indigne. De scđo dico ꝙ si est negligentia affectata vel crassa ꝓpter quã nō recolit pccm̄ nō excusatur a peccato licʒ minus peccet ꝗ̃ prius. Tenetur enĩ seipm̄ examinare. iuxta illud apl̃i. j. Chorinth. xj. Probet autem seipm̄ hō. Si aũt nō sit negligētia crassa. puta quia precessit examinatio sufficiens talis non peccat cōmunicãdo. Isto enim ꝙ aliquid sit traditum obliuioni. qꝛ non requiritur maior examinatio ad ꝯñicandū ꝗ̃ ad secure moriendū. sed post talē examinationē ꝯtritus et confessus si moreretur saluaretur. De tercio dico ꝙ si occurreret oportunitas tenetur prius ꝯfiteri ꝗ̃ ꝯmunicare. Cuius rō est. quia non tm̄ debʒ reconciliari deo. sed ecclesie ad hoc vt digne recipiat sacramentū vnitatis ecclesie. Si autē non occurrit oportunitas cōfitendi si potest sine scandalo vitare ne tunc ꝯmunicet tenetur tunc non cōmunicare sed confessorem expectare ꝓpter eandē rationem que dicta est nunc. Si autez occurrit scandalum nisi statim communicet vtpote quia est indutus ad celebrandum et nō habet sacerdotē idoneū tunc cum ꝯtritione ꝯfitendi ꝑt celebrare. De peccato veniali nō oportet dubitare quia de illo nō est necessitas penitendi. Ad argumentum in ꝯtrarium dico ꝙ faciēs modo debito illud ad quod tenetur nō peccat. cum aũt dicitur de sacerdote celebrante ꝙ tenetur ꝯñicare, patet ex dictis in tercia ꝯclusione.

Sunt quidē et alĳ. Circa istã distinctionē. x. quero duas questiones. Primo vtrum idē corpus ꝑ aliquã potentiã possit esse localiter in pluribus locis siml̃. Secundo vtrum possit simul esse in celo et eucharistia.

AD primam questionez sic ꝓceditur. Videtur ꝙ idē corpus non p̄t esse localiter in pluribus locis simul. quia idem nō potest referri ad se oppositis relatōibus. sed si idem corpus posset esse localiter in pluribus locis simul tunc refertur ad se oppositis relatōibus. qꝛ posset dici inferiꝰ et supius seipso. etiā dextrū et sinistrū. ꝓpinquū et distans eodē respcū. ergo. Cōtra. Hugo de sacramentis. pte. viij. c. ij. dicit. Qui fecit vt vnū corpus essz in vno loco fecit quomodo voluit et si aliter voluisset aliter facere potuisset.

In ista questione primo ponam vnam opinionē. Scdō aliam quā teneo. Tercio dicā ad argumenta prime opinionis. Quantum ad primum dicit vna opinio ꝙ idem corpus p nullam potentiā p̄t esse in pluribus locis simul. quod ꝓbatur primo sic. Si idez corpus posset esse in pluribus locis simul. ergo possz esse in infinitis. ꝯsequens est falsuz. ergo et antecedens. falsitas ꝯsequentis patet qꝛ esse vbiqꝫ est ꝓprium dei et sic nō ꝯuenit alicui creature. probatio ꝯsequentie. qm̄ aliquid indifferenter se habet ad plura qua ratōne p̄t esse in duobus eadez rōne potest esse in omnibus. sed corpus indifferenter respicit illum vel illum locuz et omnia loca. ergo si p̄t esse in pluribus locis maxime p potentiā diuinam p̄t esse in omnibus. Scdō sic Illud non est factibile quod implicat ꝯtradictionez. sed idem corpus esse in pluribus locis implicat contradictionē imo multas ꝯtradictiones. ergo. Probatio minoris. qꝛ qm̄ ponitur in vno loco aut habet eandem formā aut non ꝙ in alio. Si sic in vno loco ponatur gelu in alio calor sequitur ꝙ in vno loco habebit frigus et in alio loco calorē. Similiter si in vno loco nō inueniat quid comedat et in alio q̄d comedat tunc in vno loco esuriet et in alio nō esuriet et in vno loco poterit infirmari et in alio non. et sic moreretur et nō moreretur. Si autē teneatur secundum membrū eadem sequētur incōuenientia vel ad minus idem corpꝰ habebit ꝯtraria simul. Tercio sic sicut locatū mensuratur dimensionibus loci sm̄ quantū et ꝯtinuū sic cōmensuratur sm̄ vnum et multa. igit̄ si locatū erit in diuersis locis erit simul vnū et multa. Quarto sic arguit aliuſ doctor. Termini locati et termini loci sunt simul. ergo si locatum est extra terminos loci ꝓprij est extra termīos suos ꝓprios. Quinto alius arguit sic. Sicut p ꝓpriam naturaz res est in vna specie tm̄. sic p vnā dimensionē ē in vno loco tm̄. qꝛ sicut se habet natura ad speciem. sic quantitas ad locū. Sexto aliꝰ arguit sic. Si idem corpus esset in diuersis locis simul aut vna mutatione aut duabus. Non vna mutatōne qꝛ vna mutatio est ad vnum terminum. Nec duabus. qꝛ aut eiusdē speciei aut alterius speciei. Non eiusdem speciei. qꝛ idem non p̄t moueri simul duobus motibus eiusdem speciei. ex. v. phisicoꝝ. nec duobus motibus alterius speciei. qꝛ cum termini sunt ꝯtrarij motus sunt incōpossibiles. Septimo ad idem arguit̄ sic. p rōes subtilis. Impossibile est eandē materiā esse sub diuersis for

mis substantialibus. Sed si possibile esset idem corpus esse simul in diuersis locis eadem materia simul esset sub diuersis formis substantialibus Probatio huius dupliciter patet. Uno modo sic. si ponatur idem nutrimentum in diuersis locis et comedatur a diuersis animalibus in diuersis locis existentibus. tunc virtus nutritiua istorum animalium conuertit nutrimentum in substantiam propriam et per consequens eadem materia nutrimenti erit sub diuersis formis substantialibus istorum animalium Secundo sic. ponatur quod idem lignum sit in diuersis locis et in illis locis sint duo ignes qui agant in illud lignum tunc inducent formam ignis. sed non inducent eandem formam cum agentia sint diuersa igitur aliam et aliam in eandem materiam quod est propositum.

Quantum ad secundum articulum arguitur contra opinionem istam. Non minus est inconueniens duo corpora simul esse in eodem loco quam idem corpus in duobus locis. sed deo est possibile primum ergo. Maior patet secundum principia philosophorum. Nam equalem repugnantiam posuerunt inter duo quanta respectu eiusdem vbi sicut econuerso. Minor patet de facto de natiuitate christi et resurrectione. et quando intrauit ianuis clausis ad discipulos suos. Respondetur quod argumentum non valet. Nam due dimensiones repugnant propter situm localem et istam repugnantiam tollit dos subtilitatis. sed illud quod est ratio limitationis ad vnum vbi videlicet situs determinationis non potest tolli per aliquod vnum donum vel dotem. quia etiam corpus gloriosum habet situm determinationis quo oportet ipsum esse hic et non alibi licet non habeat situm localem quo resistat alteri corpori quod est magis accidentale. Contra vbi est equalis commensuratio loci ad locatum et econtra si vnum non potest esse in pluribus locis sequitur quod nec plura possunt esse in eodem loco. Sed equalis commensuratio est hic et ibi igitur si vnum corpus non potest esse in locis pluribus sequitur quod nec plura in eodem. Secundo ad principale sic. Ubicunque potest deus facere substantiam naturalem non sub suo modo naturali potest eam facere ibi sub suo modo naturali sibi proprio seu conuenienti sue nature quia in primo sunt duo miracula in secundo est vnum tantum sed deus secundum omnes facere potest corpus suum sacramentaliter non sub suo modo naturali in diuersis locis simul et facit de facto. ideo potest facere idem in eisdem sub modo naturali. alio modo scilicet localiter et dimensiue. Tercio sic. Angelus potest esse simul in pluribus locis diffinitiue. igitur idem corpus potest esse in diuersis locis circumscriptiue. consequentia patet. quia similis limitatio est hic et ibi. Probatio antecedentis. Deus potest conuertere panem in angelum sed secundum vnam ex primis opinionibus scilicet thome vbi prefuit conuersum ibi est illud in quod conuertitur. ergo angelus est vbi fuit panis et non mouetur de celo. igitur est in duobus locis. Quarto sic. Ad multiplicationem posterioris non sequitur multiplicatio prioris sed locus est posterior locato. igitur ad multiplicationem locorum non sequitur multiplicatio locatorum. Dico ergo simpliciter quod deo est possibile facere idem corpus in diuersis locis

simul esse localiter et hoc patz ex intellectu terminorum. Cum enim dico idem corpus simul esse localiter in diversis locis nihil dico supra corpus nisi quendam respectum extrinsecus advenientē fundatum in quāto ad aliud quantum circumscribēs Respectum autem talem plurificari super idem fundamentum ad diversos terminos non apparet contra aliud notum secundum rationez quia respectus intrinsecus advenientes de quibus minus videtur possunt plurificari fundamento eodem manente vt supra eandem albedinē possunt due similitudines fundari ad duos terminos. Et si dicas verum est qꝫ plures respectus possunt fundari in eodez fundamento quādo vnus non adequat totum fundamentum. hic autem vnum vbi adequat totam rationem corporis localiter inquantum locabile.

Contra. Quia respectus qui oritur ex natura fundamenti magis debet adequari fundamēto q̄ȝ ille qui extrinsecus advenit ceteris paribus. Sed ad duos terminos in eodem fundamēto possunt esse duo tales respectus orientes ex natura fundamenti vt due qualitates ad duo quanta equalia. igitur non hic bene dicitur qꝫ vnus respectus tantum adequat. Pro solutione autez argumentorum sunt notande tres propositiones quarū prima est ista Quecunqꝫ sunt priora essentialiter ipso vbi vniformiter insunt corpori quamuis habeant diuersa vbi id est non variantur variato ipso vbi. Istud patet. quia prius essentialiter non variatur propter variationem posterioris. Secunda propositio est illa. Sicut passuz existēs in vno vbi recipiet formam a duobus agentibus sibi ibidem approximatis sic idem passum in duobus locis existens patietur ab eisdem agētibus sibi approximatis in aliis duobus locis et hoc intelligo de passione que est ad formam absolutam.

Tercia propositio est ista. Sicut corpus in vno vbi existens se haberet in ratione actiui ad diuersa sibi approximata in illo vbi. sic ipsuz vt existens in duobus vbi se habet ad eadem sibi in illis vbi approximata

His premissis dico ad primum argumentum qꝫ falsuz est qꝫ per nullam virtutem idem corpus potest esse in pluribus locis. et probo. Ipsi enim concedunt qꝫ corpus Christi posset esse vbiqꝫ sacramentaliter. qꝛ potest deus totum vniuersum conuertere in corpus christi sicut panē Sed non est maior limitatio ad esse alicubi localiter q̄ȝ sacramentaliter comparando ad potentiam dei. Et cum dicitur qꝫ esse vbiqꝫ est proprium dei. dico qꝫ deus ex sua immensitate est necessario vbiqꝫ et nullum potest esse vbi in quo non sit deus ꝑ essentiam potentiam et presentiam et illo modo est impossibile aliud a deo esse vbiqꝫ. Sed non est inconueniens aliquid aliud a deo non per potentiam creatam. sed per potentiam diuinam esse vbiqꝫ nec per hoc dicitur esse proprie vbiqꝫ sicut deus quia deus est per potentiam suam vbiqꝫ. istud autem non. quia non est immensum.

Ad aliud autem negetur minor. Probationes soluuntur per tres propositiones superius positas. Isto enim quod huic corpori existenti in vno loco approximetur ignis et eidem ligno in alio loco aqua. dico quod ignis et aqua aut sunt equalis virtutis in agendo aut vnum vincit alterum. Si autem sunt equalis virtutis et essent approximata isti corpori habenti vnum vbi vel vtrumque impediret alterum ita quod neutrum ageret vel agerent ad quendam effectum medium in quo passum nec perfecte assimilaretur vni nec alteri. Eodem modo dico si ista agentia approximentur eidem corpori existenti in diuersis locis. Si autem virtus alterius vincat. dico vel quod simpliciter assimilat sibi passum vel magis quam alterum. De fame autem et saturitate dico quod fames est appetitus calidi vel sicci. Ille autem appetitus est naturalis vel voluntarius et vtroque modo dicit quid absolutum ergo non variatur propter variationem vbi ex prima propositione et per consequens si hic comederet alibi non esuriret. Eodem modo de sanitate et infirmitate et morte et vita. quia si ducunt aliquid absolutum non variantur ad variationem posterioris et si hic infirmatur alibi infirmatur et si hic moritur alibi moritur. Ad aliud dico quod non oportet locatum commensurari dimensionibus loci secundum vnum et multa. sicut nec ad multiplicationem posterioris sequitur multiplicatio prioris maxime de respectu extrinsecus aduenientE. Ad aliud dico quod termini vnius possunt intelligi simul esse cum terminis alterius vel simultate precisa et adequata vel non precisa nec adequata. Si primo modo intelligatur de simultate adequata dico quod maior est vera et etiam minor. Si autem intelligatur de simultate non adequata minor est falsa. quia non oportet illud quod est extra terminos vnius esse extra terminos alterius.

Ad aliud dico quod illud simile non tenet. quia natura vna est vera et formalis ratio essendi in vna specie sed dimensio non est formalis ratio essendi in loco sed tantum ratio fundamentalis. Illa autem potest esse vna licet similitudines sint diuerse. Ad aliud dico quod si manet in eodem vbi in quo prius erat potest acquirere nouum vbi vnica mutatione vel duabus mutationibus. Cum dicis aut ille mutationes sunt eiusdem speciei aut non. dico quod potest concedi vtrumque. Et cum arguis due mutationes non sunt simul in eodem. dico quod non est impossibilitas mutationum nisi ex impossibilitate terminorum. igitur prius oporteret probare impossibilitatem duorum vbi (quod nego) quam habeatur impossibilitas duarum mutationum ad illos terminos. Et quando dicitur quod termini mutationum sunt impossibiles Dico quod verum est de terminis primis non autem de terminis concomitantibus. Intelligo autem quod primi termini cuiuslibet mutationis priuatio sunt et forma. concomitantes autem sunt que coniunguntur predictis. Ad aliud dico quod si ponitur idem esse in duobus locis non sequitur quod eadem materia informetur duabus formis simul nec eiusdem speciei vel alterius.

Ad exemplum de alimento dico quod idem fieret de alimēto sumpto a diuersis locis sicut fieret si duo stomachi fierent in eodem loco et cibus ille esset in vtroque stomacho. Tunc enim vel virtus vna totalis vinceret aliam et tunc totum alimentum conuerteret in substantiam suam.

Uel esset equalis virtus et tunc equaliter conuerteret de alimēto isto in suum corpus et illa in suum. Uel esset inequalis non tñ vna omnino vinceret aliam et tunc fortior plus conuerteret in suum corpus et alia debilior minus conuerteret. Eodē modo de animalibus in diuersis locis recipientibus illud alimentum. Eodem etiam modo de diuersis ignibus approximatis vni ligno in diuersis locis. Ad argumentum in contrarium multi cōcedunt relationes oppositas simul esse in eodem dicentes idem esse et secundum idem principiū agendi vel patiendi scz quando intellectus intelligit et volūtas vult. Potest etiam dici quod non est inconueniens idem corpus esse superius et inferius si habet vbi inferius et supius vt pz ex iam dictis.

Ad secundam questionem sic pceditur. Uidetur quod corpus christi simul non possit esse in celo et in eucharistia. quia formalis ratō essendi in loco est quātitas scdm philosophū. quarto phisicorum. capitulo de vacuo. Sed non potest aliquid plurificari nisi plurificata eius ratione formali. ergo cum quantitas corporis christi sit vna non potest ipsum esse nisi in vno loco. Contra. Corpus christi vere est in celo secundū illud Aug. Donec firmatur seculum sursum est dñs. Est etiā vere in eucharistia vt pbatum est supius. In ista questione cclusio certa est ex fide quod corpus christi est in celo et in altari. Sed diuersitas est in modo ponendi. Unus dicit quod p conuersionem alterius in ipm potest idem corpus esse alibi quam in loco suo naturali. quia vbi primo conuersum ibi est illud in quod conuersum est non localiter sed sacramentaliter et hoc modo scz sacramētaliter pt esse in diuersis locis nō autem localiter. Sed improbatio huius opinionis patet ex dictis supius. Ideo dico aliter sic. Non est impossibile idem corpus esse in vno loco quantitatiue et in alio non. sed xpi corpus est in celo quantitatiue in altari autem non quantitatiue quia non est ibi scdm ordinē partium in loco licet ibi sit scdm ordinem partium in toto vt dictum fuerat in secunda questione none distinctionis ergo idem corpus potest esse in celo et in eucharistia. Si autē teneatur quod in precedēti questione cclusum est quod scz idem corpus posset esse localiter in pluribus locis questio est soluta. Ad argumentum in contrarium dico quod ratio formalis potest intelligi dupliciter scz pratione formali proxima vel remota sicut color dicitur formalis ratō agēdi. dicitur etiam formalis ratio essendi. Similiter loquēdo de prima ratione potest concedi quod sine plurificatione huius nō plurificatur idē cuius est ratio formalis. sed de ratione formali secūdo modo falsum est quantitas autē non est formalis rō

essendi in loco primo modo sed secū
do modo igitur ⁊c̄.

Ad huc circa distinctõz
decimā quero tres que
stiones. Prima Vtrū
Christus existens in
eucharistia posset per
aliquam virtutez naturalem aliud
transmutare in se. Scđo si intelle/
ctus creatus posset naturaliter vi/
dere existentiā corpis christi. Ter/
cio Vtrū aliquis sensus posset sen/
tire corpus christi in eucharistia.

Ad primam questionē sic
ꝓceditur. Videtur ꝙ cri
stus in eucharistia existēs
ꝑ virtutem naturalē pos/
set trāsmutare aliud in se. Quia ha
bens principiū transmutādi p̄t per
illud aliud transmutare. Sed chri/
stus in eucharistia existēs habz prin
cipium transmutandi aliud. qꝛ om/
nem formā absolutam quā habet in
existentia naturali habet in existen
tia sacramentali. Contra. Omne
agens phisicū in agendo repatitur.
primo de generatõe. sed corpus cri
sti in eucharistia existens nõ p̄t pa/
ti. ergo nec agere. In ista questi
one primo ponūtur due distinctões
Scđo due ꝯclusiones. Tercio ꝯclu/
sionum declaratões. Quantū ad
primum dico ꝙ sicut homo ꝯposit⁹
est ex aīa et corpore ita habet quas/
dam potentias mere spirituales q̄
ꝯueniunt primo anime et toti cor/
pori ꝑ animā sicut intellectus ⁊ vo
luntas. Etiam habet quasdaz potē/
tias scz corporeas que scilicz omnio
sunt anime ꝑ se sed totius ꝯiūcti
ex corpe et anima. sicut patet in li/
bro de sensu et sensato. Scđa di/
stinctio est ꝙ istarum potentiarum
que sunt totius ꝯiuncti quedā sunt
magis corporee. quia sequuntur na/
turam corpis mixti. quedam autem
sunt magis approximate ad materi
am anime. sicut sunt ille que sequun
tur corpus animatū inquantū ani/
matum. De secundo articulo po
no duas ꝯclusiones. Prima ꝙ chri/
stus in eucharistia nõ potest vti ali/
qua potentia actiua corporea siue
illa sit mere corporea ꝯsequens na/
turam mixti. siue sit corporea conse
quens totū animatum. Probatur.
quia omnis potentia actiua corpo/
rea requirit passuz in quod agat ap
proximatum sibi localiter. sed illa
potentia vt est hic non approxima/
tur alicui localiter. ergo vt hic est
non potest habere passum sibi appro
ximatum in quod agat. Maior pa/
tet. vij. phisicoꝝ. et. j. de generatõe.
Oportet enī agens corporeum esse
approximatū passo mediate vel im/
mediate Scđa ꝯclusio est ꝙ chri/
stus in eucharistia p̄t vti quacunqꝫ
potentia actiua spūali. hoc ꝓbatur
ꝑ mediū tale. Illa potentia p̄t chri
stus vti in eucharistia que nõ requi
rit ad suam actionem ꝙ habeat esse
localiter. sed potentie actiue mere
spirituales sunt hmõi scz intellect⁹
et voluntas. quia abstrahunt a loco
De tercio articulo ꝯclusiones p̄
dictas in speciali declarando dico
ꝙ christus in eucharistia p̄t habere
aliquā actionē mere spūalez tam ex
parte principij q̄ꝫ ex parte termini
et p̄t habere aliquā spiritualē ex p/
te principij agendi. corpalem tū ex

parte termini. Probatur primum istorum. quia si esset aliquis angelus presens christo in eucharistia possz anima christi illum angelum illuminare et illi loqui locutione intellectuali eo modo quo angelus existẽs vbi christus est potest alium angelũ illuminare vel alteri loqui. Nã ista illuminatio et locutio non requirit nisi principium actiuũ sufficiens illuminare et loqui et subiectũ capax ex parte recipientis et approximationem sufficientẽ illuminantis ad illuminatũ scdm vbi diffinitiuuz. hec aũt omnia in proposito sunt. ergo rc. Scdm scz q christus existens in eucharistia pt habere actionem spiritualem ex parte principij et tñ corporalem ex parte termini. Declaratur sic. Quia angelus habet potentiam motiuam scdm locum nõ tñ organicam. Ista autẽ potest esse principium mouendi scdm totuz non tñ scdm partes quomodo corpus nostrum mouetur organice. Sed quecunqz anima intellectiua habet potentiam motiuam igitur pt esse principium motus et p consequens est mere spũalis ex pte principij que nullo modo est organica et tñ corporalis ex parte termini. qz eius terminus est motus localis corporis. Si tunc arguitur ptra istud. quia tunc anima hominis habet duplicẽ potentiam motiuam scdm locum videlicet organicã et nõ organicã. B aũt ponere videtur superfluũ. tum quia videntur esse eiusdem rationis. tum quia alia potentia non pt exire in actum suum p statu isto. Dico q nulli nature debz negari qd est in ea pfectionis nisi appareat in ea manifesta necessitas. quia sem per facit natura quod melius est. ex. ij. de generatõe non ergo ista potentia est superflua Et cum arguitur q esset eiusdez rationis nego. Tu dicis. frustra ponitur. qz nullus eius actus potest haberi. Contra. Nunc habemus gustum et sensus necessarios ad perfectionem nature humane et tamen isti sensus erunt sine actu suo in beatitudine tamen non sunt frustra. ergo rc. Ad argumentũ in cõtrarium dico q habens principiũ trãsmutandi potest transmutare quantum est ex parte sui. sed multa impedimenta possunt peruenire vel ex pte agentis vel ex parte subiecti vel medij. propter quod habens illud principium non potest exire in actum. et sic in proposito.

Ad secundam questionem sic proceditur. Videtur q nullus intellectus creatus posset naturaliter videre existentiam corporis christi in eucharistia. quia existentia supernaturalis naturaliter non est visibilis sed illa existentia est supernaturalis. ergo rc. Contra. Anima christi naturaliter nouit se esse vbicunqz est. sed est in eucharistia. ergo In ista questione dicitur a quodam absolute q non potest cognosci naturaliter illa existentia ab intellectu hominis viatoris. quia est obiectũ fidei. potest tñ cognosci ab intellectu beato. et hoc beatifico actu eoruz que enigmatice cognoscũtur in via succedit clara visio in beatitudine.

Iterum primuz dictum patet secundum eos et probatur. quia lumē naturale nō attingit cognitionē existentie supnaturalis. Sed aliter dico et primo expono terminos in questione positos. Secundo respondebo ad questionem. Proponūtur autem in questione ista tres termini scilicz intellectus. naturaliter. et videre. Expono autem illos terminos. Intellectus enim creatus vel est omnino separatus a natura sicut angelus. vel est similis in opatione vtpote intellectus anime separate et intellectus anime coniuncte corpori corruptibili qui non intelligit nisi cum fantasmate. ex tercio de anima. Secundo expono hoc verbum naturaliter. Non enim intelligitur q intellectus ex sola sua natura possit illud obiectum cognoscere. qr est sicut tabula rasa. ex tercio de anima. sed intelligitur cognoscere naturaliter. quia potest cognoscere ꝯcurrentibus causis naturalibus scz actiuo vel passiuo. Tercio expono quid intelligitur p videre. Videre enim importat intellectionem intuitiuam vt distinguitur cōtra abstractiuam intellectōem. Sicut enim dicebatur in ꝓlogo primi libri. Intellectio intuitiua est intellectio rei vt in se est presens. Abstractiua autem cognitio rei scdm q relucet in aliqua similitudine que potest esse siue alicuius existentis siue non existētis siue presentis siue nō presentis. Non ergo queritur de intelligere naturaliter sed de videre hoc est de intellectione intuitiua huius existentie. His autem omnibus premissis terminoꝝ expositiōe declarata. Dico ad questionez tres ꝯclusiones. Prima q intellectus p statu vie non potest naturaliter videre corpus christi vt in eucharistia existens. Probatio huius ꝯclusionis. Quia intellectus qui nō intelligit nisi ex sensibilibus si sunt sensibilia presentia eodem modo intelligit. Sed intellectus noster p statu vie non intelligit nisi ex sensibilibus ergo si sensibilia eodem modo se habent intellectus eodem modo intelligit. Sed sensibilia eodem modo se habent ante ꝯsecrationē sicut post ꝯsecrationem sed ante ꝯsecrationē intellectus noster ex sensibilibus illis non videbat existentiam corpis christi. ergo nec post. Secunda ꝯclusio est de intellectu non alligato sensibus in intelligēdo. et sit ista conclusio. Omnis intellectus talis potest naturaliter videre existentiā corpis christi in eucharistia. Probatio huius. Quia intellectus se habēs ad intelligibilia sicut ipsa in se sūt itelligibilia pus itelligit qđ pus est intelligibile in se. et p ꝯsequēs qđ prius est in se ens quia vnūquodqz sicut se habet ad esse sic se habet ad intelligibilitatem. ex. ij. methaphisice. Sed intellectus modo exposito acceptus respicit totū ens et qđlibet ens secundū ordinem sue intelligentie. Substantia aūt est prior in entitate. igitur talis intellectus prius illam substantiā intelligit q̄ quēcunqz modum eius. et p consequens nullus modus impedit intellectōez substantie. Secundo hoc idem breuiter ostenditur. Modus accidētalis p se in obiecto nō impedit cognitionē illius obiecti. Sed ista pūria

in illa eucharistia est modus accidētalis substantie corporis christi. igitur non impedit substantiā cognosci ab intellectu cuius ipsa est per se obiectum. Sed est per se obiectuꝫ illius intellectus absoluti qui non dependet in intelligendo a sensibilibus ergo. Tercia conclusio est ꝙ intellectus beatus nullo modo pactum beatificū videt corpus christi in eucharistia. Quia beatus nō distinguitur a nō beato nisi videndo obiectuꝫ beatificū. Sed corpus cristi in eucharistia nō est obiectū beatificum. vt patet de se. nec est inclusum in obiecto beatifico. qđ patet. quia eque essentialiter ptinet ad obiectum beatificuꝫ includere in rōne obiecti visionem vnius sacramenti sicut alterius. sed nullo modo pertinet ad obiectū beatificum includere illud in rōne ostēsi puta cōferre grām paruulo in baptisimo penitenti ɔferre grām in penitentia seu cōfessione. Et ista eque veraciter includuntur in sacramētis istis sicut corpus christi in eucharistia. ergo nullo modo obiectū beatificū vt est tale obiectum includit corpus christi vt visuꝫ est ī eucharistia. Ad argumentum in ɔtrarium dico si arguis vniformiter est ens supnaturale. ergo ē cognoscibile supnaturale ita ꝙ supnaturale in antecedente et cōsequente referatur ad idem. cōcedo ɔsequentiam. qꝛ in ɔsequentia refertur supnaturalitas ad entitatem sicut in antecedente. Sed tūc non sequitur. ergo tm̄ supnaturaliter potest cognosci. Si aūt intelligitur in antecedente cū dicitur cognoscibile supnaturale referri ad cognoscibilitatem idem nō potest esse ɔgnitum nisi supnaturaliter. nego consequentiam. Multa enī sunt entia supernaturalia que non pn̄t cognosci a causa naturali vt si deus crearet aliquā nouam speciem non videtur ratio quare nō posset ab intellectu naturali cognosci.

Ad terciam questionē sic pceditur. Videtur ꝙ existētia corporis christi in eucharistia possit videri oculo corpali. Quia beatus videndo istas species non deciperetur. qꝛ deceptio repugnat beatitudini sed si videret ibi species et non videret corpus christi posset decipi et credere ibi esse substantiam panis. ergo. Contra. Nihil videtur oculo corporali nisi habens ordinem naturalem ad oculum. sed corpus christi in eucharistia existens nō habet ordinem naturalem ad oculum. ergo. In ista questione pmo dicta aliorum ponā. Scđo quid videtur esse dicendum exponam. Quantuꝫ ad primum distinguendo de videre naturaliter et miraculose et de oculo glorioso et non glorioso. Dicitur ergo ꝙ neuter visus pt naturaliter videre corpus christi in eucharistia. Ad quod assignatur multiplex ratō. Prima est ista. Actio naturalis nō est sine contactu. sꝫ oculi ad corpus christi existentis in eucharistia non pt esse contactus. igitur. Probatio minoris. qꝛ ɔtactus non est sine quantitate. sed corpus christi nō est ibi sub modo quantitatis. igitur non pt ibi esse contactus. Secunda rō est ista. In visione oportet ꝙ

fiat deriuatio speciei visibilis p̄ medium. sꝫ species non p̄t deriuari a corpore christi existenti in eucharistia p̄ mediuꝫ. ergo. Probatio minoris. Nam species deriuatur ab aliquo existenti in loco. sed corp⁹ christi nō est in eucharistia vt in loco. ergo. Quicq̄d sit de efficacia istaꝝ rōnum. Dico q̄ deus de potētia absoluta p̄t in oculo glorioso vel non glorioso visionem illius corpis causare. licet illud corpus nusq̄ꝫ esset nisi in eucharistia. Probatio hui⁹. q꞉ visio est forma absoluta sed absolutum potest fieri absq̄ꝫ respectu sine ꝯtradictione. ideo potest fieri visio sine respectu presentialitatis ad obiectum. Secundo dico q̄ nulla visio sic a deo causata posset esse corporis vt hic. Primo q꞉ hoc includeret corpus vt hic esse causam prime visionis vel esse ꝓprium et primum subiectum seu terminum visionis sꝫ corpus christi vt hic non potest causare primo nec terminare primo quia tam causatio q̄ꝫ terminatio talis requirit in obiecto causante vel terminante dispositionem debitam scd̄m locū vtpote approximationē vel distantiam determinataꝫ. sed corpus christi vt hic seu in eucharistia non potest debite approximari organo nec distare ab eo. quia non est in loco vt hic. ergo. Ad argumentum in contrarium dico q̄ sensus noster non decipitur circa eucharistiā sed tantum intellectus arguens ex his que sensus apprehendit q̄ ibi est substantia panis. Dico ergo q̄ sensus beati pciperet hoc quod sensus noster scilicꝫ accidentia sensibilia nec in isto aliquo modo deciperetur sicut nec noster imo minus q̄ꝫ noster sed nec ipse intellectus beati decipitur. quia nō sic sophistice argueret ex actu sensus sicut nr̄ arguit. Unde alia ratio est de intellectu hominis viatoris et de intellectu hoīs apprehensoris. igitur ꝛc̄.

Nunc autē queritur. Circa istam distinctionem vndecimaꝫ sic ꝓceditur. et quero tres questiones. Primo. Utrum in ista transsubstantiatione panis conuertatur in corpus christi. Secundo si panis in ista conuersione annihiletur. Tercio sine argumentis queritur que sit materia conueniens huius sacramenti.

Ad primam questioneꝫ sic ꝓceditur. Uidetur q̄ꝫ panis non cōuertatur in corpus christi. Quia in omni mutatione positiua terminus ad quem accipit esse. Sed corpus christi non accipit esse. ergo ꝛc̄. Contra. Ambrosius libro de sacramentis dicit. Ubi hoc corpus conficitur iam nō suis sermonibus sed christi sacerdos vtitur. Et quis sermo christi nisi quo facta sunt omnia. si ergo tanta vis est in sermone domini ita vt reciperet esse quod nō erat quantomagis operatiuus est vt que erant in aliud conuertantur. In ista questione sunt duo videda. Primo si panis transsubstātiatur in corpus christi. Secūdo quis est forma

lis terminus illius transsubstantiatiationis. Quantū ad primum sicut recitat Innocentius in officio misse parte tertia. capitulo decimo sexto. circa hoc sunt tres opiniones Una q panis manet et tamen cum eo est vere Christi corpus. Alia q panis non manet et nō conuertitur sed tamen desinit esse per annihilationem vel per resolutionem in materiam vel per corruptionem in aliud. Tercia opinio q panis non manet sed transsubstātiatur in corpus christi et vinū in sanguinē. Quelibꝫ autē istaꝝ opinionū voluit theologice saluare q est ibi vere corpus christi. quia hoc negare est plane cōtra fidem. vt patuit supra distinctione nona. Nam Christus ait Mathei. vicesimosexto. Hoc est enī corpus meum. Et Johānis sexto. Caro mea vere est cibus. Et Luce. vicesimoprimo. Hoc est corpus meum. et hic est sanguis meus. Pro prima opinione arguit sic. Nulla pluralitas ponenda est sine necessitate. sed veritas eucharistie saluari potest sine transsubstantiatione. ergo. Probatio minoris. quia ad veritatem eucharistie requiritur signum et signatum realiter contentum sub substantia panis. Sed sub substantia panis cū suis accidentibus eque potest esse signum sicut sola accidētia imo magis. quia substantia panis magis est sub specie nutritiua q̄ accidentia. ergo magis representat corpus christi in ratione nutritiui vel nutrimenti spiritualis res etiam contenta scilicet corpus christi eque potest saluari et cum substantia panis sicut cum accidentibus. quia non repugnat magis substantie esse cum substantia simul q̄ cum quantitate illius substantie. Secundo sic. Nihil est tenendum tanq̄ de substantia fidei nisi quod potest expresse haberi de sacra scriptura. vel expresse declaratum per ecclesiam vel euidenter sequatur ex aliquo plane contento in scriptura vel plane determinata ab ecclesia. sed non videtur haberi expresse non haberi ibi panem. Nam Johannis sexto scribitur. Ego sum panis viuus. Et apostolus dicit. Panem quem frangimus nonne communicatio corporis Christi est. Nec videtur vbi ecclesia veritatem istam solenniter determinet. Pro secunda opinione arguitur sic. Ex precedenti probatione apparet q non videtur magis probari ex scriptura transsubstātiatio q̄ panis manere imo minus. Cōtra istas opiniones arguitur sic primo contra primaꝫ. Quia ipsa est inconueniens impossibilis et heretica. Primum probatur. quia tollit reuerentiam debitam Christo vt continetur in hostia. sibi enim vt est in eucharistia debetur cultus latrie Sed si ibi maneret substantia panis non deberet talis cultus adhiberi. ꝓpter idolatriam adorando creaturam. Secundo scilicet q positio sit impossibilis probatur sic. Nihil potest incipere esse vbi prius nō fuit nisi per sui mutationem vel alterius in ipsum. sed corpus christi non mutatur per hoc q in eucharistia cōficitur. quia manet in celo sicut prius. ergo si nihil conuertatur in ipm tunc christus non magis est in altari q̄ prius quod est impossibile.

Tercium scilicet q sit heretica p batur sic q2 est ɔtra verbū christi in stituentis. Mathei. xxvj. Hoc est in quit corpus meum. non dixit hic est corpus meū. sed hoc est corpus me um. Si aūt substantia panis mane ret vel annihilaretur et non ɔuerte retur verius diceretur. hic est corp9 meum q̄ʒ hoc est corpus meū. Cō tra secundā opinionē p̄t argui p ar gumenta immediate facta et etiam p̄t argui specialiter ɔtra hoc q po nit resolutionē in materiam panis preiacentē vel in nihilo. quia vel fi eret in materiā nudam et hoc est im possibile. q2 tunc esset materia sine forma qd ipsi negant. Vel fieret in materia sub alia forma. ʒ hoc est in conueniēs. quia vel idem corpus ali ud nouum esset simul cum speciebus et corpe christi et tunc duo corpora essent simul. Vel mutaretur de lo co ad locuʒ qd est inconueniēs quia ille motus localis p̄t pcipi p exclusi onem corpis alterius circumstātis Quicquid autem sit de efficacia istarum rōnum claruʒ est q ille due opiniones sunt false. Ideo dico q nec panis manet vt dicit prima opinio. nec annihilat vt dicit scda opinio. sed ɔuertitur in corpus chri sti vt dicit tercia que est catholica. Hoc aūt pbatur autoritatibus Am brosij et alioꝝ quos adducit magi ster in litera supra distinctōe. x. Sʒ principalis rō ad hoc pbandū talis est. De sacramentis est tenenduʒ si cut tenet sacrosancta ecclesia roma na. extra de hereticis ad abolendā. ʒ sacrosancta mater ecclesia tenet panem transsubstantiari in corpus et vinum in sanguinē sicut clare ha betur extra. de summa trinit. et fide catholica. c. Firmiter credimus. vbi dicitur q Jesus christus sacerdos est et sacrificiū. cuius corpus et san guis in sacramento altaris in speci ebus panis et vini veraciter conti netur transsubstātiatis pane in cor pus et vino in sanguinem potestate diuina ꝛc. Ad argumenta autem prime opinionis ad primū nego mi norem. Et cū dicit q veritas eucha ristie p̄t saluari pane manente. Di co q deo bene fuisset possibile insti tuisse q corpus suum vere esset p̄n̄s manente substantia panis vel cū ac cidentibus pane annihilato et fuis se ibi veritas eucharistie q2 verum signū et verum signatū. sed hoc non est mō veritas tota eucharistie. Nō enim sic instituit vt dicūt autorita tes sanctoꝝ et ecclesie. Et cum dici tur q ad veritatē eucharistie nihil plus requiritur nisi verū signum et verum signatū. Dico q veruʒ est eo modo quo signum est institutū et q debet sibi correspondere signatum quod non est nisi precise q corpus sit cū aliquo scʒ cum pane vel cū ac cidentibus panis. Sed institutū est nunc q sit tm̄ signatum cū acciden tibus sub signo. Ad argumentū secundum vbi stat vis. Dicendū q ecclesia determinat istuʒ intellectū esse de veritate fidei in capitulo pre allegato. firmiter credimus. vbi di citur transsubstātiatis pane in cor pus et vino in sanguinem potestate diuina et p hoc patet ad argumen tum alterius opinionis De secun do articulo scʒ quis sit formalis ter minus illius transsubstantiationis. Dicitur q in humana natura xpi

nihil est nisi materia prima et anima intellectiua tanquam forma et terminus primus conuersionis est compositum ex materia et forma. anima intellectiua inquantum intellectiua dat esse corporeum et constituit compositum quod est corpus. Quod autem in natura humana non sit alia forma preter animam intellectiuam. probatur ab eis multipliciter. Primo sic. Unius rei vnicum est esse. sed vnicum esse est ab vna forma. ergo vnius entis puta hominis est tantum vna forma. Secundo sic. Forma substantialis distinguitur a forma accidentali. quia forma substantialis aduenit enti in potentia. accidentalis autem aduenit enti in actu. sed si in homine esset alia forma substantialis preter animam intellectiuam tunc anima intellectiua adueniret enti in actu existenti et sic esset forma accidentalis. Tercio sic. Si in homine essent plures forme substantiales dicendo. homo est animal non esset predicatio per se primo modo. consequens est falsum ergo et antecedens. probatio consequentis quia predicatio sumpta a diuersis formis est per accidens. sicut cum dicitur homo est albus. sed si in homine essent plures forme cum diceret homo est animal. tunc ista predicatio sumeretur a diuersis formis.

Contra illam opinionem quantum ad illud quod dicit de pluralitate formarum nolo ad presens disputare. quia illud spectat ad materiam secundi libri directe et vt nunc breuiter indirecte tangatur. Arguo contra illud quod dicit quod formalis terminus illius conuersionis est materia et anima intellectiua. Quia si hostia consecrata in cena fuisset reseruata in triduo in pixide permansisset ibi eadem res contenta. Illud autem in quod primo fiebat conuersio non fuit materia prima nec accidentia nec compositum ex materia et accidente. igitur erat compositum ex materia et forma substantiali. sed tunc non erat compositum ex materia et anima intellectiua. quia christus fuit vere mortuus et anima intellectiua vere fuit separata a corpore. Preterea. terminus illius conuersionis oportet quod sit aliquid reale. quia conuersio est realis. Sed anima intellectiua vt dat esse corporeum distinguendo contra esse intellectiuum secundum aliquos non est aliquid reale sed quid abstractum per actum intellectus. ergo ista conuersio non potest esse in anima sub tali ratione. Preterea. Quod non est corporeum formaliter non dat alteri esse corporeum formaliter. quia causalitas cause formalis est dare tale esse alteri quale sibi competit. sed anima intellectiua non est corporea formaliter. ergo non potest dare esse alteri corporeum. Ad argumenta autem quibus probatur vnitas forme dicebatur in scripto. Quantum igitur ad illum articulum dicendo quod corpus christi includit per se materiam et ad minus vnam formam mixti priorem anima intellectiua que constituit corpus de genere substantie et idem corpus est formalis terminus conuersionis predicte. Ad argumenta autem quibus probatur quod in homine non sit alia forma preter animam intellectiuam. visum est in secundo li. dist. xvij. q. iiij. Ad argumentum in contrarium patet ex dictis. quia hec mutatio non est qua terminus accipit esse simpliciter sed qua accipit esse vt hic.

AD scd̄am questionez sic ꝓceditur. Uidēr ꝙ panis in illa ꝯuersione annihilet̄. qꝛ qd̄ ꝓcessit et nihil eius manet annihilatur. ſ3 panis ꝓfuit ⁊ nihil eius manet. ergo. Contra. Cōuersio nō est ānihilatio. ergo qd̄ ꝯuertitur nō annihilatur. Ad illā questionē breuiter dico ꝙ panis nō annihilatur. qꝛ terminus ad quē est transitus ipsius panis non est pure nihil. igitur panis nō est annihilat⁹. Consequētia ꝓbatur. qꝛ terminus annihilatōis debet esse purū nihil. probatur ꝑ simile. qꝛ terminus creationis a quo est purū nihil. antecedens ꝓbatur. qꝛ terminus illius transitus est corpus xp̄i. Nam si negatio panis ꝯcomitetur terminū ad quē non tn̄ terminus ille est omnino nihil sed in aliquo positiuo. Et ideo est notādum ꝙ terminus annihilatōnis est purū nihil ita ꝙ nihil termini a quo manet in termino ad quē. Item secundo negatio eius nō manet in aliquo apto nato que dicitur priuatio terminās eam. Itez tercio negatio nō est in aliquo positiuo disparato terminās eā. ſ3 est simpliciter negatio extra genus ſc3 extra omne positiuū siue illud sit subiectū qd̄ dicit̄ priuatiuū ſm illā negationē siue sit disparatū qd̄ includat illā negationem. Ad ꝓpositū lic3 hic nō sint ille due prime rōnes de quibus pat3 ꝙ ꝓpter eas corruptio nō est annihilatio. qꝛ aliq̄d rei corrupte manet in esse. qꝛ negatio terminās eā manet in subiecto apto nato. est tn̄ ibi tercia rō ſc3 ꝙ negatio terminās est in aliquo positiuo nō subiecto ſ3 disparato. Per hoc igitur pt3 ꝙ illa depositio panis secundum se etiam vt est ad non esse panis nō est negatio extra genus sed vt in corpe. et ideo nō est annihilatio. Ad argumentum principale neganda est illa maior. qꝛ oportet ibi addere nihil eius manet et simpliciter nihil succedit vt ꝑ se terminus. ergo.

AD terciam questionez sic ꝓceditur sine argumētis et dico duas ꝯclusiones. Prima ꝙ solus panis triticeus cum aqua elementari coagulatus est materia ꝯueniēs ꝯuersionis in christi corpus. Tum qꝛ christus sic ordinauit. Tum qꝛ christus sic grano frumenti se ꝯparauit. Tū quia Melchisedech hoc ꝓfigurauit vt pt3 Geñ. xiiij. qn̄ obtulit panē et vinū erat enī sacerdos dei altissimi. Scd̄a ꝯclusio ꝙ solū vinū expressum de vite vel vinum vitis est conueniens materia ꝯuersionis in sanguinem christi. vt pt3 de ꝯsec̄. dist. ij c. vinū. Cuius rō est. qꝛ christus sic instituit et ꝯgruētia ꝑt assignari. qꝛ scd̄a ps ꝓncipalis nutritōis ſc3 potus principaliter cōsistit in vino vt in potu principali. Ceruisia tn̄ plus nutrit de qua nō fit mētio. qꝛ nō est in ꝯmuni vsu. Sz ꝯtra ista occurrunt quatuor dubia et tria sunt contra primā ꝯclusionē. quartū aūt cōtra scd̄az. Primū an de amido posset formari panis ꝯsecrabilis. Secūdum an de farina triticea pasta ꝯfecta nō tn̄ cocta possit ꝯfici. Tercium

an panis azimus aut fermētatus sit materia conueniēs huic sacramēto. Quartū dubiū est quare vino appo nitur aqua. Ad primū dico q̄ nō q̄z accidentia differentia specie ar guunt subiecta differētia specie. sed amidū et panis triceus ſm medicos hn̄t accidentia differētia spē. ergo differūt specie. Sz panis triticeus ē materia ꝓpria ꝯuersionis in corpus christi. ergo nō amiduz. Ad scōm dico q̄ de pasta nō pt̄ ꝯfici. q̄z nolu it christus in sacramētis suis subti lem disputatōem de differētia speci fica nobis imponere. sz q̄ habeamus panē triticeū vsualem ꝓ materia cō secratōis. panis aūt vsualis est co ctus et nō pasta cruda. Ad terciū dicūt greci q̄ necesse est ꝯficere in fermētato. dicūt enī q̄ christus pas sus est luna. xiiij. vt impleretur figu ra legis de agno pascali. Sz inter iu deos licuit tū c hr̄e panem fermenta tum in vsu et ꝯmuniter habebatur. non enim fuit eis interdictus panis fermentatus. ergo christus confecit in fermentato. sed illud est falsum. Q2 enī christus sit passus luna. xvij ꝓbatur expresse ꝑ illud Math. xxvj prima die azimoꝝ scz luna. xiiij. co medit agnum pascalem. et. xvij. erat solennitas. et illa die passus est chri stus. et sic illa hora qua comedi de buit agnus pascalis scōm legem co mederūt discipuli agnū. hoc igitur est tenenduz q̄ de necessitate panis ꝯsecrabilis non est nec q̄ sit azimus nec q̄ sit fermentatus. quia secundū Anselmum. in libro suo de azimo et fermentato. non differunt substanti aliter fermentatus et azimus. ergo nō nego grecos vere conficere. quia tempore Leonis pape fuit constitu tum q̄ conficeretur de fermentato. tamen de necessitate ministri in ec clesia latina est ꝯficere in azimo. Ad quartum autem dubium qua re scilicet aqua vino apponatur di cit magister in ista distinctione hoc esse quia aqua significat populum christi passione redemptum. secun dum illud capitulum distinctione se cunda de consecratione. Non opor tet. et extra de celebratione missaꝝ. in'qua distinctione dicit hoc esse. q̄z dum christus in cruce pependit de corpore eius fluxit sanguis et aqua. ergo ꝛc.

Sed autē queri tur. In ista distinctio ne duodecima quero du as questiones. Primo Utrum in eucharistia sit aliquod accidens sine subiecto. Secundo. Utrum quodcunq̄ accidens mane at sine subiecto.

Ad primam questionez sic proceditur Uidetur q̄ in eucharistia non sit aliq̄d accidēs sine subiecto. quia sicut substantie conuenit esse per se sic accidenti conuenit esse in alio. sed impossibile est esse substantiam et esse in alio. quia quod vere est nul li accidit. primo phisicoꝝ. ergo im possibile ē accidēs eē ꝛ nō eē in alio.

Cōtra. Magister in litera addu
cit multas autoritates sanctoꝝ do
ctorum ꝙ accidentia in eucharistia
sunt sine subiecto. In ista questi
one pono primo aliquas opiniones
Scđo pono aliquas ꝯclusiones. ter
cio remouebo dubitatōes. Quā/
tum ad primū dicit vna opinio ꝙ ac
cidens p̄t esse sine subiecto nō tñ na
turaliter sed supnaturaliter. q2 de/
us accidenti dat nouum esse. Cō/
tra istam opinionē arguitur sic. Si
accidens qñ sepatur habet nouū es/
se oportet ibi ponere aliquā trans/
mutationē a carentia p̄cedentis es/
se ad illud nouū esse. sed hoc est im/
possibile. primo. quia non potest po
ni que sit illa mutatio. non enim est
generatio. quia accidens nō est sub/
iectum generationis. nec augmen/
tatio. quia nō acquiritur quantitas
per istam mutationem. eodem mo/
do nec est alteratio. quia non acqui
ritur qualitas. Item illud esse
nouū aut est substantia vel accidēs
vel neutrum. Si autē est substantia
tunc erit independens et ꝑ ꝯsequēs
nō erit formaliter esse alicuius acci
dentis. quia nullū accidēs p̄t forma
liter esse independens. Si aūt sit ac
cidens quomodocūq ꝑ reductōem
erit eque dependens cum forma cu/
ius est. et ꝑ ꝯsequens ꝑ illud non po
terit esse independēs. neutrum autē
non potest dari. q2 omne ens crea/
tum vel est substantia vel accidens.
Alia opinio dicit ꝙ accidens se/
paratur a subiecto. quia deus dat si
bi quandam virtutē supnaturalem
per quā virtutem p̄t per se esse. Sed
ista opinio dicit idem quod prece/
dens licet sub alio vocabulo. Ideo

arguitur contra eam sicut ꝯtra pre/
cedentem. quia illa virtus adueniēs
est terminus alicuius mutationis.
Tunc quero. cuius mutatōis est ter
minus et ad quam speciem mutatio
nis reducitur. Quia vel est genera/
tio vel augmentatio et arguitur si/
cut prius. Preterea. Licet ali
qua virtus detur alicui supnatura/
liter tamen postq̄ inest naturaliter
inest sibi sicut si cecus supnaturali/
ter illuminaretur non ꝓpter hoc po
tentia visiua erit supnaturalis. er/
go licet esset miraculum in primo in
stanti conseruationis istorum acci/
dentium sine subiecto quando con/
fertur accidenti ista virtus. post ta
men istam virtutem erit accidēs na
raliter sine subiecto. Preterea.
Impossibile est substantiam acci/
pere aliquam virtutem ꝑ quam de/
pendeat ad aliud non sibi inherens
ergo impossibile est accidens reci/
pere virtutem per quam posset esse
sine inherentia. consequentia pro/
batur. quia illa duo esse scilicet ꝑ se
esse et inherere eque appropriantur
istis scilicet substantie et accidenti
Quantum ad secundum articulū
premitto primo distinctiones. secū
do formabo tres conclusiones. Pri
ma distinctio est ista. ꝙ accidēs po
test accipi pro per se significato vel
pro eo quod denominatur ab isto ꝑ
se significato. Vlterius accipiendo
pro illo quod denominatur a signi/
ficato istius nominis quod est acci/
dens potest accipi vel pro absoluto
vel pro respectiuo. Secunda distin/
ctio est ista ꝙ aliqđ inesse subiecto
p̄t dupliciter accipi. vel secundum
actum vel secundum aptitudinem.

Tunc pono tres pclusiones. Pri-
ma est φ loquendo de per se signifi-
cato accidentis ptradictio est ipsuz
non esse in subiecto intelligo vnifor
miter in subiecto et predicato scili-
cet si actu actu si aptitudine aptitu
dine. Ista cōclusio probatur· quia
per se significatum huius nominis
accidens est quidaz respectus ad il-
lud cui accidit quē importat hec di-
ctio inherens ad illud cui inhereret
Nunc autem idem significatum est
accidentis et accidentie vt ita loqr
et inherentis et inherentie. sicut er-
go impossibile est accidentiam esse
et non sit inherentia si actu actu. si
aptitudine aptitudīe. Ita impos-
sibile est aliquid esse accidēs loquē-
do de per se significato et primo hu
ius nominis quin sit inherens ꝓpor-
tionabiliter. hoc est si actu actu. si
aptitudine aptitudine. Scda pclu-
sio φ loquendo de eo quod denomi-
natur a per se significato accidētis
et est ꝑ se respectus. cōtradictio est
φ sit sine subiecto. et hoc actu. ita sci-
licet φ nō actu inhereat subiecto. ꝓ
batur. quia respectus est essentiali-
ter habitudo inter duo extrema. et
ideo sicut tollere terminuz ad quem
est respectus est destruere respectū.
ita tollere illud cuius est respectus
est destruere rationez respectus. nō
igitur quia respectus est accidens.
ideo requirit subiectū vel fundamē
tum; sed quia est respectus. Ter-
cia pclusio est ista. φ illud quod de-
nominatur a per se significato accu-
dentis et est quid absolutū pt inesse
et non inesse subiecto actualiter licz
necessario insit aptitudinalr. Ista
pclusio ꝓbatr. qz absolutū vt abso-
lutum non requirit terminuz vel ter
minos. qz tunc nō esset absolutū. igi
tur si accidens requirit subiectum
oportet φ hoc sit ꝓpter aliquam ali
am dependentiam essentialē ad ipm
sed nulla est dependētia simpliciter
necessaria alicuius absoluti ad ali-
quid quod non est de essentia eius sz
tm causa extrinseca vt ad causaz ex
trinsecam simpliciter primaz scz ad
deum. sed subiectum nō est de essen-
tia accidentis. quia tunc homo albus
non esset ens ꝑ accidens. igitur de-
pendētia accidētis absoluti ad sub
iectum omnino est simpliciter neces
saria. voco autem simpliciter neces-
sarium cuius oppositum includit cō
tradictionē. Quantum ad terciū
articulum sunt alique dubitatōnes
maxime ptra istam pclusionez. et ar
guitur primo sic. Nihil potest fieri
sine eo quod est de essentia eius. sed
inherentia ad subiectum est de esse
accidentis. ergo non potest esse ac-
cidens sine subiecto. Probatio mi-
noris. quia dicit Aristotiles. vij. me
thaphisice. φ accidentia nō sunt en
tia nisi in eo φ taliter entis. Proba
tur etiam ratione sic. quia si inherē
tia non est de essentia albedinis. er-
go illa est aliud ab albedine et inhe
ret albedini. Tunc quero de illa in-
herentia qua inherentia inheret al-
bedini. quia aut ipsa est eadem albe
dini seu ipsi inherentie et sic pari ra
tione fuit standum in primo. aut nō
est eadem et queram de illa sicut de
priori in infinitum. Secundo sic.
non minus dependet accidēs a sub-
iecto φ̄ quātitas a figura. vel linea
a puncto; sed quantitas non potest
separari a figura nec linea a pūctꝫ.

quia tunc esset infinita. Tercio sic non minus dependet accidens a subiecto suo quam subiectum a sua propria passione, imo magis. sed subiectum non potest separari a sua propria passione ergo nec accidens a subiecto. Quarto sic. posterius non potest esse sine priori vt dicitur. v. methaphisice. capitulo. de priori. sed accidens est essentialiter posterius substantia. ergo. probatio minoris. septimo methaphisice. Est enim substantia prior quocunque accidente notitia tempore et diffinitione. Ad ista respondeo. Ad primum dico negando minorem. et ad probationem cum dicitur quod accidentia non sunt entia nisi in eo quod taliter entis. dico quod hoc eo potest referri ad causam efficientem siue effectiuam vel ad causam formalem. Si ad causam effectiuam tunc concedo quod accidentia non sunt entia nisi effectiue eo quod taliter entis quia oriuntur ex principiis subiecti Sed formaliter hoc eo referendo ad causam formalem dico quod illud non est verum. Ad probationem aliam dico quod inherentia inheret albedini et tunc queris de illa inherentia qua inherentia inheret albedini, dico quod illa est eadem inherentie albedinis et ibi est status. quia illa relatio est eadem fundamento sine qua fundamentum si ue subiectum esse includit contradictionem. sed talis est inherentia inherentie. Ad secundum dicunt aliqui quod nullum inconueniens est quantitatem esse infinitam vel lineam infinitam. sed hoc improbatum fuit libro primo. distinctione. quadragesimasecunda. ideo dico quod aliquid finiri potest a termino intrinseco vel extrinseco. ergo quantitas illa siue figura vel linea siue punctus licet non finiretur termino extrinseco finiretur tamen termino intrinseco.

Ad tercium dico quod inherentia non est per se passio albedinis. Sed est accidens per accidens. est enim inherentia quidam respectus extrinsecus adueniens et adhuc minus accidenti absoluto. quia dicit actualem vnionem illius absoluti cum illo absoluto. omnis enim vnio absoluti ad aliud absolutum est respectus extrinsecus adueniens et omnis talis respectus est illi cui accidit accidens per accidens. Ad quartum dico quod prius et posterius possunt intelligi vel secundum actum vel secundum aptitudinem. Si autem accipias vniformiter concedo quod posterius naturaliter non potest esse sine priori sed hoc non est verum si accipias posterius naturaliter secundum aptitudinem. non enim potest esse sine priori secundum actum sicut est in proposito. Ad principale argumentuum dico eodem modo quod accipiendo per se esse et esse in alio vniformiter prout per se negat aptitudinem ad inherendum et esse in alio affirmat istam aptitudinem sic ista duo proportionabiliter conueniunt subiecto et accidenti et tunc non plus sequitur nisi quod accidens non potest esse per se ens cui repugnat inherere sicut nec substantia potest esse cui conueniat hec aptitudo inherendi. igitur

Ad secundam questionem sic proceditur. Videtur quod in eucharistia quodcunque accidens sit sine subiecto. quia quodcunque accidens est ibi sine substantia. igitur quodcunque accidens est ibi sine subiecto. antecedens patet. probatio consequentie. quod ponitur in diffinitione alicuius vt additum est subiectum eius. septimo methaphisice. sed substantia ponitur in diffinitione accidentis. ex eodem septimo. Contra. Motus non est sine mobili. in eucharistia autem est motus. ergo est ibi aliquod subiectum motus. In ista questione sunt tres articuli secundum quod de ea sunt tres opiniones due extreme et alia est media. Prima opinio dicit quod sola quantitas est ibi sine subiecto. alia autem accidentia habent subiectum. quod autem sola quantitas sit ibi sine subiecto probatur primo sic. impossibile est aliquid esse sine eo quod est formaliter tale. sed omnia accidentia indiuiduantur formaliter per quantitatem. ergo cum accidentia habeant hic esse per quantitatem sequitur quod sunt in quantitate vt in subiecto. alias idem esset hic et non esset hic. Secundo sic. Si esset albedo separata a quantitate esset sensibilis et non sensibilis. Maior. esset sensibilis probo. quia esset de tercia specie qualitatis. Probatur quod non esset sensibilis. quia quod non est quantum non potest sentiri sed albedo separata a quantitate est huiusmodi. ergo. Tercio sic. Si albedo esset sine quantitate esset quedam qualitas spiritualis et corporalis. quod esset spiritualis probatur. quia esset indiuisibilis. probo etiam quod esset corporalis. quia esset in tercia specie qualitatis. et tunc esset corporalis et spiritualis simul. quod est inconueniens. Quarto sic. Si esset albedo sine quantitate et per consequens spiritualis non esset repugnantia quin inesset spiritui. et sic spiritus vel angelus posset esse albus. Contra istam opinionem arguitur sic. Dependentia ad prius est essentialior quam ad posterius loquendo de absolutis dependentibus. Sed qualitas est forma sicut quantitas absoluta ergo essentialius dependet qualitas a substantia quam a quantitate. igitur si potest esse qualitas sine dependentia actuali ad substantiam poterit esse sine actuali dependentia ad quantitatem. Preterea. Absoluto perfectiori non magis repugnat per se esse quam absoluto imperfectiori. sed qualitas est forma absoluta et secundum eos perfectior quam quantitas. Igitur si quantitas potest esse per se. qualitas potest esse per se. Minor probatur quantum ad secundam partem multipliciter. Primo quia qualitas est per se principium agendi actione reali quantitas autem non. quia nulla actio realis vt hic loquimur conuenit quantitati. Secundo quia qualitas est principium attingendi beatitudinem sicut est operatio intellectus et voluntatis. sed quantitas nullo modo est principium attingendi beatitudinem seu finem suum. ergo Tercio quia quantitas consequitur compositum ratione materie. qualitas autem ratione forme. sed forma est simpliciter perfectior materia. septimo methaph.

Quarto sic. quod magis ꝯuenit cū ꝑfectione simpliciter est perfectius simpliciter. sed qualitas vtpote sapere velle intelligere magis ꝯuenit cum ꝑfectione simpliciter ꝙ aliqua quantitas. ergo Sed hic instatur quod est ꝓpinquius ꝑfectiori est simpliciter ꝑfectius. sed quantitas est simpliciter ꝓpinquior substantie ꝙ qualitas. substantia enim est perfectissimum entium igitur quantitas est perfectior qualitate. Respondetur ꝙ quando in primo perfecto concurrunt plures perfectiones aliquid potest sibi esse ꝓpinquius secū dum vnam perfectionem et non secundum aliam. vtpote deus est simpliciter necesse esse. et hec necessitas est in eo perfectio simpliciter. quanto ergo aliquid est magis necessarium tanto est propinquius deo. et sic celum est propinquius deo quocunꝗ corruptibili. Preter hoc deus est natura intellectualis simpliciter ꝑfecta secundum hoc magis propinquat creatura media intellectualis vt angelus. post hanc natura intellectualis anime nostre. post ista vero sensitiua. In hoc autem ordine quantum ad esse viuum propinquior est musca deo ꝙ celum. Posset ergo inferri ex primo ordine ꝙ celum est propinquius deo et per ꝯsequēs perfectius musca. Ex secundo autē ordine posset inferri ꝙ musca est ꝑfectior celo. et ita inferuntur opposita. Respondetur ꝙ quandocunꝗ ꝯcurrunt in primo perfectiones qualitercunꝗ disparate illud est simpliciter ꝑfectius quod est sibi propinquius secundū illud quod habet rationem simpliciter perfectioris.

Nunc autem in substantia prout est primum omnium entium est duplex ordo prioritatis vnus in substando alijs quod includit recipere alia et perfici ab eis. Alius est actualitatis intensiue et illa perfectio secūda est simpliciter maior prima. Quantitas autem est propinquior substantie secundum primam rationem. quia se habet in ratione receptiui. Qualitas autem est propinquior ratione actualitatis intensiue. et secundum hoc apparet melior et perfectior quantitate. Ad argumenta autem opinionis primum non valet quia nullum ens est formaliter singulare per aliquod alterius generis Sunt enim coordinationes predicamentorum primo diuerse vt declarabatur in secundo. et ideo falsū assumitur quando dicitur ꝙ omnia accidentia indiuiduantur per quantitatem formaliter. Similiter secundum de sensibili non concludit. sensibile enim potest dici vel quod est in potentia remota vt sentiatur vel in potentia propinqua. In potentia enim remota est quicquid habet formam sufficientem non tamē sub modo conuenienti sub quo oportet eum habere ad hoc ꝙ sentiatur. In potentia autē propinqua quod habet eam vt statim cessante impedimento posset sequi actus. ergo albedo separata erit sensibilis in potentia remota sed non in potentia propinqua. Ad tercium dico ꝙ qualitas separata esset corporalis. quia esset simpliciter determinata ad perficiendū corpus. sed secundū quid potest dici incorporea. quia non est actu in corpore.

Ad quartum non habet apparen
tiam. qr sicut lapis non pt esse sapi
ens. qr nõ est receptiuus sapientie.
ita angelus nõ pt eẽ albus qr nõ est
receptiuus talis forme et hoc ꝓpter
inextensionem angeli. vel hoc est ex
natura formaꝝ in se videlicet quia
angelus est talis forma et albedo ta
lis forma. Alia opinio est in alio
extremo ꝙ nullum accidens potest
esse subiectũ alterius accidentis et
ꝑ ꝯsequens in eucharistia quodcũqꝫ
accidens est sine subiecto. Pro ista
arguitur sicut arguebatur in princi
pio questionis videlicet quodcunqꝫ
accidens est sine substantia ergo si
ne subiecto. Scḋo sic. qr nullũ ac
cidens est subiectũ accidẽtis. ergo
in eucharistia quodcũqꝫ accidẽs est
ibi sine subiecto. ꝓbatio ꝑ phm. iiij.
methaph. Accidens inquit nõ acci
dit accidenti nisi qr ambo accidunt
eidez subiecto. Confirmatur etiã
rõne qr sicut substantie ꝯuenit ꝑ se
esse ita accidẽti inherere. ergo sicut
repugnat substantie inherere ita ac
cidẽti ꝑ se esse. Tercio. aliquod ac
cidens est ibi sine subiecto. ergo qḋ
libet accidens pt ibi esse sine subie
cto. añcedens ꝓbatur. quia accidẽs
quod primo natũ est substãtie ines
se non habet ibi subiectum. ꝯsequen
tia ꝓbatur. quia quodlibet accidẽs
eque dependet essentialiter a subie
cto. Contra istam opinionẽ argu
itur sic. Illud ꝑ se est subiectum ac
cidentis alicuius de quo idem acci
dens predicatur ꝑ se secũdo modo.
sꝫ de aliquo accidente ꝑdicatur ali
quod accidens secundo modo vt ꝓ
pria passio eius. Probatio maioris
Illud de quo predicatur accidens
secundo modo ꝑ se cadit in diffinitõ
ne accidentis vt additũ est et nõ ni
si additum vt subiectũ quia nullam
dependentiã habet diffinitũ ad ta
le diffiniens. Minor patz qr vniuer
saliter oĩes passiones in tota sciẽ
tia methaphisica demonstrãtur de
accidentibus et ꝑ se scḋo modo di
cuntur de eis. Probatio velox ⁊ tar
dum fundantur in motũ sicut in sub
iecto. sed velox et tardum sunt duo
accidentia motus. ergo. Et hoc est
quod dicit Auicen. ij. meth. ca. j. vbi
manifeste vult ꝙ aliquod accidens
est subiectum alterius accidentis et
exemplificat ibidem sicut motus est
subiectũ velocitatis et tarditatis.
Preterea. manifestuz est multas
relatones hic esse sicut equalitas si
militudo et hmõi. que nõ pñt esse si
ne subiecto. sed iste relationes sunt
accidentia quedam. Alia est opi
nio media quam teneo et distinguo
de subiecto. Aut qr sumitur pro vlti
mate terminante dependẽtiã ali
cuius accidentis ꝑ accidens. Aut ꝑ
quocũqꝫ terminãte dependentiã il
lam proximo. esto ꝙ nõ vltimate ter
minet. Primo modo planũ est ꝙ ni
hil pt esse subiectum accidentis nisi
substãtia. Scḋo modo dico ꝙ pos
sibile est ꝙ aliquod accidens sit sub
iectum accidentis sicut patz ꝑ ratõ
nes ꝯtra scḋam opinionẽ. Possibi
le est etiam quodcũqꝫ accidens abso
lutum esse sine subiecto vtroqꝫ mo
do sicut ꝓbatum est ꝯtra primã opi
nionem. sed respectiuũ non est possi
bile esse sine subiecto secũdo modo
quia nõ est possibile ꝙ respectus sit
inter duo qui sit alicuius ad aliqḋ
et hoc non est ratõe accidentis. sed

ratione respectus vt dictum est in q̃stione precedenti. Tunc ad argumenta secunde opinionis. ad primũ quod erat etiam ad principale. concedo ꝙ quodlibet accidens careat aliquo subiecto accipiẽdo subiectuꝫ primo modo quod scilicet est subiectum vltimate terminans dependẽtiam accidentis ideo enim in diffinitione omnium accidentium poni tur substantia. sed non propter hoc est substantia immediatum additũ in diffinitione cuiuscunqꝫ accidentis imo in diffinitiõe alterius est additum vt mediatum receptiuum mediate terminans dependentiã et alterius immediate. Ad secundum dico ꝙ accidens potest esse subiectũ accidentis accipiendo subiectum secundo modo et non primo modo.

Ad autoritates philosophi dico ꝙ li quia non est nota cause sed cõmitantie vt sit sensus accidens non accidit accidenti nisi quia id est q̃ ambo accidunt alteri. Aliter potest dici ꝙ philosophus loquitur ibi de accidentibus disparatis sicut preten dit exemplũ ibi. Dico enim albuꝫ et musicũ. Et cũ ꝓbatur ꝑ rõeꝫ de ꝑ se esse et in alio esse patet ex precedenti questione quia eo modo quo ista sunt propria substantie et accidenti ita ꝙ non potest competere accidẽti ꝑ se esse nec substare. sic nec substãtie potest competere inherere accipiendo substare sicut competit vltimo terminanti dependentiam inherentis. Ad vltimam concedo consequentiaꝫ loquendo de possibili de quocunqꝫ accidente absoluto licet non de respectiuo vt patet ex predictis.

Volet aũt queri. Circa distinctionem decimamtertiam quero tres questiones. Primo Vtrum sola actione diuina posset confici corpus xp̃i. Secundo vtruꝫ quilibet sacerdos proferens verba consecrationis cum intentione debita circa materiam conuenientem posset conficere eucharistiam. Tercio Vtrum in omni loco sit licitum missam celebrare.

Ad primam questioneꝫ sic proceditur. Videtur ꝙ actione diuina nõ potest corpus christi confici. q꞉ omnis actio in motu firmatur per auctorem sex principiorum. Sed diuina actio non firmatur in motu. ergo ⁊c̃. Contra. prima questione prima. capitulo. intra catholicã. dicitur. Sicut christus est qui baptisat. ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc efficit suam carnem et transfundit in sanguinem. In ista questione tria sunt videnda. Primo. vtrum actione diuina hoc sacramentum posset confici. Secũdo si actione alterius agentis creati vt principalis agentis posset hoc sacamentum confici. Tercio an in actione alicuius agentis creati posset sacramentum confici vt instrumentaliter agentis. De primo videtur manifestum ꝙ sic loquendo communiter de actione. sicut deus dicitur habere actionẽ circa creaturas quando aliquid nouum immediate facit in eis nisi ꝙ non est eque facile videre quomodo est hec

actio positiua sicut in creatōne pro eo q non est hic aliquid positiuum absolutum accipiens simpliciter esse. Dicitur igitur q diuina actione potest sacramentum eucharistie fieri. Quod probatur a quodam doctore sic. Non minoris virtutis est conuertere aliquid in preexistens. q̄ in non preexistens. sed si conuerteretur panis a deo in non preexistens esset simpliciter ibi actio diuina qua produceretur illud nō preexistens quia produci non potest nisi aliqua actione non relatione. igitur tunc est actio diuina qua consecratur corpus christi. Preterea. Creatio est vera actio sed non minus potest terminus istius conuersionis accipere esse q̄ terminus creationis si hec conuersio fieret in non preexistens quod totaliter inciperet esse per conuersionem.

Preterea. Deus habet actionem proprie dictaz ad intra. igitur eque vel magis proprie potest habere actionem proprie dictam ad extra et sic est in proposito. Probatio antecedentis quia si generatio non esset actio proprie dicta vt distinguitur contra relationem sequitur q esset tantum relatio et tunc generare et dicere essent referri. quod est inconueniens. Preterea. Ad idem correlatiuum non est causa sui relatiui quia sunt simul natura. sed producens est causa siue principium productionis et constat q formaliter per productionem. ergo productio illa non est solum relatio ad productum quia tunc esset omnino simul cum illo et non prior. ergo &c.

Vltimo arguitur sic. Relatio secundi modi fundatur super actionem et passionez. quinto methaphisice. capitulo. de ad aliquid. Sed relatio non fundatur super relationē ergo actio non est tantum relatio. Sed iste rationes vadunt directe ad illud dubium scilicet si illa actio qua deus hoc sacramentum conficeret est de genere qualitatis aut de genere relationis et ideo dubio hoc pretermisso arguitur ad conclusionem intentam sic. Non est minoris difficultatis facere de nihilo aliqd q̄ vnum conuertere in aliud. Sed actione diuina potest fieri de nihilo aliquid. ergo actione diuina vnū potest in aliud conuerti. Ista est ratio Ambrosij libro de sacramentis dicens sic. Vbi hoc corpus conficitur non suis sermonibus sed christi sermonbus vtitur sacerdos et quis sermo christi quo facta sunt omnia Si ergo tanta vis est in sermone domini Jhesu vt reciperet esse quod non erat quanto magis operatiuus est vt que erant in aliud conuertantur. De secundo articulo dico q illa conuersio competeret alicui agenti creato vt principali agenti. Cuius ratio est. quia actio competens deo principium agendi quod non est formaliter infinitum potest competere creature. Sed deus producit sacramentum seu effectiue se habet ad illud sacramentum per voluntatem que est formaliter infinita. igitur. Maior patet. Quia creature non repugnat ista actio cuius principiū sufficiens ē ad aliquid finitum vel ad minus non infinitum.

Probatio minoris. quia si volũtas dei essz formalit͛ infinita includeret formaliter oẽz pfectionẽ intrinsecã deo qꝛ infinito nulla pt fieri additõ et tunc volũtas esset pelagus infinite substantie. quod nõ est verum qꝛ hoc est ꝓprium diuine essentie scḋm Damascenum libro primo. ca. ix. Preterea. agens naturale pt illas species alterare et tandẽ ex ipis generare substantiam sicut patet ex mixtione multe aque ad species vini. igitur aliqua virtus creata potest ꝯuertere totaliter istas species in aliam substantiã prius nõ existentem et ꝑ ꝯsequens totaliter ꝯuertere in substantiã preexistentẽ qꝛ non maior virtus requiritur in vno ꝙ̃ in alio. Sed his rationibus nõ obstantibus dico ꝙ creatura non potest in istã ꝯuersionez vt agens principale. Cuius ratio est quia in istaz ꝯuersionem non pt nisi agens cuius virtuti actiue totaliter subest esse et nõ esse vtriusqꝫ extremi. Sed nullũ creatum agens est hmõi. qꝛ quodlibet agens creatum presupponit aliquam ꝑtem ipsius termini a quo vel ad quem. qꝛ non potest attingere in nihil. Ad aliud vero qḋ obijcitur de voluntate dico ꝙ minor est falsa quia in diuinis pt intelligi quasi infinitas extensiua. Alio modo infinitas intensiua ita ꝙ illa ꝑfectio fm rõnem ꝓpriam sit sine limite et termino. et illo secũdo modo pt nõ tñ aliquid habere infinitatẽ formalem sed etiã fundamentalẽ. Dico ergo ꝙ voluntas diuina dicitur infinita formaliter essentia autẽ diuina est infinita fundamẽtaliter et sic qñ deus aliquid ꝓducit ꝑ voluntatem voluntas eius est formaliter infinita. Ad secundũ dico ꝙ istis accidentibus ꝯuenit agere aliquo modo et pati et corrumpi. Breuiter tñ negandum est ab agente creato istas species posse ꝯuerti in aliquam substantiam totaliter nouã neqꝫ in mixtione neqꝫ in nutritõe. bene tñ aliq̃ substantia succed.t istis accidentibus iam corruptis non quidẽ actõe agentis creati sed dei immediate producentis. De tercio articulo videtur ꝙ agenti creato ista ꝯuersio pt ꝯpetere vt instrumẽtaliter agenti quia accidens pt esse instrumentaliter agens ad generationẽ sul stãtie igitur a simili aliqḋ agens creatum pt instrumẽtaliter agere ad istã cõuersionem. Antecedens ꝓbatur dupliciter. Primo sic. qñ aliqua sunt essentialiter ordĩata plus distat tercium a primo ꝙ̃ secundũ Sed in creatura sunt essentialiter ordĩata ista tria. essentia. esse. et potentia. ergo plus distat potentia ab essentia ꝙ̃ esse ab essentia. sed esse realiter differt ab essentia. igitur et potẽtia. et ꝑ ꝯsequens nulla forma substantialis pt esse immediatum principium agendi. Scḋo ꝓbatur idem antecedens sic. Qñcunqꝫ sunt duo actus quoꝝ neuter includit alterũ non reducuntur in idem principiũ. qꝛ potentie distinguũtur ꝑ actus. secũdo de aĩa. sed ꝑficere materiã et abstrahere a materia sũt duo actus in aĩa non includentes se. quod ꝓbatur. qꝛ vterqꝫ pt esse sine alio primus sine secundo vt in puero dormiente et secũdus sine primo vt in anima separata. Sz actus prior videlicz dare esse materie ꝯpetit essentie vt principio

proximo formali. Igitur ille alius actus non conueniet essentie et tunc a simili de alijs formis substantialibus respectu accidentiũ que videntur eis cõpetere. Cõtra cõclusionẽ huius opinionis scz q forma substantialis nõ sit principiũ immediatum agendi arguitur sic. Illud est principium agẽdi in quo pducẽs assimilat sibi pductũ. sed agens assimilat sibi pductũ in forma substãtiali. igitur. Preterea. principiũ pductiuũ nõ est imperfectius termino pducto. sed accidẽs est imperfectius forma substãtiali. igitur nõ est principiũ pducendi formã substantialẽ. Minor ptz. maior pbatur. qz in pductione vniuoca agens est equalis pfectionis cũ forma pducta. in actione autẽ equoca agẽs vel illud quo agit agens est pfectius termino pducto. Quantũ igitur ad illum articulũ dico q agẽti creato potest actio instrumentalis cõpetere respectu istius cõuersionis. Sed est notandũ q multipliciter instrumentũ potest intelligi. Sed ad ppositũ agens dispositiuũ dicitur instrumentũ. et sic minister habens actionẽ ppriam humanã preuiã actõni diuine tanq dispositionẽ necessariam nõ simpliciter sed ex pactione diuina cũ ecclesia q ad talẽ actũ ministri faciet talem actũ sibi ppriũ et sic dicitur instrumentũ dei in ista conuersione. Ad argumentũ in ꝯtrarium dico q in ista conuersione non est actio de genere actõnis sed de genere relationis sicut de creatione. Vel dicendũ est q est verũ de agente cuius actio est in tpe.

Ad secundam questionem sic pceditur. Videtur q nõ quilibet sacerdos possit eucharistiam cõficere. per illud Malachie secũdo. Maledicam benedictionibus vestris. Et exponitur de malis sacerdotibus. ergo quicquid ab eis benedicitur a deo maledicitur et p cõsequens per eorum ministerium nihil cõficitur. Cõtra. j. q. j. capitulo. Quod quidã. dicitur. Nulla causa ostenditur cur ille qui nõ potest baptismũ amittere ius baptisandi possit amittere. ergo a simili qui ordinẽ sacerdotalem amittere nõ potest nec ius cõficiendi amittere potest. Confirmatur. quia in ordine imprimitur caracter. sed caracter est forma indebilis. ergo. Ad istam questionẽ dico q cõficere corpus christi seu eucharistiã vt causa principalis nullus potest nisi solus deus ex questione precedenti. sed sicut ministro potest cõpetere alicui homini. quia sic deus ordinauit q in quibusdam sacramentis homo potest esse minister. Ergo dico q loquendo de cõficiente ministerialiter dupliciter potest intelligi posse conficere. vno modo absolute ita q si intendit vel attemptat facere facit qd intendit. alio modo de posse ordinate facere. Loquendo autem de posse simpliciter cõficere nihil requiritur vltra debitam materiam et minister debitus ad quem requiruntur tres cõditiones scz q sit sacerdos q posset pferre verba cõsecrationis et q posset habere debitã intensionem faciendi quod facit et intendit ecclesia. Propter defectum prime cõditionis nõ potest cõficere

laicus vel nõ sacerdos. Propter de fectum secũde cõditionis nõ potest cõficere mutus. Propter defectum tercie cõditionis nõ pt cõficere vsu carens rõnis. Sed prima ꝯditio est hic ꝑrĩssima ꝙ solus sacerdos ⁊ q̃libet sacerdos cui possunt cõpetere due ꝯditiones scꝫ ꝓlatio et intentio ꝯ solus sacerdos ꝓbatur per illud extra de summa trinitate et fide catholica. Firmiter credimus. vbi dicitur ꝙ hoc sacramentũ nõ potest ꝯficere nisi solus sacerdos qui scđm claves ecclesie rite fuerit ordinatꝰ. In debite aũt ꝯficiunt heretici scismatici excõmunicati degradati simoniaci ⁊ notorij fornicarij. omnes isti sacerdotes existẽtes si habeant materiam debitã et tenẽtes formã intendentes facit ecclesia cõficiunt vere. sed de iure quantũ ad ordinate cõficere repellũtᷣ. Et rõ est. q2 illõ sacramentũ ẽ sacramentũ fidei. itẽ est vinculũ caritatꝫ. itẽ dat gradũ dignitatis. item est ornamentũ gratie. item est vas mundicie. Propter primum repelluntᷣ heretici. ꝓpter secundũ scismatici. propter terciũ repelluntᷣ degradati. ꝓpter quartũ repelluntur simoniaci et excõicati. ꝓpter quintuꝫ repelluntur notorij fornicarij. et iste vltimus casus nõ cõsueuit aliquo tẽpore esse. sed hodie est extra de cohabitatione clericoꝝ et mulierũ in ca. nostra. Ad argumentũ in cõtrarium dicendũ maledicã maledictionibus vestris inꝗtum estis mali. sed eucharistiã sacerdos non benedicit inquantũ malus. quia in cõsecrãdo tenet formã ecclesie. ergo ⁊c̃.

Ad terciã questionẽ sic ꝓceditur. Videtᷣ ꝙ in omni loco licitum sit missam celebrare. quia licituꝫ est in omni loco deũ orare et ei seruire. Contra. de cõsecra. dis. prima. capitulo. sicut nõ alij. In ista questione tria sunt videnda. Primo si licitum sit missam celebrare in omni loco nõ cõsecrato. Secundo si licitum est celebrare sup altare nõ lapideum Tercio si licitũ ẽ missaꝫ celebrare sine igne et vestimẽtis ab episcopo benedictis. De primo dico ꝙ cõmuniter nõ licet in omni loco non cõsecrato missam celebrare. quia sic instituit ecclesia vt ptꝫ de cõsecra. distinctione prima. capitulo. sicut nõ alij. et capitulo sequenti. et ca. hic ergo. In casu tamen magne necessitatis tunc licet celebrare in loco nõ cõsecrato si tabula sit cõsecrata ⁊ alia requisita habeantᷣ. sicut quando ecclesie sunt cõbuste vel hoĩes essent in itinere ⁊ ecclesie ibi nõ essent. his enim casibus exceptis nõ licet celebrare in loco nõ cõsecrato nisi de licentia episcopi. de cõsecra. distinctõne prima. capitulo missarum. qui tamen hoc cõcedere nõ debet nisi assit legitima et rationabilis causa. De secundo articulo dico ꝙ vsqꝫ ad tempora Siluestri licuit celebrare sup altare ligneũ quod cito potuit trãsferri. quia propter persecutionẽ nõ erat fidelibus locus certus ad manendum. sed modo nõ est licitum celebrare nisi super altare lapideum. tum ꝓpter ecclesie institutionem vt ptꝫ de cõsecratione distinctõe pma.

altaria. tum quia propter figuratōz tum quia vt ait Apostolus. bibebāt autem de spirituali cōsequente eos petra petra autē est christus. De tercio articulo dico duo. Primo ꝙ nō licet missam sine igne celebrare. tum ꝓpter ecclesie institutionem. vt patet de cōsecra. dist. ꝑma. ca. vlti. tum ꝓpter ignite charitatis, demonstrationē. quia accedētes ad altare debent ardere igne charitatis. Secūdo dico ꝙ nō licet missam celebrare sine vestimētis ab epō benedictis vt patet de cōsecra. distin. j. ca. vestimenta. Sed diceres. quid sunt ista vestimenta et quid figurant. Respōdeo ꝙ ea que requirunt̄ ad celebrationem misse representāt nostre redemptionis misteriū. Ista autē designantur penes quinqꝫ. quia quedā respiciūt christi natiuitatē et incarnationē. ⁊ quedā respiciunt eius ꝑdicationē. quedā eius passionē. quedam eius resurrectionē. quedā eius ascensionem. Illa autē que respiciunt christi aduentum et incarnationez durāt a calciamentis vsqꝫ ad euangelium exclusiue. de quibꝰ spectāt ad ornatum sacerdotis. alia ad ꝓcessum misse sicut ab introitu misse vsqꝫ ad euangeliū vt dictū est. Illa autē que spectant ad ornatū sunt septem Primo calciamenta que respiciunt christi humanitatem. Secundo amictus ī capite qui representat christi diuinitatem. Tercio vestis alba que representat puritatē et innocentiaz christi. Quarto zona que representat iusticiam et equitatem. Quinto manipulus qui representat in bono perseuerantiam. Sexto stola in collo que representat humilitatē et obedientiam. Septimo casula. que repsentat charitatis habundantiā ipa enim operit multitudinem peccatorum. Illa que cōcurrunt que spectant ad processum misse sunt septē. Primo introitus significans desiderium patrum circa christi aduentum. Secundo kyrieleison. quod representat pro eodem tempore misericordiam dei inuocatam. Nam kyrieleison idem est quod domine miserere. et repetit̄ nouem vicibus cum christeleison vt per misericordiam dei sociemur nouem choris angelorum. Tercio sequitur. gloria in excelsis deo. ad representandum imnum quem angeli christo nato cecinerūt Quarto sequuntur oratōnes que representat orationes quas christus post natiuitatem pro populo ad patrem fudit. Quinto ponit epistola. que representat tempus Johannis baptiste ante christum. Sexto ponitur graduale et significat lamentuz penitentie. quia Johannes penitētiam predicabat Luce tercio. Septimo ponitur alleluia. quia post luctū huius vite sequitur cōsolatio sempiterna. Sequūtur et illa que respiciunt christi predicationem et sunt duo. Primo euangelium quod dicitur ad aquilonem ad designandum ꝙ euangelium est contra luciferum qui dixit. ponam sedem meam in dexterum aquilonis. Scdm est credo. q̄ dicit̄ et significat fidē quā debemus

portare in corde et profiteri ore. qr vt ait Apls. corde creditur ad iusticiam. ore autē cõfessio fit ad salutē. Postea sequũtur ea que respiciunt christi passionē que durãt ab offertorio vsq̧ ad agnus dei exclusiue. Quarto sequuntur ea que respiciũt christi resurrectionē et durãt ab agnus dei vsq̧ ad ite missa est exclusiue. Vltimo ponitur ĩ missa illud qđ respicit christi ascensionem vbi dicitur. Ite missa est quasi dicat sacerdos vel diaconus. Ite quia hostia missa est in celũ. Iuxta illud. Assumptus est in celum. Chorus aũt respõdens deo gratias. representat apostolos regressos in hierusalē cũ gaudio magno. Ad argumentũ principale dico ꝙ q̃uis sit licitũ deo in omni loco seruire tamē nõ in hoc seruitio nisi in loco cõsecrato vt notat̃ pulcre de ꝯsecra. dist. j. ca. vnicuiq̧ fidelium.

Post hec de penitentia. In ista distinctione. xiiij. Incipit magister tractare de penitentia vbi quero tres questiones. Primo vtrũ penitētia necessario requiratur ad deletionē peccati mortalis. Secũdo vtrũ actus penitendi requisitus ad deletionē peccati mortalis sit actus alicuiꝰ virtutis. Tercio vtrum penitētia virtus sit tm̃ vnius pene inflictiua.

Ad primã questionē sic ꝓceditur. Videtur ꝙ penitentia nõ necessario req̃ratur ad deletionē peccati mortalis. quia cessante actu interiori et exteriori cessat etiã peccatũ. Sed actus interior et exterior possunt cessare sine penitentia. ergo. Cõtra. Luce. xiij. Nisi penitentiam egeritis omnes peribitis. Ad euidētiam huius questionis et aliarũ questionum de penitētia est sciendũ ꝙ scđm Jeronimũ peccatũ est duplex scz ante baptismũ et post baptismũ. Ad ista aũt peccata sequit̃ naufragium. ideo est data duplex tabula videlicet baptismus et penitētia. Penitentia aũt est secunda tabula post naufragiũ. Hic autē nõ queritur de peccato mortali ꝯmisso ante baptismum. quia talia delent̃ p̄ baptismũ. sz queritur de mortali cõmisso post baptismũ et tunc in questione quatuor sunt videnda. Primo quid remanet in peccatore transeunte actu a q̊ dicitur peccator. Secũdo si illud qđ remanet in peccatore deletur. Tercio si deletur p̄ penitentiã. Quarto quõ requiritur ad deletionē punitio penitentialis. Quantũ ad primũ est duplex modus dicēdi. Vna enim opinio dicit sic. Quotiēs dicit̃ vnũ oppositorũ totiens dicitur ⁊ reliquũ. Sed iusticia et iniusticia sunt opposita. ergo quotiēs dicitur iusticia totiens dicit̃ iniusticia. sed iusticia est duplex scz habitualis ⁊ actualis. habitualis vt gratia ⁊ charitas. actualis vt rectitudo nata inesse actui elicito. ergo erit ⁊ duplex iniusticia scz habitualis ⁊ actualis. Habitualis ē quedã priuatio gratie in eo cui dicitur inesse: Actualis est quedã priuatio rectitudinis in actu. Ad ꝑpositũ post actum intrinsecũ et extrinsecuz transeuntē manet quidē in peccatore iusticia habitualis. sz ab illa sola

non dicitur quis peccator. alioquin ille qui cõmisisset duo milia peccata mortalia et alie qui vnũ essent eque peccatores intensiue et extensiue. quia tota gratia priuatur tam in vno quam in alio. Iniusticia aũt actualis manere nõ potest cessante actu. quia subiectum primum illius est actus sicut et rectitudinis sibi opposite. Nunc aũt nõ manente actu non manet rectitudo vel obliquitas eius. dicunt ergo isti quod in anima que peccauit manet reatus culpe qui est quedã obligatio ad penam debitam illi culpe. Ista aũt obligatio est quedam relatio nõ fundata sup actum realis culpe sed sup essentiam anime. Alio mõ dicitur a doctore subtili quod actu peccati transeunte nihil reale absolutũ nec respectiuũ manet in peccatore. sed tñ quedã relatio rõnis inquantum est obiectũ intellectus vel volũtatis diuine. quia postquam peccator cõmisit peccatũ diuina volũtas ordinat peccatorẽ ad penã correspondẽtem peccato et intellectus diuinus illã preuidet. Istud pbatur p Augus. sup ps. Beati quorum. Uidere inquit peccata dei est ad pena imputare. auertere aũt hoc est ei ad penã nõ reseruare. Ita ergo dicit peccata ab eo tecta nõ vt deus nõ videat ea sed vt nõ velit animaduertere et punire. ergo ipm relinquere in reatu post actum transeuntẽ nihil aliud est nisi ipm a diuina volũtate ordinari ad penam cõdignã illi peccato. Obiectũ autem intellectus vel volũtatis vt intellectum vel volitũ nõ habet nisi relatõnem rõnis. De secũdo articulo dico quod illud tale siue sit relatio realis vt dicit prima opinio vel relatio rationis vt dicit secunda opinio remanens in peccatore deletur. Iuxta illud simboli. Credo remissionẽ peccatorum. Et hoc pbatur sic. Aliquãdo pdestinatus labitur in peccatũ mortale sicut patet de petro et paulo et multis aliis. Sed pdestinatus nõ pt beatificari nisi deleto peccato vel obligatõne qua obligatur ad penã pter peccatũ. ergo ante glorificationẽ oportet deleri istã obligationẽ ad primam penã. De tercio articulo dico quod ista obligatio nõ remittitur sine pena vel aliquo equiualenti in acceptatione diuina. quia per quodlibet peccatum sicut clamat scriptura offenditur deus. offensio autem dei vel eius ira est eius velle vindicare aut aliquid aliud sufficiens ad placandum exigere. ergo posito quocunque peccato deus vult vindicare de peccante. sed velle vindicare est velle punire. ergo post peccatũ cõmissum ad eius deletionẽ requiritur punitio vel aliqd equiualens in acceptatõne diuina. Quartus autem articulus scilicet quomodo requiritur ad deletionẽ peccati punitio penalis dico duas cõclusiones. Prima quod ad deletõnem peccati regulariter requiritur punitio voluntaria. probatur. Nam per aliquam punitionẽ non deletur peccatum sicut in punitione damnatorũ. sed hoc nõ videtur aliunde nisi quia prima voluntaria. secũda autem est omnino inuoluntaria. ergo ad deletionem peccati requiritur punitio voluntaria. Sed diceres. cum punitio sit tristabilis et omne triste est inuoluntarium ex quinto metha.

quomodo iſta punitio dicit̃ eſſe vo-
luntaria. Reſpondeo ꝙ inuolunta-
rium dicitur ſimpliciter illud cõtra
quod voluntas ſimpliciter remurmu
rat. ſed ibi voluntas non remurmu-
rat ſimpliciter eſto ꝙ illud nõ pla-
cet et ꝓpterea nõ dicitur inuolunta-
ria ſimplicit̃. quia hec voluntas ſim
pliciter nõ remurmurat imo patien-
ter ſuſtinet. ideo dicitur voluntaria
Secunda ꝯcluſio eſt declarare quid
intelligitur ꝑ penitentialẽ punitio-
nem. Et dico ꝙ cõcurrunt ibi quatu
or. Primo velle punire et hoc in vo-
luntate cauſante. Secũdo nolle pec
caſſe. et hoc in volũtate deteſtante.
Tercio velle penã inflictã accepta-
re. Quarto velle eaꝫ ſufficienter et
patienter ſufferre. Et ſm iſta dant̃
de penitentia quatuor deſcriptões
Prima. penitere eſt vindicare pec-
catum a ſe commiſſum. Secunda eſt
iſta. penitere eſt odire vel deteſtari
peccatum cõmiſſum. Tercia eſt iſta
Penitere eſt penam inflictam ꝓ pec
cato cõmiſſo gratanter acceptare.
Quarta eſt iſta. Penitere eſt penaꝫ
ſibi ꝓ peccato ſuo inflictã patienter
ſupportare. Ad argumentũ prin-
cipale in cõtrarium patet ex dictis
in primo articulo quomodo peccatũ
manet.

Ad ſecundã queſtionẽ ſic ꝓ
ceditur. Videtur ꝙ actuſ
penitẽdi requiſitus ad de
letionẽ peccati mortalis
nõ ſit actus alicuius virtutis. q2 pe
nitere eſt paſſio. ſed paſſio nõ eſt a-
ctus alicuius virtutis. Probat̃ mi-
nor. quia in actibus virtutũ lauda-
damur. ſed ex paſſionibus nec lauda
mur nec vituperamur ex. ij. ethi. er-
go paſſio nõ eſt actus virtutis. In
cõtrariũ eſt magiſter in litera. In
iſta queſtione ſunt tria vidẽda. Pri
mo ſi penitere eſt actus virtutis. Se
cundo ſi penitere eſt alicuius actus
virtutis ſpecialis. Tercio cuius vir
tutis eſt actus. Quantũ ad primũ
dico ꝙ ſic. quia actus cõformis re-
cte rõni eſt actus alicuius virtutis.
ſed penitere eſt huiuſmodi. ergo. Sꝫ
notandum ꝙ dupliciter p̃t intelligi
penitere eſſe actũ virtutis. Vno mõ
ꝙ ſit elicitus a virtute. Alio modo
ꝙ ſit natus elici a virtute. Nunc au
tem penitere nõ dicitur actus virtu
tis primo modo ſed ſecundo modo.
De ſecundo articulo dico ꝙ peni
tere eſt actus virtutꝫ ſpecialis. quia
ille actus qui eſt natus habere ſpeci
ale obiectum et circumſtantias ſpe-
ciales ordinatas eſt actus virtutis
ſpecialis. ſed penitere eſt hmõi act9.
ergo. Maior patet. Sed ad euiden-
tiam minoris eſt ſciendũ ꝙ penitere
requirit diſtinctã cognitionẽ eius.
de quo penitet peccator. Cognoſcit
enim peccator ſe ad penam obliga-
tam. Iſta autem obligatio gene
rat triſticiã. poſtea autem ſequitur
cõplacentia triſticie et demũ gaudi
um de triſticia. ſcd̃m illd̃ Auguſtini
peccator de peccato doleat et de do
lore gaudeat. Nunc autem in his o-
mnibus eſt ſpeciale obiectum ⁊ ſunt
ſpeciales circumſtantie bone. De
tercio articulo dico tres concluſio-
nes. Prima ꝙ penitere nõ eſt actus
intellectualis virtutꝫ. Probatio hu
ius. q2 actus appetit9 vt appetit9 nõ
eſt actus virtutis intellectual̃ ſed pe

nitere est actus appetitus vt appeti-
tus. ergo. Preterea virtus intel-
lectualis cõsistit circa verũ et falsum
virtus autem penitentie cõsistit cir
ca bonum et malum. scilicet huic p-
sequẽdo bonũ est fugiẽdo malũ. Se-
cunda cõclusio q penitere est actus
virtutis ordinatis ad alterum sicut
est iusticia. Probatio huius. quia
penitere non est actus virtutis appe
titiue ordinatis ad seipm cuiusmo-
di sunt temperantia et fortitudo. er
go est actus virtutis ordĩatis ad al
terum. Sed virtus ordinans ad alte
rum est iusticia ex quinto ethicorum
ergo. cõsequentia tenet supponendo
famosam distinctionẽ virtutũ q ad
duo genera omnes virtutes reducũ
tur. Probatio antecedentis. quia
actum istum vindicandi potest ali-
quis eodem modo scdm rectam ra-
tionem exercere in alterum sicut in
seipm. si autem exerceat in seipsum
nõ exercet in se nisi vt alterum. quia
non exercet nisi in q̃tũ cõmittit sibi
a legislatore in istum reum vindica-
re. Tercia cõclusio est q penitere
est actus voluntatis cuius est impe-
rare et hoc imperio pertinẽte ad ira
scibilem vel potentiam aliam ha-
bente aliquid in se simili virtuti ira-
scibili. Sicut enim irascibilis insen-
sitiua suo modo vindicat ita et ista
potentia que imparat vindictam in
parte intellectiua habet aliquod si-
mile irascibili sed illud inest volun-
tati. Sed hic potest esse dubium de
habitudine istius virtutis ad chari-
tatem que sit nobilior. et q̃ e uim ista
importat actum charitatis. Ergo
est nobilior charitate. Sed hoc non
obstante dicendum est q charitas
est nobilior et eius obiectum est de-
us sub ratione obiectiua nobilissi-
ma. proprium autem obiectuz istius
virtutis et maluz vindicabile vel de
us inquantum est vindicandum. Ad
istam instantiam dico voluntas fm
diuersos habit9 potest vti seipa q̃si
circulariter hoc modo. ex dilectione
dei que est actus caritatis potest im
perare actum voluntatis vindicati
uum peccati et econuerso ex actu im
peratiuo vindicandi potest impera
re actum dilectionis diuine. Dico
ergo q illa virtus est simpliciter su-
perior cui magis ex obiecto cõuenit
imperare. Sed charitati ex obiecto
id est ex vltimo fine cõuenit magis
vti quacunq alia virtute q̃ ecõuer-
so. igitur charitas est simpliciter su
perior. Ad argumentum princi-
pale dico q licet tristicia sit passio.
tamen imperare eam est actus vir-
tutis etc.

AD teriam questionem sic
proceditur. Videtur q
penitentia virtus sit tan-
tum vnius pene inflicti-
ctiua. quia penitentia infligit penaz
culpe ordinatiuam. Sed vnius cul-
pe est pena vna ordinatiua sicut v-
nius deordinationis vna est ordina
tio. ergo. Contra. penitentia est
iusticia punitiua secundum legem di
uinam. Sed secundum legem diui-
uinam oportet plures penitentias
infligere. iuxta illud Mathei tercio
Facite dignos fructus penitentie.

Circa istam questionem sunt duo videnda. Primo si penitentia sit virtus tm̄ vnius pene inflictiua. Secūdo si p sacramentū penitētie remittatur peccatum. Quantū ad primū breuiter dicitur q vnicuiqȝ virtuti i appetitu existenti oportet q responde at aliqua regula existens in intellectu. sed penitentia est virtus in appetitu. igitur penitētie cōuenit aliqua regula in intellectu. et sm̄ illaȝ regulam sequitur actus inflictiuus vni⁹ pene vel plurium. Sed ista regula est duplex. quedā est naturaliter cognoscibilis. scȝ q peccatū est displicendum. alia est nota ex reuelatione scȝ q pc̄m ē detestād inq̄tū ē dei offensiuū ⁊ a deo auersiuū. Ad ppositū dr̄ penitentia primo modo vt habēs regulam naturaliter notā tm̄ est vnius pene inflictiua et ex hoc tristicie cōsequenter. Sȝ penitētia secundo mō scȝ vt habēs regulā ex sacra scriptura vel ex reuelatōne diuina accepta est pluriū penarū inflictiua tot scilicet quot ibidem legislator reuelauit sibi velle sufficere p culpa expianda totaliter. Quantū ad secundū articulum videlicet si p sacramentum penitentie remittat peccator, videt esse opinio Magistri dist. xviij. c. vj In soluēdis culpis inquit et retinēdis ita operatur sacerdos euangelicus et iudicat sicut olim legalis in illis qui erant contaminati lepra q̄ peccata significat. probatqȝ p illud Jeronimi sup Math. exponēs illō Tibi dabo claues regni celorum. Hunc inquit locū nō intelligentes quidam aliquid sumunt de supstitione phariseoȝ vt damnare innoxios vel soluere noxios putāt cum apud deum nō sententia sacerdotū sed reorum vita queraf. et huius inquit pbationē subdens in leuitico se ostendere sacerdotibus iubent leprosi q̄s illi nō faciūt leprosos nec mūdos ȝ tantū discernūt. igif. Sed illud videtur mihi nimis derogare sacramēto penitētie. nā sm̄ hoc nūqȝ deleretur p sacramentū penitētie peccatū. Et sequeref vlterius incōueniens q sacramentū penitētie nunqȝ esset secūda tabula post naufragiū. qȝ nunqȝ liberaret naufragiū a periculo submersionis Dico g̃ q ita requirit de⁹ dispositionē de pgruo ad hoc vt peccatori cōferat gratiā et hoc vt nō alliget potentiā suā sacramētis vt tn̄ sine dispositōne illa preuia ⁊ pgrua que sufficeret cōferat p sacramentū gratiā. et hoc est maioris misericordie viā duplicē instituere p quā iustificetur peccator q̄ ip̄m ad vnā viaȝ artare. Sicut ergo adult⁹ nō pt̄ habere duplici via gratiā delentē originale peccatū scȝ ex bono motu disponente ad illam de congruo. et ex susceptione baptismi. ita ⁊ in proposito. Ad illud vero Jeronimi respondeo q illa affirmatiua est vera q sicut sacerdos legalis ostendebat leprosos mundatos. sic sacerdos euangelicus ostēdit peccatores iustificatos. sed negatiua scȝ q sacerdos euangelic⁹ nō aliter se habȝ ad leprosos spūaliter q̄ȝ sacerdos legalis ad leprosos corpaliter scȝ pcise ostendendo mundiciā huic inesse. hoc est falsum. g̃. Ad pncipale argumentū dico q pena ordinās peccatoreȝ pt̄ esse vna vnius et hoc sm̄ se. sed ordinās illum in ordine ad terciū. i. ad quem offendit pena potest esse mul/

triplex secundũ voluntatem illius in cõparatione ad quem ordinauit.

Ad sicut predictis. Circa istã distinctionẽ. xv. q̃ro tres questiones. Primo vtrum cuilibet peccato actuali mortali correspondeat satisfactio ꝓpria. Scđo vtrũ quicũq₃ abstulit et retinet rem alienã teneat̃ illã restituere ita ꝙ nõ posset vere penitere absq₃ tali restitutõe. Tercio vtrũ damnificãs aliũ in bonis corporis vel aĩe teneat̃ restituere ad hoc ꝙ vere possit penitere.

Ad primã questionẽ sic ꝓceditũ. Uidetur ꝙ cuilibꝫ peccato mortali nõ correspondeat satisfactio ꝓpa: q₂ tunc posset fieri satisfactio ꝓ vno peccato alio remanẽte. Cõtra. Apocal. xviij. dr̃. Quantũ glorificauit se et ĩ delicijs fuit tm̃ date ei tormentũ et luctũ. igit̃ cuilibꝫ pcc̃o actuali correspondet satisfactõe ꝓpa sub illa q̃one licet distinguat̃ de satisfactõe sumpta gñaliter ⁊ ꝓpe nõ tñ oportꝫ tm̃ diffũdere sermonẽ. ideo oportꝫ breuiter primo videre q̃d sit vel q̃ sit rõ noĩs in satisfactõe. Scđo an sit hoĩ possibilis talis satisfactio. Tercio in quibus ꝯsistit. Quarto an cuilibꝫ pcc̃o corrñdeat ꝓpria satisfactio vel afflictio. Quito an vna satisfactio possit alia separi. De pr̃io dico ꝙ satisfactio est redditio volũtaria equalentis alias indebiti. Primo scꝫ redditio ptꝫ. q₂ nõ est absoluta datio. naꝫ hoc qđ est satisfactõ dicit ꝯmensuratione ad aliud p̄cedẽs correspondẽs. Itẽ dicit̃ volũtaria. q₂ si essꝫ inuolũtaria iã nõ esset satisfactio ꝫ esset satispassio. Itẽ dicit̃ equiualentis. et hoc importat illa particula satis. Itẽ dr̃ quarto alias indebiti. q₂ si esset alias debitũ ñ satisfaceret ꝓ isto nã nõ esset correspondẽs isti ꝫm iusticiã sed alteri. De secũdo dicit̃ ꝫm vnã opinionẽ ꝙ nõ est possibile hoĩ satisfacere deo quẽ offendit ꝑ peccatum. q₂ ꝑ peccatũ aufert̃ honor deo debitus. sed nihil equiualẽs honori eius p̃t sibi a nobis reddi. igit̃. Itẽ peccatũ mortale est infinitũ malum sed a nobis nihil p̃t reddi nisi bonuꝫ finitũ quod nõ est equiualens. igitur. Item quicquid possumus sibi impẽdere obsequij et honoris totuꝫ est ei debitũ ratione creationis et gubernationis et redemptionis. igit̃ nihil possumus sibi impendere qđ non sit sibi debitum. Dicit ergo illa opinio ꝙ in virtute passionis christi potest peccator satisfacere de peccato. q₂ illa passio intm̃ acceptatur a deo vt virtute eius acceptetur ista satisfactio que scđm se accepta nõ posset esse satisfactio. Si aũt opinio ista intelligat de potentia dei absoluta ꝙ nõ posset acceptare aliquẽ actũ penitentis tanq₃ satisfactionẽ iustam pro peccato nisi inquantũ cõiungitur merito passionis christi falsum est. quia possibile fuit filium dei non fuisse incarnatũ nec per cõsequens passum et cũ hoc possibile fuisset deum perduxisse predestinatũ ad beatitudinem. igitur possibile fuit tunc penitentem satisfacere. Cõfirmatur per August. xiij. de trini. ca. iiij. Fuit quidem ⁊ alius modus nostre redemptionis possibilis per incarnationẽ et passionẽ. sed nullus nostre miserie sanande conuenientior fuit. Item

passio christi nõ delet culpã nostrã
nisi vt est causa meritoria. et per cõ
sequens vt causa secunda in genere
cause efficientis. Sed quicquid pt
de⁹ p scdaz causam efficientẽ potest
immediate. ergo sine illa potest iu/
ste remittere culpã. Quantuz ad
istum articulum est vnus alius mo/
dus dicendi quem teneo ꝙ de poten
tia sua absoluta potest dare pecca/
tori post ꝯtritionẽ tanꝗ post dispo
sitionem cõgruam et meritum de cõ
gruo gratiã per quã motus eius fie
ret cõtritio. et sic per satisfactionez
dimitteret peccatũ. quia per actum
illum redderet equiualens illi bono
quod abstulit per peccatum. Posset
etiam ille actus alias esse indebitus
quia licet quicquid possumus tenea
mur deo tamẽ ipe deus ex misericor
dia sua noluit nos regulariter obli/
gari nisi ad decalogum. et sic potest
homo aliqua opera supererogatõis
exercere q̃ alias sibi essent indebita
et tunc saluaretur tota ratio satisfa
ctionis. De tercio articulo in qui
bus cõsistat ratio satisfactõnis. Di
co ꝙ magis cõsistit in actibus pena
libus q̃ nõ penalibus. Et hoc est qđ
dicit Aug⁹. de vera et falsa peniten/
tia. Sunt inquit digni fructus vir/
tutum qui nõ sufficiũt penitentibus
penitẽtia enĩ grauiores fructus po
stulat vt dolore et gemitibus mortu
is vitã impetret. Isti aũt actus pe/
nales reducunt ad actus interiores
q̃ sunt displicẽtia et tristicia de pec
cato et ad actus exteriores. qui sunt
cõfessio verecundia satisfactio p ie/
iunium et orationẽ et elemosinarũ
largitionẽ et similiũ. De quarto
an alicui peccato respondeat ppria
pena. Dico ꝙ si intelligitur de ppria
scdm speciez vel scdm numerũ. dicit
ꝙ nõ. quia eadem satisfactio fm spe
ciem vel etiã fm numerũ potest cor/
respondere huic peccato et illi. Pꝰ
scdm speciẽ patet. quia cõtritio pt
correspondere illi vel illi. Pꝰ etiam
fm numerũ ptz. quia cõtritio de plu
ribus in generali pt correspondere
vna illis pluribus. Cõsequenter
dico ꝙ possũt esse plures satisfactio
nes totales vel partiales correspon
dentes vni peccato. Totales quidẽ.
quia nõ est peccatũ quod non posset
remitti per solam ꝯtritionẽ. et tunc
illa sola est totalis satisfactio. Po/
test etiam remitti per cõtritionẽ re
missam et per alias penas supplẽtes
imperfectionẽ ꝯtritionis. Cõtritio
autem intensa ex parte et ipa met re
missa cũ aliquibus penis ex alia par
te differunt specie licet sint equiualẽ
tes in acceptatione diuina. De quin
to articulo an possit peccator satis/
facere de vno peccato sine alio. Di
co ꝙ satisfactio q̃tuor respicit scz de
um ecclesiã. primũ ꝛ seipm. Vt aspi
cit deũ includit ꝯtritionẽ. vt aspicit
ecclesiã sic icludit ꝯfessionẽ. vt aspi
cit. primũ sic includit restitutiõz. vt
aspicit seipm. i. restituentẽ sic inclu
dit carnis macerationẽ et orõez vel
aliã penitentiã. Primo mõ pt aliqs
cõteri de vno pecato actualiter licz
nõ cõterat de alio peccato actualit
sed solũ habitualiter. qz sicut nõ est
necessariũ intellectũ simul ꝯsidera/
re hoc et illud peccatũ. ita nõ est ne/
cessariũ voluntatẽ simul penitere a/
ctualiter de hoc peccato et de illo.
Similiter quarto mõ potest quis p
ieiuniũ et nõ p orationẽ vel pegrina

tionem satisfacere. Secūdo non pt
peccator satisfacere de vno peccato
in cōfessione alio retento nisi hoc es-
set ex obliuione. Tercio mō scz si pt
satisfacere sine restitutōne de hoc pa-
tebit in aliis questionibus. Ex dictis
patet ad argumentū principale.

Ad secundā questionez sic
pceditur. Videtur ꝙ aliqs
possit vere penitere absqz
hoc ꝙ restituat rem quaz
detinet alienā. Quia nullus tenetur
ad impossibile. sed quandoqz est im-
possibile restituere alienū illi cuius
est. sicut quādo nescitur cuius est. ergo
Cōtra Aug⁹. dicit. Nō dimittitur
peccatū nisi ablatū restituatur. In
ista questione sunt duo videnda. Pri
mo quādo rerū dominia sunt distin
cta. Secūdo pncipale quesitū. Quā
tum ad primū dico quatuor ꝯclusio
nes. Prima ꝙ de lege nature omnia
sunt ꝯmunia. Secūda ꝙ post lapsuz
oīa sunt distincta. Tercia ꝙ illa di-
stinctio rerū nō est a lege nature vel
diuina. Quarta ꝙ illa distinctio est
a lege positiua scripta seu data a pa
tre vel principe. Prima ꝯclusio ptz
in decretis distin. j. c. j. Iure nature
omnia sunt ꝯmunia. Itē ad hoc est
Aug⁹. sup Iohem. vt ptz decretoꝝ
dist. viij. ca. Quo iure defendis vil-
las ecclesie diuino vel humano. Nō
diuino. naz iure diuino dñi est terra
et plenitudo eius. Iure aūt huma-
no dicitur. hec domus mea. hic seruus
meus. Item ꝓbatur rōne. quia lex
nature est ſm statū innocētie. sed in
statu innocētie omnia erāt ꝯmunia.
tum ꝓpter pacificā ꝯuersationē. tuz
propter necessariā sustentationem.
ergo. Secūda cōclusio patz. Sta
tus enim innocentie est alius a statu
nature lapse. sed in primo statu erat
pacifica cōuersatio. in secūdo autez
nō. igitur in hoc secūdo statu scz na
ture lapse remouendū est. ꝓut est pos
sibile quicquid tollit pacificā ꝯuer-
satione hominū. sed si nō essent rerū
dominia distincta quilibet vellet to
tum occupare. et sic tolleretur pacifi-
ca cōuersatio. ergo post lapsum de-
buerūt dominia esse distincta. Hinc
Aristo. ij. politicoꝝ vituperat pol-
liciam socratis ponentis omnibus
omnia esse cōmunia. Tercia ꝯclusio
patet. quia ista distinctio nō est per
legem diuinā. sicut ptz ꝑ illud Au-
gust. introductū. Quo iure ⁊c. Nec
est per legem nature. quia lex natu-
re nō determinat opposita. sz lex na-
ture in natura humana determina-
uit ꝙ omnia essent ꝯmunia. Quarta
cōclusio est ꝙ illa distinctio est a le-
ge scripta vel data a patre vel a pn-
cipe patet. Nam post diluuiuz Noe
distinxit filiis suis terraz quā singu
li occupauerūt pro se ⁊ filiis suis vel
ipi de cōmuni cōcordia diuiserūt in
ter se terras sicut legitur in Genes.
de Abrahā et Loth. Vel lex aliqua
promulgata est a patre vel aliquo e-
lecto ab eis in principem vel ab ali-
qua cōmunitate cui ipsa cōmunitas
cōmisit illam auctoritatem que lex
fuit vel esse potuit ꝙ res nō occupa
ta esset primo occupantis et tunc di
uiserunt se et vnus occupauit vnam
plagam et alius aliam. De secun-
do articulo dico ꝙ sicut auferre alie
num est peccatū mortale ita retinere
aliena inuito dño ē peccatū mortale

Et tunc sunt quatuor vidēda. Primo quis tenetur restituere. Secūdo quid tenetur restituere. Tercio cui tenetur restituere. Quarto quando tenet᷑ restituere. De primo scȝ q̄s tenetur restituere patet in his versibus. Jussio cōsilium cōsensus palpo recursus. Participans mutus nō obstans nō manifestās. De secundo scȝ quid tenetur restituere. Dico ꝙ nō solū tenet᷑ restituere rem ablatam vel vsuȝ rei. sed etiā ad interesse et fructū perceptum de re si res esset fructifera sed nō fructuȝ qui ꝓuenit ex industria illius qui vtitur illa re. Ex quo sequitur ꝙ lucrū acquisituȝ ex pecunia fenerata nō tenet᷑ fenerator reddere. alioquin qui recipit posset iuste esse vsurarius. quia recipere fructum ꝓuenientē de sua pecunia ꝑ industriā alterius est facere vsuram et istud est quod magis homīes posset inducere ad vsuram. q᷑ lucrātes de vsuris illud quod quis lucrat᷑ nō tenetur restituere imo illud est suū. quia ꝑ suā industriā acquisitū erat. alienū aūt restituendū est. De tercio scȝ cui tenet᷑ restituere. Dico ꝙ dānificato si tamē sit possibile. possibile inquā vt si nouit eum et habet eum presentem vel habere p̄t vt sibi mittatur sine maiori incōmodo q̄ȝ illud quod mittendū esset vtile ei cui mitteretur. De quarto scȝ quādo tenetur restituere. Dico ꝙ non licet aliquo tp̄e detinere alienuȝ dn̄o inuito. sed in casibus q̄nq̄ȝ licet differre restitutionē posita tamē iam interiori scȝ voluntate restituendi cū occurrent circumstantie oportune. illi autē casus nō possunt modo particulariter explicari. q᷑ circumstantie notari debent. cum quicunq̄ȝ vellet restitutionē sibi nō fieri in p̄iudiciū cōmunitatis vel in diffamiā restituentis et hmōi. Ad argumentū in cōtrarium dicendū ꝙ nesciens illuȝ cui tenet᷑ debet dare pauꝑibus ꝛc̄.

Ad terciā questionē sic ꝓceditur. Videt᷑ ꝙ damnificās aliū in bonis anime vel corꝑis nō tenet᷑ restituere. quia nullus tenet᷑ ad impossibile. sed in tali casu damnificato restitutio est impossibilis Cōtra. vj q. j. ex merito deteriores sunt qui vitam moresq̄ȝ bonoꝝ corrumpūt his q̄ substātias alioꝝ prediasq̄ȝ diripiūt In ista questione est sciendū fm̄ ph̄m. j. eth. ꝙ bona sunt in triplici differētia. scȝ bona aīe. bona corꝑis et bona fortune. De bonis aūt fortune dictū est in precedenti questione. sic ergo querit᷑ de bonis aīe et corporis. Bona autē aīe sunt quedam bona naturalia quedā bona moralia sicut est fama. hic aūt nō queritur d̄ bono naturali sȝ de bono morali qd̄ est fama. Et sic sunt duo videnda. Primo si damnificās aliū in bonis corꝑis tenet᷑ ad restitutionē. Secundo si damnificans alium in bonis fame teneat᷑ ad restitutionē. De primo dico ꝙ damnificās aliū in corꝑe aut abstulit sibi vitā aut damnificauit eū in aliquo membro. Si primo mō q᷑ vitā sibi restituere non p̄t tenetur sibi restitutionē facere q̄ȝtum est possibile in aliq̄ equalēti. et nō solū hoc sȝ si interfect⁹ sustētabat aliq̄s scȝ p̄rem ꝟ matrē vel ꝓpinq̄s tenet᷑ īterficiēs oīb⁹ ill᷑ ad tantā restitutōȝ q̄ȝtū illis abstulit ꝑ īterfectōȝ occisi.

Si aūt damnificauit eum in aliquo membro scz mutilatione enormi vel nō enormi cōmuniter non est restitutio ī ecclesia statuta nisi pecuniaria et illa debet corespōdere damno nō solū qd incurrit quis p mutilationē sed etiā in expensis appositis in curatione. De secūdo articulo dico q tripliciter pt quis aliū infamare. Uno modo falsuz crimē publice imponendo. Secūdo modo verū crimē sed occultū nō seruato iuris ordine publice ꝓponēdo. Tercio modo verū crimen sed occultum in publico sibi impositū negando. qz in hoc negās notat imponentē de calumnia. In primo casu dico q oportet restituere famā simpliciter retractando verbum suum et qd sibi imposuit. et hoc ita in publico sicut sibi imposuit. qz alias nō seruaret iusticiā de reddendo, p̄rimo qd suum est. In secundo dico q nō tenetur retractare verbū suū quod ꝓposuit in publico. qz hoc faciendo mentiretur si illud quod ꝓposuit fuit verū. quia nō tenetur mētiri ꝓpter quodcūq bonū reddendo alteri. sed tenetur aliquo modo licito reddere famā per talia scz verba. Nō credatis eū talem esse qualē dixi vobis eum esse. In tercio dico q simpliciter nō tenetur retractare negationē suā quā negauit in publico verum crimen sibi impositū. quia nō tenetur statim quicūq in iudicio cōfiteri se esse reū nisi sit cōiunctus. tenetur tamē ꝑ quedā verba sobria restituere famā accusanti quē indirecte notauit de calumnia. dicēdo. nō habeatis eum ꝑ calumniatore. quia pie credo q habuit bonā intentionē in ꝓponendo. Ad argumentum in cōtrarium patet. quia restitutio faciēda est eo mō quo positū est supra.

In perfecte penitentie. Circa distinctiones. xvj. et. xvij. quero duas q̄stiones. Primo. vtrum remissio culpe et infusio gratie sint vna simplex mutatio. Secundo vtrū sit necessariū peccatori ad salutem cōfiteri omnia peccata sua sacerdoti.

Ad primā questionē sic ꝓcedit. Videt q remissio culpe et gratie infusio ꝓbatio generatio et corruptio sint due mutationes propter quatuor terminos scz duas priuatōnes et duas formas. sed remissio culpe ē corruptio peccati qd infuit et infusio gratie est generatio quedā ī esse gratuito. ergo. Contra. distincte mutationes habent aliquē ordinem prioritatis et posterioritatis. sed expulsio culpe et infusio gratie non habent talem ordinem prioritatis et posterioritatis. g. ꝓbatio minoris. quia si expulsio culpe esset prior natura infusione gratie sequeretur q in illo priori esset amicus et nō amicus. quia nō habet gratiā sine q̄ nullus est amicus. Ad istā questionē diuersimode dicit. sed dico illud qd melius capio. et pono tres ꝯclusiones. Prima cōclusio est q remissio culpe et infusio gratie nō sunt vna mutatio. Secūda q remissio culpe et infusio gratie nō sunt due mutatōnes reales. Tercia q infusio gratie et remissio culpe se habet sicut relatio rationis et actio realis. Prima cōclusio ꝓbatur sic. Idem sim-

pliciter nō potest plurificari et non
plurificari. sed remissiones culparū
sunt multe vel possunt esse multe qñ
nō est nisi vna infusio gratie. Secun
do sic. Idem nō separat̄ ab eodem
seu a seipo. quia idem simul esset et
nō esset. sed remissio culpe et infusio
gratie possunt ab inuicē separari. er
go ꝓbatio minoris. posset enī in sta-
tu innocentie in genere humano (et
ita factum est in angelis qui nō pec
cauerunt) gratia infundi absqꝫ alicu
ius culpe remissione. Similiter pōt
culpa remitti absqꝫ hoc ꝙ gratia in
fundatur. posset enī deus de poten-
tia sua absoluta creare hoīem in pu-
ris naturalib⁹ sine culpa et sine gra
tia. Tercio sic. nō est vna mutatio de
termino ad terminū nisi illa sint for
maliter repugnātia. sed culpa ⁊ gra
tia nō sunt formaliter repugnantia
ergo. Minor ꝓbatur. quādo aliqua
sunt formaliter repugnātia qd̄ p̄t su
per vnū potest super reliquū vel af-
fectiue l' defectiue. sꝫ volūtas creata
p̄t effectiue l' defectiue sup culpā. g̊
si gratia et culpa formalit̄ repugnāt
posset effectiue sup gratiā quod fal-
sum est. Quarto sic. vna mutatio nō
est ad formā positiuā nisi a propria
priuatione eius. sed culpa nō est pro
pria priuatio gratie. quia vnica gra
tia nō habet nisi vnicam priuatōem
Multe enim sunt culpe hoc mod ovt
dictum est in prima ratione. igitur
remissio culpe et infusio gratie non
sunt vna mutatio. Secūda cōclusio
ꝙ scꝫ remissio culpe et infusio gratie
nō sunt due mutationes reales ꝓba
tur sic. Infusio gratie est mutatio
realis. sed remissio culpe nō est mu-
tatio realis. ergo ꝓbatio minoris.
Obligatio ad penam ꝓ culpa cōmis
sa nō est aliquid reale in anima post
actū preteritū sed est tm̄ relatio rō-
nis in obiecto volito vt volitum est.
ergo remissio q̄ est ab ista obligatio-
ne ad nō obligationē nō est mutatio
realis. Antecedens patꝫ supius dis.
xiiij. q. j. arti. j. Cōsequētia declarat̄
quia nō est mutatio realis nisi sit in
terminū positiuū realē ⁊ priuationē
realē. Cōtra istud instatur. qꝛ nō est
transitus de cōtradictorio in ꝯtra-
dictoriū sine aliqua mutatione. sed
quādo peccatori dimittit̄ culpa est
transitus de cōtradictorio in ꝯtra-
dictorium. ergo est ibi vera mutatio
Maior patet. qꝛ si nulla est mutatio
nulla est ratio quare magis vna ps
cōtradictionis est vera q̄ꝫ alia. Rñº
cōcedo maiorē ꝓprie accipiendo trā
situm. sed hic nō est ꝓprie transitus.
sed voluntas dei ꝓ illo instanti pro
q̊ peccat iste vult istū eē puniendū ꝓ
alio aūt instanti vult eum nō esse pu
niendum eadeꝫ voluntate immobili
permanente. Tercia ꝯclusio ꝙ re
missio culpe et infusio gratie se ha-
bent sicut relatio rōnis et actio rea-
lis. Ista cōclusio patet ex duab⁹ cō
clusionibus precedentibus. habetur
enim ꝙ infusio gratie est actio rea-
lis siue sit de genere qualitatis siue
de genere relatiōis vt diuerse diuer
simode sentiūt. Ex ꝯclusione aūt p̄-
cedenti habet̄ ꝙ remissio culpe est re
latio rationis. Ad argumentū in
cōtrariuꝫ dico ꝙ nō est simile de cor
ruptione forme et remissione culpe.
vt patet ex dictis.

AD secundā questioneꝫ sic
ꝓceditur. Videt̄ ꝙ nō sit
necessariū ad salutē pec-
catori cōfiteri oīa pecca-
ta sua sacerdoti. quia dicit Cassiod.

sup illud ps. Dixi cõfitebor aduersũ me ⁊c. Magna misericordia dei ad solã pmissionẽ dimittit peccata. Cõtra est Ambro. et habet in litera dicens. Non pt quispiã iustificari a peccato nisi fuerit ante cõfessus.

In ista questione sunt tria vidẽda. Primo quo pcepto tenet peccator peccata sua cõfiteri sacerdoti. Secũdo quid istud pceptum includit de cõfessione. Tercio quid circa illud pceptum ecclesia vlterius explicauit

Quantũ ad primũ premitto pmo distinctionẽ vnã. Secũdo formabo cõclusiones. Distinctio est ista ꝙ triplex est ius. scz ius nature. ius positiuũ diuinũ. et ius positiuũ ecclesie. Ius aũt nature sumit large et stricte. Stricte quidẽ ius nature est illud cuius veritas practica nota est ex tali principio sit noto ex terminis Ius aũt nature large vel de iure nature est verũ practicũ cõsonũ principijs et cõclusionib⁹ legis nature intantũ ꝙ statim notũ est oĩbus illud ꝯuenire tali lege. Ius aũt positiuũ diuinũ vel de lege positiua diua sũt vel q̃cũqȝ ꝯtinent in scptura p tpe q̃ sunt obseruãda sic fuerũt ceremonie iudeoꝝ p tpe legis mosaice. et sicut sunt cerimonie xpianoꝝ p tpe legis euãgelice. Ius aũt positiuũ ecclesiasticum vel de iure positiuũ ecclesie sunt aliq̃ obseruãtie honeste in moribus pter reuerentiã maiorẽ in suscipiendo sacramẽta q̃s obseruantias addidit eccĩa vltra ius diuinũ scriptũ. Ad ꝓpositũ pono tres ꝯclusiones. Pria ꝙ ꝯfessio nõ cadit sub pcepto legis nature. Scõa ꝙ ꝯfessio nõ cadit sub pcepto positiuo ecclesie. Tercia ꝙ ꝯfessio cadit sub precepto positiuo diuino. Pria ꝯclusio pbatur. quia si cõfessio esset sub pcepto legis nature tũc ista obligatio fuisset p tpe cuiuscũqȝ legis qđ est falsũ igit cõfessio nõ cadit sub pcepto legis nature. Cõtra istã ꝯclusionem obijcit. Hec est nota naturaliter ꝙ q̃libet reus debet iudicari. Etiã est notũ naturaliter ꝙ null⁹ debet esse iudex in causa ꝓpria. g̃ debȝ iudicari p aliũ. sed nõ pt iudicari p aliũ nisi accuset. si aũt peccatũ suũ est occultũ nõ pt accusari nisi a seipo. g̃ debȝ seipm accusare alteri a q̃ iudicetur. Pȝ magis est ꝯsonũ rõni ꝙ in secreto se accuset q̃ȝ in publico si pccm est occultũ. et tũc nulli rõnabili⁹ q̃ȝ sacerdoti. Ad istã instantiã ꝯcedo deductionẽ. qꝛ iste iudicand⁹ ẽ ab alio sed q̃s est ille ali⁹ nõ est notũ p rõem naturalẽ nisi de deo q̃ est retributor meritoꝝ et punitor peccatoꝝ. et cũ dr vltra ꝙ ille alius nõ pt iudicare nisi fiat sibi accusatio. cõcedo. sȝ ex hoc nõ plus habet nisi ꝙ debȝ seipm accusare deo. et hoc nõ est negandũ Scõa ꝯclusio scz ꝙ ꝯfessio nõ cadit sub pcepto positiuo eccĩe pbat. quia tũc papa nõ teneret ꝯfiteri. qꝛ ñ habet imperiũ par in parẽ vt pȝ extra de re. iur. c. ıȷrij. Preterea quõ ecclesia attemptasset imponere tã graue iugũ xpianis sicut est ꝯfessio nisi haberet ex lege diuina. Cõtra hoc obijcit dupliciter. Primo qꝛ glosator decretoꝝ de pe. dist. v. mouens istã questione dicit ꝙ meli⁹ est dicere pñiaȝ institutã quadã vniuersali traditione ecclesie q̃ȝ ex aliqua auctoritate noui vel veteris testamẽti Secũdo qꝛ videt hoc statutũ p ecclesiã. ex de pe. et re. oĩs vtriusqȝ sexus

Respondeo ad primũ salua reueren
tia glosatoris irrationabiliter loq̃/
tur. quia dicit et nõ ꝓbat. dicit enim
illud statutũ esse ecclesie et nullũ ca
pitulũ addit ad hoc. Irrationabile
enim esset vni theologo dicere aliq̃d
esse statutũ ex canone biblie et nõ ꝓ
bare ꝑ bibliam. Similiter secunduꝫ
nõ valet. quia illud statutũ fuit tem
pore Innocentij tercij qui tamẽ lo/
cutus est Aug. ꝑ multos annos in li.
de vera et ficta penitẽtia. Tercia
cõclusio videlicet ꝙ confessio cadit
sub p̃cepto positiuo diuino ꝓbatur
ꝑ illud Joh. xx. Quorũ remiseritis
peccata ⁊c̃. Ex hoc vno mõ arguitur
sic. Hic est data omnibus sacerdoti
bus et apostolis potestas dimittẽdi
peccata sed nõ principaliter. qꝛ hoc
est ꝓprium dei. igitur ministerialiter
et arbitrarie. sed nõ potest arbitra/
ri in causa ignota. ergo debꝫ eis esse
causa manifesta in qua debeant ar/
bitrari. sed ista manifestatio est con
fessio. igitur ex ista collatõne pote/
statis arbitrarie sacerdotibus vt in
notescat ip̃is causa peccati obligat̃
peccator ad accusandũ se eis tanq̃
arbitris. et illud est confiteri. Scdo
ex eadẽ via sic arguit̃. Quicũqꝫ ami
sit primã gratiã tenetur illã recupe
rare de necessitate huius p̃cepti. di/
liges dñm deum tuũ. ergo q̃ntum in
se est debet agere ad recuperationẽ
gratie. et etiẽ in virtute illius prece
pti. diliges teip̃m. Sꝫ iste peccator
ĩ peccato mortali amisit primã gra
tiam et p̃t recuperare eam suscipien
do sacramentũ penitẽtie ab illo ar/
bitro. quia istud institutũ, est vt re/
medium efficax ad recuperandã pri
mam gratiaꝫ ex verbo preallegato.

Quorũ remiseritis peccata ⁊c̃. ergo
cõcluditur necessitas cõfessionis ex
illo verbo euangelico et ex illo adiũ
cto. diliges dñm deũ tuũ. Videtur
igitur tenendũ ꝙ cõfiteri sacerdoti
est de iure positiuo diuino. De se
cundo articulo scꝫ quid istud prece/
ptum includat. Respondeo ꝙ inclu
dit quis quid cui quãdo et qualiter
debet cõfiteri. Debet enĩ cõfiteri q̃
libet adultus et habens vsum rõnis
et cognoscens peccatũ quod cõmi/
sit. Per adultũ aũt nõ intelligo de/
terminatã etatẽ. quia ĩ tali casu ma
licia supplet etatẽ. Cõtinet aũt hoc
p̃ceptũ quid peccator dꝫ ꝯfiteri. qꝛ
peccatũ mortale et circumstantias
peccati mortalis. Cõtinet etiã istud
preceptũ cui peccator debet cõfite/
ri quia sacerdoti. solus enĩ sacerdos
habet potestatẽ ligandi et soluendi.
Cõtinet etiam hoc preceptũ quãdo
peccator debet cõfiteri. quia quãdo
cunqꝫ est in periculo mortis. Quili/
bet enim quãdo imminet periculum
damnationis debet se ad mortem p̃
parare. Istud aũt nõ solũ est in in/
firmitate mortali sed etiã quãdo ag
greditur actus arduos sicut duellũ
vel mare vel actus alios solennes ꝓ
pter reuerentiã. Cõtinet etiã quali/
ter peccator debet cõfiteri. qꝛ cũ di
splicentia peccati cõmissi et cũ ꝓpo/
sito abstinendi a peccato et obediẽ/
di ecclesie in satisfactione pro isto
peccato. Verum quidẽ est ꝙ preter
istas cõditiones requirũtur plures
alie et includendo istas ⁊ alias sunt
xvij. quarũ alique sũt necessarie sim
pliciter. alie nõ simpliciter necessa/
rie. et includunt̃ in his versibus. Sit
simplex humilis ꝯfessio pura fidelis

Atq3 frequens nuda discreta libens verecunda. Integra secreta lachrymabilis accelerata. Fortis et accusans & sit pere parata. Sit inquit simplex vt nihil admisceatur cũ eis que requirũtur ad peccatorum quãtitatẽ. Sit etiam humilis interius et exterius verbo et signo. Sit etiam pura id est cum recta intentiõe facta. Sit etiam fidelis et vera vt nihil admisceatur de falsitate. Item frequens quia frequenter confiteri est vtile. Sit etiam nuda id est non obuoluta verborum obscuritate. Sit etiã discreta vt grauius peccatũ cum grauiori pondere cõfiteatur. Item sit etiã libens id est cum voluntate & sine necessitate. Sit verecunda vt verecundetur de peccatis ꝯfessis actu. Sit etiam integra id est sine partitione et diuisione peccati. Sit secreta quia ibi agitur de secretis ꝯscientie Sit lachrymabilis ad minus cũ cõpunctione interiori. Sit etiam accelerata. quia peccatum quod per penitentiã cito non diluitur mox suo põdere ad aliud trahit secundum Gregoriũ. Sit fortis id est cum proposito non recidiuandi. Sit etiã accusans id est culpam suam non retorqueat in alium sicut adam qui dixit. mulier quã dedisti mihi sociam &c. Geneß. iiij. Vltimo sit parata parere id est obedire. Ex predictis potest etiã patere tercius articulus scilicet quid circa sacramentũ penitentie explicauerit ecclesia. nam dicit explicite quod continebat preceptum diuinũ implicite. scilicet quis quid cui qñ et qualiter debet fieri confessio. vt patet extra de penit. et remis. c. Omnis vtriusq3 sexus. Nam quantum ad illos qui tenentur confiteri dicit sic. Omnis vtriusq3 sexus fidelis postquã ad annos discretionis peruenerit. Quantum ad aliud videlicet quod tenetur ꝯfiteri dicitur ibidem. omnia peccata sua. quod intelligo de mortalibus et nõ de venialibus. quia penitentia est tabula ꝯtra naufragium sed ex peccato veniali nullus patitur naufragium. Quantum ad aliud scilicet cui debeat confiteri dicitur ibidem quod proprio sacerdoti. per proprium autem sacerdotẽ non intelligo precise curatum sed etiam priuilegiatum alias priuilegia essent frustra. Quantum ad aliud scilicet qñ dicitur ibidem quod semel in anno. et hoc nõ simpliciter. sed quotiens periculum mortis imminet vt in precedẽti articulo dictum est. Et si dicas quod hec specificatio est relaxatio. quia prius tenebatur statim ꝯfiteri habita oportunitate ꝯfessoris. nunc aũt nõ tenetur ex quo nõ tenetur nisi semel in ãno cõfiteri. Rñº. vtrũq3 est dubiũ quibusdam dicẽtibus quod tenetur statim ꝯfiteri habita oportunitate cõfessoris et tũc et nũc. quibusdã dicẽtibus aliter. Puto tñ quod esset distinguendũ. quia peccator aut est religiosus aut secularis. Si religiosus cũ eius vita tota sit vita penitentie statim tenetur cõfiteri. si secularis sufficit sibi tenere statutũ ecclesie cum ꝯtritiõe et proposito ꝯfitendi. Quantũ ad aliud scilicet quõ vel qualiter debet ꝯfiteri dicitur ibidẽ in eodẽ. c. fideliter ꝯfiteatur. id est integre. alias ficta esset penitentia. Ad argumentum in cõtrarium dico quod ista cõtritio de qua loquitur Cassiodorus habet propositum cõfessionis secuture. et sic non

deletur pcc̄m sine ꝓposito ꝯfitendi.
qd̄ ptz ꝑ finē eiusdē autoritatis vbi
subditur. votū ꝑ ope iudicatur ꝓ cō
fessione futura.

H Ec queri solz
Circa distinctōes. xviij
et. xix. quero tres q̄stio-
nes. Primo vtrū cuilibz
sacerdoti in susceptōe ordinis sacer
dotij dētur claues regni celoꝝ. Se-
cūdo vtrū ptās clauiū tm̄ se extēdat
ad penā tp̄alem. Tercio vtruz ptās
clauiū se extēdat ad excōicatōez ita
ꝙ recte quis possit excōicari.

AD primā questionē sic ꝓ-
ceditur. Vidr̄ ꝙ in susce-
ptōe sacerdotij nō ꝯferāt̄
sacerdoti claues regni ce
loꝝ. qr̄ de xp̄o dr̄ Apoc. iij. Claudit
et nemo apit. apit ⁊ nemo claudit.
ḡ solus xp̄us habz claues. Contra
Math. xvj. ꝓmittitur petro et alijs
sacerdotibus. Tibi dabo claues re-
gni celoꝝ. In questiōe ista quinqꝫ
sunt notanda. Primo ꝙ in ecc̄ia est
vna clauis apud sacerdotē q̄ est po-
testas sentētiandi. Scd̄o ꝙ in ecc̄ia
est vna clauis apud sacerdotez q̄ est
ptās ꝯgnoscēdi. Tercio ꝙ hec ⁊ ilia
nō sunt vna clauis sz alie. Quarto q̄
liter hn̄s istas claues p̄t exire in a-
ctū eaꝝ. Quinto si p̄ter illas in ecc̄ia
est aliq̄ alia clauis. De p̄mo dico
ꝙ nomē clauis translatū est a corꝑa
libus ad sp̄ualia ſm aliquā silr̄tudi-
nē. ſm illud p̄hi. Oēs transferentes
ſm aliquā silr̄tudinē se transferunt.
Clauis aūt est instrumentū ad remo
uendū obstaculū ne aliq̄s in domuz
ingrediat̄. Ideo quelibz virtus siue
ptās remouēs obstaculū introit⁹ in
regnum celoꝝ p̄t dici clauis. Sed
cū sit triplex obstaculū intrādi in re
gnū celoꝝ triplex erit clauis. Est enī
obstaculū primū debitū eterni sup-
plicij ꝓpter mortale pcc̄m ꝯmissuz et
hoc solus deus remouet. Aliud ē ob
staculū scz debitū solutōis p̄cij. et h̄
solus xp̄us in passione sua remouit.
Terciū obstaculū est debitū pcc̄i di-
missi quo pcc̄or obligatur ad penam
tp̄alē. et hoc p̄t remoueri ꝑ illū q̄ p̄t
penas taxare. et talis est sacerdos.
ḡ apud sacerdotē clauis huiōi reser
uatur. Ex hoc hētur ꝙ triplex est cla
uisuis scz autoritatꝭ excellētie ⁊ mi
nisterij. Prima ꝯuenit deo. scd̄a cri
sto. tercia sacerdoti. De scd̄o arti
culo dico ꝙ ptās sententiādi accipi
tur tripliciter vt stati dictū est. s. ꝓn
cipaliter vt in deo. excellenter vt in
xp̄o. ministerialiter vt in sacerdote.
Sic ptās ꝯgnoscendi p̄ncipaliter ē
in deo. excellēter in xp̄o. mīsterialit̄
in sacerdote. Et ꝙ in sacerdote sit
ista ptās ꝓbatur. Quicūqꝫ habz po-
tentiā sententiādi aliquā cāz habet
potentiā discernēdi in eadez cā. lo-
quor de ꝯūi lege. sz sacerdos hz po-
tentiā sententiādi in cā pcc̄i. et p̄ce
denti articulo. ḡ habet potentiā co-
gnoscendi de eadē cā. Sz diceres
quid est ista clauis ꝯgnoscēdi vel sci
entie. Ig̃r dicit in l̄ra ꝙ est aliqua
sciētia actualis vel habitualis aut
discretio quedā vt ptz. j. c. di. xix. Sz
alijs vidr̄ oppositū ꝙ sicut ptās iu-
dicādi nō est iusticia imo p̄t esse sine
iusticia. ita ptās cognoscēdi non est
scīa imo est sine scīa sicut de facto
in multis hodie est sacerdotibus vū

ista ptās nō dicit habitū sʒ officiū di scernēdi. Ista fuit opinio ꝑpositini quam hodie doctores communiter sequuntur. De tercio articulo dicunt quidaʒ ꝙ iste claues sunt idem cum caractere sacerdotali et tūc esset facile videre quomodo ꝯferūtur cuilibet sacerdoti in eius ordine sicut caracteres. Sed ꝯtra hoc arguitur sic. Ille sunt distincte potestates quarum vna ꝑt esse sine alia. sed potestas ꝯficiendi corpus christi siue caracter sacerdotij vt est ad cōficiendum corpus christi ꝑt esse sine illa ptāte que includitur in clauibus ergo. Minor probatur. quia sic fuit in apostolis in cena qn̄ dicebatur eis. hoc facite in meam ꝯmemorationem. vbi data est eis potestas conficiendi eucharistiam. potestas aūt clauium data est eis post resurrectionem. Johannis. xx. Quorum remiseritis ꝛc̄. Cōfirmatur. quia episcopus ordinādo sacerdotes primo dicit eis. Accipite potestatē ꝯficiendi vel celebrandi missam. et quibusdam interpositis imponit manū super caput eorum dicens. Accipite spiritum sanctum ꝛc̄. Dico ergo simpliciter ꝙ sunt due claues. ita ꝙ absolute verū est illud verbum christi. Tibi dabo claues regni celorum.

De quarto scilicet qualiter hn̄s istas claues ꝑt exire in actum earuʒ. Dico potentia actiua est duplex scʒ ꝓpinqua et remota. vt ꝑtʒ. ix. meth. et. ij. de anima. Potentia actiua ꝓpinqua est illa cui statim correspondet passiua vt nullo ꝓhibente possʒ exire in actum. Potentia autē actiua remota non habet istam nō enim statim correspondet sibi potentia passiua vt possit exire in actum.

Ad ꝓpositum dico ꝙ alia est potestas ꝯficiendi et alia potestas absoluendi. Ptās enī ꝯficiendi statim habet materiam in natura scʒ panē triticeum. et hec est potestas nō impedibilis. Unde qn̄cunqȝ sacerdos attētat facere ꝭ qd̄ eccl̄ia fac̄ in materia determinata tenendo formam debitam vere conficit. et ideo dicitur potestas ꝓpinqua. Sed ptās absoluendi nō sic. Non enim statim ex ordine habet potentiā passiuam sibi correspondentē. sed oportet sibi aliquem subditum dare in quem habeat iurisdictionem. qꝛ sententia lata a non suo iudice nulla est. Sic ergo habens istas claues non potest exire in actum earum nisi supra materiam debitam. De quinto articulo scilicet si preter istas claues est alia clauis in ecclesia. Dico ꝙ sic. quia in ecclesia est duplex forus. vnus secretissimus in quo idem est actor et reus. et ad istam pertinent claues predicte. Alius est forus publicus. qꝛ ecclesia habet auctoritatem corrigendi peccata publica. et ita requiritur duplex auctoritas correspondens duplici foro predicto. Iste autem auctoritates pertinentes ad forum publicū sunt due claues de quarum potestate habetur Mathei. xviij Si peccauerit in te frater tuus. Sequitur. Dic ecclesie. Si ecclesiaʒ nō audierit sit tibi velut ethnicꝰ et publicanus. Et sequitur. Amen dico vobis quecunqȝ ligaueritis suꝑ terram erunt ligata et in celo. Ex isto patet ꝙ iste claues non sunt eedem cum prioribus. qꝛ ꝑn̄t ab illis separi sicut statim melius patebit in. iij. q.

Ad argumentum in ꝯtrarium pa
tet ꝙ ista autoritas nō debet intelli
gi de claue ministeriali ſꝫ de princi
pali que ꝯpetit deo et etiam christo
vt expositū est in primo articulo.

AD scd̄am questionē sic ꝓ
ceditur. Videtur ꝙ ptās
clauiū non se extendat ad
penā tꝑalem. Quia si sic.
aut esſꝫ ad remittendū illā aut infli
gendum. Non ad remittendū. qꝛ ꝑ
frequētes absolutōes posset tota pe
na debita ꝓ peccato remitti. et sic
apud quemcūqꝫ sacerdotē esſꝫ ptās
absoluendi a culpa ⁊ pena ꝑ frequē
tes absolutōes qd̄ est inconueniens
Nec extendit se ad infligendū. quia
tūc quilibet penitēs teneretur im
plere quamlibꝫ penā iniunctā sibi a
sacerdote. qd̄ est falsum qn̄ iniungit
penitentiā indiscretā. Cōtra. ista
ptās clauiū ad aliquid se extendit.
sed nō ad aliud q̄ȝ ad penā tꝑalem.
ergo. ꝓbatio minoris. qꝛ non ad re
missionem culpe nec pene eterne. qꝛ
hec duo ſm magistrū competūt soli
deo. ergo nō extendit se ad aliquid
aliud q̄ȝ ad penā tꝑalem. In ista
questione sunt varij modi dicendi ſꝫ
breuiter pn̄t reduci ad q̄ttuor et ſm
hoc pn̄t esse in questiōe articuli qua
tuor. Vnꝰ modus dicendi est quē
recitat mgr̄ in lr̄a. ꝙ sacerdos absol
uit a pena eterna. Quā opinionem
mgr̄ in lr̄a improbat. ideo sic impro
batam relinquo. Alius modus di
cendi est ꝙ sacerdos non absoluit a
pena ſꝫ a vinculo ꝯfessionis ligando
ad satisfactōem. Sꝫ istud nō valet.
qꝛ sacerdos in absoluendo nō dicit
absoluo te a ꝯfessione. ſꝫ absoluo te
a peccatis. et tunc quero. vel absol
uit eum a pcc̄is quantū ad penā vel
quantū ad culpā. ergo oportet plus
dicere eū. Alius modus dicendi
est ꝙ absoluit eum nō tm̄ a vinculo
ſꝫ etiā a pena purgatorij ligādo ad
penā satisfactoriā et nō absoluit ali
quā ꝑtem pene relaxando ſꝫ solū cō
mutando. Sed nec istud valet. quia
iste peccator post absolutōꝫ diuinā
nō obligat̄ ad penā purgatorij ma
gis q̄ȝ ad aliā. Hoc ptꝫ qꝛ tm̄ posset
cōteri ꝙ deus totū dimitteret ⁊ sta
tim euolaret. ergo nō oportꝫ ꝙ illaꝫ
ꝯmutaret. Quartus modus dicē
di quē teneo est ꝙ sacerdos aliquaꝫ
ꝑtem pene absoluēdo dimittit ex vi
clauiū. Et hoc sic possumus intelli
gere. Vniuerse vie dn̄i miſcd̄ia et
veritas. Ideo in iustificatōe que est
opus miſcd̄ie miſcd̄ia dn̄i remittit
culpā et iusticie regulā nō preterit.
adhuc tn̄ iusticia diuina tenet eū ob
ligatū ad penam. ſꝫ diuina miſcd̄ia
preuidit et statuit arbitriū sacerdo
tale cui dedit ptātem arbitrandi et
remittendi aliquā ꝑtem pene ex vir
tute passionis xp̄i. Quāta autem sit
ista ꝑs non est nr̄m determinare sed
solius dei. Sꝫ occurrit hic vnum
dubiū. Si enī sacerdos remittit ali
quid de pena vt dicis. ergo ꝑ absolu
tiones iteratas posset sacerdos di
mittere totā penā qꝛ absolutio scd̄a
est eiusdem rōnis cū prima. ergo po
test eandē virtutē habere respectu
alicuius partis pene remittende.
Hic dr̄ vno modo ꝙ nō sequitur. qꝛ
nō sꝑ fit relaxatio ſm ꝑtes eiusdē ꝓ
portionis. Nō autē est ꝓcessus ſm
ꝑtes eiusdē ꝓportōis ꝑt esse ꝓcessus
in infinitū. Alio modo dicit̄ ꝙ scd̄a

absolutio virtute clauiũ nullã ꝑtem
pene remittit. q2 iudiciũ semel latũ
sine errore deus ratificat in celis sic
ꝙ est irreuocabile. g̊ rõnabile est ꝙ
sic ratificetur ꝙ sit irreuocabile nõ
dico ꝙ illicitũ vel impossibile sit ite
rari ſʒ tñ cum fructu isto quẽ nũc ha
bet nõ est iterabile.

Ad terciã questionẽ sic ꝓ/
ceditur. Vid̃r ꝙ null⁹ de
beat vel possit excõicari.
q2 excõicatio est seꝑatio
a cõiõne fideliũ. ſʒ seꝑatio est cõtra
charitatẽ. g̊. Cõtra. j. ad Corĩñ. vl
ti. Qui nõ amat dñm iesum xp̃m ana
thema sit. In ista q̃stione sunt tria
videnda. Primo an aliq̃s possit ex
cõicari. Scd̃o a quo possit excõica/
ri. Tercio ꝓ quo dʒ excõicari. De
ꝑmo dico ꝙ sic. q2 sicut in corꝑe na
turali est. sic suo mõ est in corꝑe mi/
stico. Ita enĩ arguit ap̃lus ad Ro.
xij. Sicut in vno corꝑe multa mẽbra
hẽmus ⁊c̃. ſʒ in corꝑe naturali mem
brũ putridũ abscinditur. g̊ in corꝑe
mistico. Sʒ ista abscisio est ꝑ excõi/
cationẽ. g̊. De scd̃o articulo scʒ a
quo possit excõicari. Dico ꝙ in hoc
vid̃r esse ↄtrouersia inter doctores.
quidã dixerũt ꝙ ptãs excõicandi so
lũ ep̃is ↄuenit. Alij dixerũt ꝙ nõ so
lũ ep̃is ſʒ etiã archidiaconib⁹ ⁊ ab/
batibus ⁊ alijs p̃latis. Tercij dixe/
rũt ꝙ hoc ↄpetit his et etiã ꝓchia
libus sacerdotibus. Sʒ p̃t dici ꝙ
ptãs que est in ecc̃ia xp̃s eam ↄtulit
ap̃lis ⁊ p̃cipue ap̃lo petro. Ista au
tẽ ptãs est duplex. vna est in foro pe
nitẽtiali. alia in foro iudiciali. Pri/
ma ptãs respicit legis ordinẽʒ. scd̃a
prelatorʒ. Scd̃m primã par p̃t absol
uere parẽ. Sʒ ſm scd̃am par nõ p̃t li
gare parẽ nec suꝑiorẽ. Prima ptãs
qñ collata est petro vt sacerdoti de
scendit in oẽs sacerdotes q̃uis oẽs
nõ habeãt executionẽ. Scd̃a aũt po
testas q2 collata est petro vt p̃latus
est descẽdit in oẽs ꝑsonas ecclesia/
sticas q̃ hñt p̃latorʒ ⁊ iurisdictorʒ. et
qñq3 iurisdictõeʒ hñt nõ solũ claues
primas hñtes in foro penitẽtiali. ſʒ
etiã nõ hñtes vt archidiaconi et ali/
qui capitulares. et forte aliqui alij
vel ex iure vel ex ↄsuetudĩe ideo p̃nt
excõicare. De tercio artic̃lo scʒ ꝓ
quo quis debeat excõicari. Dico ꝙ
duplex est excõicatio. Vna inflicta
a iure. alia inflicta a iudice. Prima
est p̃seruatiua. scd̃a ẽ curatiua. Pri
ma fit ꝓpter euitandã culpã ad p̃ser
uandã libertatẽ ecc̃iasticam. Scd̃a
aũt infertur ꝓpter ↄtumaciã. Ideo
dʒ monitio p̃mitti vt sic de ↄtuma/
cia excõicetur. Et sic iudex nullũ dʒ
excõicare nisi ꝓ pcc̃o mortali et non
ꝓ quocũq3 pcc̃o mortali ſʒ ꝓ pcc̃o cõ
tumacie vel cui ↄtumacia ↄnexa est
vt ptʒ. xj. q. iij. Absit. Sʒ notãduʒ
ꝙ q̃tuor modis hm̃õi ↄtũacia incur
ritur. scʒ qñ sufficiẽter vocat⁹ ad iu/
diciũ nõ venit nec remanẽdi habʒ le
gitimã cãm. xxiiij. q. iij. de illicita.
Itẽ scd̃o qñ venit tñ rñdere ↄtẽnit.
vt. xj. q. iij. c. certũ. Itẽ tercio ante/
q̃3 debeat discedit. vt ptʒ in. c. p̃alle
gato. Itẽ quarto qñ sñïe nõ obedit
ij. q. vj. quisquis. Ad argumentũ
in ↄtrarium dico ꝙ ↄũio triplex est.
Quedã oĩno spũalis. et hec est quan
tũ ad dilectorʒ interiorẽ. Quedã cor
poralis in exteriori ↄuersatõe. Que
dã est medio mõ se hñs in sacramen/
toꝝ ꝑcep:õe. Dico igitur ꝙ a prima
ↄũione nullus debʒ excludi. A scd̃a

vero et tercia pt et debz excludi. nec ista exclusio est ɔtra charitatem.

Sciendum est circa distinctões. xx. et xxi. quero tres questiões. Primo vtruz penitẽtia in extremis valeat ad salutẽ. Scḋo vtrũ post hãc vitã possit aliqḋ pcc̃m dimitti. Tercio vtrũ ɔfessor in quocunqꝫ casu teneatur celare pcc̃m sibi in ɔfessione detectum.

Ad primã questionẽ sic ꝓceditur. Videtur ꝙ penitentia in extremis nõ valeat ad salutẽ. qꝛ Aug⁹. in quodam sermone vt ponit̃ in lr̃a loquẽs de sic penitẽte. Nõ ꝑsumimus inqt ꝙ bñ hinc exit. Contra Aug⁹. de vera et falsa penitẽtia dicit. Multũ fuit sera latronis penitẽtia. ſꝫ nõ fuit sera eius indulgẽtia. igitur penitẽtia in extremis valet ad salutem.

In ista questione pono duas cõclusiones. Prima est ꝙ penitẽtia in extremis valet ad salutẽ. Scḋa ẽ ꝙ penitẽtia raro est tãte sufficiẽtie ꝙ sufficiat ad salutẽ. Prima cõclusio ꝓbatur sic. In quocũqꝫ statu pt homo demereri in eodẽ statu pt mereri. sed in extremis homo pt demereri. ergo et cẽ. Et ꝑ ɔsequẽs valet penitentia etiã in extremis ad salutez. Confirmatur ꝑ Aug⁹. in de vera et falsa penitẽtia et ponitur in lr̃a. penitẽtia si in extremo vite aduenerit sanat et liberat. et ꝓbat ꝑ illud qḋ iam dictũ est arguẽdo ad principale de latrone cuius penitẽtia fuit in extremis. Itẽ idem Aug⁹. dicit et ponitur in lr̃a ꝙ dñs potens est in morte premiare et punire et iuuare sicut placet. qꝛ nõ est opus hoĩs sed dei fructuosa penitẽtia et inspirare pt eam qñcunqꝫ vult sua misc̃dia.

Scḋa cõclusio ꝓbatur sic. qꝛ vbi est maioꝛ ꝑturbatio fantasmatũ ibi est homo minus compos sui et min⁹ habꝫ vsum liberi arbitrij. ſꝫ in extremis est maxima ꝑturbatio fantasmatum. ergo tũc hõ est minus compos sui et minus habet vsum liberi arbitrij. Vbi aũt non est vsus liberi arbitrij ibi non videtur esse sufficiẽs penitentia ad salutez. Preterea. habitus viciosus quãto plus est aggrauatus tanto plus inclinat ad actus oppositos penitẽtie. ideo habitus viciosus in extremis inclinat ad actus oppositos penitentie. Hanc rõnem tangit Aug⁹. in lr̃a dicens. Cum filij quos illicite dilexit sint pñtes et vxoꝛ et mundus ad se vocet multos solet penitentia serotina decipere.

Preterea. Quanto aliquis min⁹ est dñs sui actus tanto requiritur intensioꝛ displicentia ad hoc ꝙ sit dispositio sufficiẽs ad deletionẽ culpe. Sed iste qui est in extremis minus est dñs sui actus interioꝛis. quia nullo modo est dñs sui actus exterioꝛis ad peccandum. ergo requiritur secũdum strictam iusticiã intensioꝛ motus displicentie ad iustificationem istius ꝙ ad iustificationez sani cum vix possit habere eque intensum. Et hanc rationem tangit Augustinus in littera. Age inquit penitentiam dum sanus es. si sic agis securus es quia penitentiaz egisti quando pec-

Age penitentiam dum sanus es si sic agis securus es quod penitentiam egisti quo peccare potuisti
Si vis agere penitentiam quando iam peccare non potes peccata te dimiserunt non tu illa

care potuisti. Si vis agere penitentiam quando iam peccare nõ potes tunc peccata te dimiserunt non tu illa. Ad argumentum in contrariũ dico ꝙ illa presumptio non concludit demonstratiue. qꝛ licet vt in paucioribus et difficulter valeat penitẽtia in extremis ad salutem tamẽ possibile est hoc euenire. Et ideo ibidez dicit Augustinus. non dico ꝙ saluabitur sed nec dico ꝙ damnabitur. qꝛ de neutro potest homo esse certus. ergo ꝛc.

Ad secundam questionem sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ post hanc vitam nõ possit dimitti aliquod peccatũ. Quia nullus moriens iustus potest postea peccare. igitur nec moriens in peccato potest postea resurgere. consequentia patet a simili. quia simile videtur pro aliquo statu posse peccare ⁊ posse resurgere a peccato. Contra est Magister in litera. et ꝓbat ꝑ illud Mathei. xij. Qui peccauerit in spiritum sanctum non remittetur ei nec in hoc seculo nec in futuro. Subdit magister. Ex hoc datur intelligi sicut sancti doctores tradunt ꝙ quedaz peccata in futuro dimittentur. Ista questio potest intelligi de peccato mortali vel veniali. Si intelligitur de peccato mortali adhuc dupliciter est dicendum. Quia vel queritur de peccato mortali confesso vel non confesso. et sic sunt tria videnda. Primo si potest aliquod peccatum mortale dimitti confessum. Secundo si potest aliqđ peccatum mortale dimitti non confessum. Tercio si potest aliquod peccatum veniale dimitti post hanc vitam. De primo dico. ꝙ potest peccatum mortale dimitti ꝯfessum et de facto dimittitur tale peccatuz pena soluta hic vel in futuro. quia nullus cũ debito pene beatificatur. Aut enim pene simul soluende sunt cum gloria aut post gloriam. sed neutro modo. Quia nec pena potest stare cum gloria nec succedere glorie. Ergo si quis alias est debitor pene oportet ꝙ prius soluat istam penaz pro peccato. Iste autem qui digne penituit in extremis non soluit dignam penam pro peccato de quo penituit. igitur istam soluet post hanc vitam. De secundo articulo. Si possit mortale peccatum non cõfessum ex certa scientia post hanc vitã dimitti. Dico ꝙ non. quia pro tali peccato non dimisso pena debita est pena damnatõnis eterne. sed ista pena non remittitur. De tercio articulo quantum ad peccatum veniale oportet videre que pena sibi correspondeat secundum dei iusticiam. Et dicitur secundum vnam opinionem ꝙ peccato veniali per se correspondeat pena eterna. per accidens pena temporalis. Primum probatur. Quia si quis damnetur pro mortali et habeat veniale pro isto veniali semper punietur alias in inferno posset esse redẽptio alicuius peccati. Sed non punietur a deo eternaliter nisi iuste pena eterna sibi deberetur. ergo. Secundum probatur. Quia peccatum veniale stat cũ charitate per quam homo ordinatur ad regnum et per consequẽs rõe illius pena pcc̃i venialis eit tpalis.

Contra primũ arguitur dupliciter. Primo sic. Cũ charitate nõ stat debitũ pene eterne. sʒ cum charitate stat pccm veniale nõ tñ post actum sʒ etiã actualiter ꝯmissum vt ptʒ ẽm oẽs. ergo pcc̃o veniali nõ debetur ꝑ se pena eterna. Probatõ maioris qꝛ ꝑ charitatẽ est aliquis dignus vita eterna. si igitur cũ hoc stat debitũ ad penã eternam. igitur simul dignus est aliquis vita eterna ⁊ pena eterna. qd̃ est impossibile. qꝛ nullus p̃t esse debitor pene ꝓ illo instãti ꝓ quo est ordinatus ad gl̃am. qꝛ tunc posset simul stare gloria ⁊ aliq̃ pena. Preterea scd̃o arguitur sic. Essentialis pena dãnatoꝝ nõ est pena sensus sʒ pena damni. illa autem necessario ꝯcomitatur quãlibʒ penã. qꝛ nulla pena p̃t stare cũ btitudine. Igit̃ debitũ ad quãcunqꝫ penã eternã includit debitũ ad penã damni eterni et ꝑ ꝯseqñs ad penã essentialẽ dãnationis. sʒ illa nõ correspondet veniali. g̃. Preterea pccm mortale ⁊ veniale sunt improportõnabilia in ratione offense vel malicie. qꝛ infinita venialia si essent nõ equarentur vni mortali in rõe offense. ergo pena ẽm iusticiã corrñdens pcc̃o mortali improportõnabiliter et in infinitũ excedit penã correspondentẽ veniali. Sʒ nõ improportõnabiliter ⁊ in infinitũ excedit intensiue. qꝛ quelibet pena ẽm intensionẽ finite excedit aliam vel exceditur ab alia. igitur hoc erit ẽm extensionẽ ⁊ ꝑ ꝯseqñs nõ debetur pcc̃o veniali pena eterna. Dico ergo ꝙ pcc̃o veniali siue hic puniendo siue in inferno siue alibi nõ debetur pena nisi tp̃alis nec ꝑ se nec ꝑ accidẽs. Quia ẽm se est talis offensa que ẽm se sufficiẽter punitur ꝑ penã tp̃alem. nec est inconueniẽs illã penã debitã veniali hr̃e terminũ in inferno. qꝛ et vere penitẽs primo ⁊ ptem penitẽtie impositã explens et añ totam expletã reciduãs in mortale et in illo mortali decedẽs ꝓ parte penitentie residua explenda soluet penã in inferno sʒ nõ nisi tp̃alem. et tñ nõ plus vid̃r de illo ꝙ̃ de primo. Et si obijcias ꝯtra. qꝛ sic in inferno erit redemptio. vt arguebat p̃cedẽs opinio. Dico ꝙ in inferno nulla erit redemptio illius pcc̃i ꝓ quo iste est damnatus. Sʒ ille nõ fuit damnatus ꝓ peccato veniali. qd̃ ptʒ. Nec fuit damnatus ꝓ illo pcc̃o de quo alias fuit ꝯtritus ⁊ ꝯfessus. qꝛ ꝓ illo debitũ pene eterne fuit ꝯmutatũ in debitũ pene tp̃alis. et ideo nõ valet. Ad argumentũ in ꝯtrariũ nego ꝯsequẽtiam. Ad ꝓbationẽ dico ꝙ nõ est simile. qꝛ peccare est libere agere et ꝓ statu vie. Resurgere aũt hoc est immunem fieri a pcc̃o nõ requirit libere agere etiam in via. ⁊c̃.

Ad terciã questionẽ sic ꝓceditur. Vid̃r ꝙ cõfessor nõ teneatur semꝑ celare peccatũ sibi in cõfessione detectum. qꝛ licitũ est vnicuiqꝫ renũciare iuri suo. sed ꝙ pccm teneatur secretũ hoc est de iure ꝯfitentis. ergo p̃t huic iuri renunciare. et ꝑ ꝯsequens sacerdos poterit tũc illud reuelare. In ꝯtrariũ sunt multe auctoritates scõꝝ. In ista questione sunt quatuor videnda ꝑ modum quatuor ꝯclusionum. Prima est. Celare pccm detectũ in ꝯfessiõe tenet̃ sacerdos de lege nature. Scd̃a ꝙ tenet̃ ad

hoc de lege dei positiua. Tercia q ad illud tenetur de lege ecclesie positiua. Quarta qn̄ et qualiter tenet̄ et de alijs circumstātijs ꝑticularib9

Primā ꝯclusionē ꝓbat quidā doctor sic. Quilibet de lege nature tenetur vitare mendaciū. maxime mēdacium ꝑniciosum. sꝫ si cōfessor proderet peccatorē ipē mentiretur mēdacio ꝑnicioso. ergo. Probatio minoris. Quicunqꝫ affirmat qd̄ nescit eo mō quo nescit mētitur. et si est in infamiā alicuius est mendaciū ꝑniciosum. sꝫ sacerdos reuelando peccatorem affirmat qd̄ nescit eo modo quo nescit. q2 affirmat vt hō et tn̄ nescit vt homo. q2 scit vt deus. et hoc est in infamiā illius. ergo. Aliter ꝓbatur a doctore subtili sic. De lege nature nullus deberet facere alteri qd̄ sibi nō vult fieri. sꝫ confessor nollet peccatū suum ꝑ aliquē prodi. ergo de lege nature ipse nō debet peccatū alicuius ꝓdere. Scd̄a cōclusio scꝫ q teneatur de lege positiua diuina. Probatur primo sic. Quilibet christianus tenetur nō dare occasionē alteri q reuocetur a lege cristi. sꝫ de ꝯfessione faciēda est lex christi. vt in supioribus ostensum est. g̊ quilibꝫ tenetur de lege xp̄i nō retrahere aliquē a cōfessione faciēda. Sꝫ reuelās cōfessionem occasione data retrahit alios a cōfessione. g̊. Scd̄o sic. xp̄us statuit arbitriū penitentie esse vltimū in terris quantū ad crimen ꝯfessum. g̊ peccat ꝯtra legē xp̄i quicunqꝫ aliquid in isto foro discussum deducit in alium forum. talis aūt estꝫ reuelans ꝯfessionē. g̊. Antecedens ptꝫ Math. xvj. Quodcūqꝫ solueris sup terrā erit solutū et in celis

Tercio sic. Dans occasionem peccādi mortaliter in exequēdo preceptū xp̄i peccat mortaliter. Sꝫ reuelans confessionē dat occasionē indebite exquēdi preceptū xp̄i de ꝯfitēdo. q2 dat sibi occasionē vt se laudet et alium vituꝑet. g̊. Tercia ꝯclusio q sacerdos tenetur de iure positiuo ecclesie tenere secrete pccm̄ sibi in cōfessione detectū. vt ptꝫ extra de pe. et re. Omis vtriusqꝫ sexus. vbi dicit̄. Caueat omnino sacerdos ne verbo vel signo vel aliquo quouis modo ꝓdat pccōrem. Et statim infra statuitur pena. Itē de pe. dist. vj. Sacerdos oīno caueat ne de eis qui ꝯfitentur pccā eoꝝ alicui reuelet. Et sequitur pena. Nā si hoc fecerit deponat̄ et oībus diebus vite sue ignominiosus ꝑmaneat. De quarta ꝯclusione oportet videre tria quis qn̄ ⁊ cui tenetur secretū celare. De primo scꝫ q̄s. Dico q nō solū ꝯfessor sꝫ ⁊ is cui confessor reuelat licꝫ illicite tenetur celare. q2 transferēs aliquid in aliū de facto nō plus iuris sibi dat q̄ꝫ ipē habeat. sed ꝯfessor reuelās nō habet ius transferēdi illud in aliū. ergo si de facto transferat ille alius nō habebit ius transferēdi. Idēꝫ dico de illo qui audiuit confessionēꝫ dolose vel inuidiose vel causaliter. Sꝫ qn̄ dico q semꝑ. q2 est preceptū negatiuum. et nō minus post mortē q̄ꝫ ante mortē. q2 eedē rōnes que sunt ꝓ prima et scd̄a cōclusione pn̄t esse ꝓ ista

De tercio scꝫ cui. Dicitur q cuilibet teneatur celare pccm̄ secretū nisi superiori cui in casu p̄t reuelare. Sed videtur contrariū. q2 rōnes superius facte cōcludūt de supiori sicut de inferiori. ideo illud nō assero

sed pro nunc suspensum relinquo.
Ad argumentū in ꝯtrarium dico ꝙ pccm̄ ꝯfessum debere celari nō tm̄ est ius ꝯfitentis ſ; ius ꝯmunitatis. q; ex opposito scʒ ex reuelatōe seque retur ꝯtinua ꝑturbatio in ꝯmunita-te. q; posset quilibet passim reputa-re alium abbominabilem.

Unqz multis autoritatibꝰ. Circa istā vltimā distinctōʒ istius tractatus de penitētia et sequentē in quo tractat de sacra-mēto extreme vnctōnis quero duas questiones. Prima vtrū pcc̄a ꝑ pe-nitentiā dimissa redeāt eadē nume-ro in recidiuante. Scd̄a vtrū extre-ma vnctio sit sacrm̄ noue legis.

Ad primā questionē sic ꝓ-ceditur. Vid̄r ꝙ pcc̄a per penitentiaʒ dimissa in re cidiuāte redeant eadem numero. per illud Jacobi. ij. Qui in vno offendit factus est oīm reus.
Contra. nullū successiuū p̄t redire idem numero. vt pʒ discurrendo ꝑ oīa successiua. ſ; pcc̄m est quoddam successiuū. ergo. In ista questiōe tria sunt videnda. Primo si absolu te loqn̄do pcc̄m possit redire idē nu mero. Scd̄o si hoc esset possibile de potentia dei ordinata. Tercio quō pcc̄a dicūtur de facto redire. De primo d̄r vno modo ꝙ absolute lo-quēdo pcc̄m nō p̄t redire idē nume-ro. q; nihil p̄t redire idē numero ni-si ꝑ potentiā diuinā. ſ; pcc̄m quo ad culpam nō p̄t redire idem numero ꝑ potentiā diuinam. ergo. Probatio minoris. per Augꝰ. libro. lxxxiij. q. q iij. Deo auctore nemo fit deterior.
Preterea. pcc̄m nō inest alicui ni si ꝑ actū peccantis. ſ; iste actus non redit idem numero in peccāte. ꝓpter interruptōeʒ tꝑis. v. phisi. ꝗ. Cō-tra. Pcc̄m accipitur dupliciter. vno modo vt dicit deordinatōeʒ in actu Alio modo vt dicit reatū id est obli gationē ad penam hic aūt nō queri-tur si pcc̄m possit redire primo mo-do. q; si nō redit actus certum est ꝙ nō reuertitur obliquitas in actu. ſ; queritur de pcc̄o scd̄o modo scʒ vt dicit obligatōeʒ ad penaʒ. et de ista arguitur ꝙ p̄t redire sic. Deus p̄t ob ligare istum ꝓ. b. ad eandē penā ad quā obligauit ꝓ. a. ergo iste p̄t obli-gari ad eandē et ꝑ ꝯsequens habere eundē reatum. Antecedens ꝓbatur. q; volūtas mea hoc p̄t scʒ velle istū primo ordinari ad penā et scd̄o vel-le nō ordinari ad penā sub ꝯditōne ista si iterum nō offendat et si iteruʒ offendat velle eum ex tunc ordinari ad eandem penā. Ad argumēta aūt opinionis pʒ ꝙ arguūt de actu vel obliquitate que est in actu. non autē de reatu si reatus sumitur ꝓ obliga-tione. Sumitur enī reatus multipli citer. vt dicit magister libro. ij. dist. xlij. videlicet ꝓ culpa. ꝓ pena. pro ob ligatione ad penam. De scd̄o ar-ticulo dico ꝙ deus disponit pecca-ta penitētis post penitentiā esse te-cta. ſm illud Augꝰ. exponentis illud ps. Btī quoꝝ rc̄. et quoꝝ tecta sunt peccata. id est nō amplius videri ad vindictam. et sup illud Naum. ꝑmo Non iudicabit dn̄s bis in idipsum. et ideo de potentia ordinata nō p̄t redire eadē obligatio nec ad eandē

non sunt essentialia in matrimonio. igitur error fortune nõ impedit matrimonium. Tercia conclusio ꝙ error conditionis sicut est seruitus. quando videlicet quis credit aliquem esse liberum ⁊ est seruus. talis inquam error impedit matrimonium quia seruus nõ potest dare potastatem sui corporis alteri. sed ista donatio necessario requiritur in matrimonio. igitur. Sed quia ista conclusio posset male intelligi. Ideo notandum secundum aliquos doctores ꝙ error conditionis potest esse triplex in personis. Quia aut est paris conditõnis vt cum seruus cõtrahit cum ancilla. aut melioris conditionis. vt quando seruus contrahit cum libera. aut deterioris conditionis. vt quando liber contrahit cum ancilla. In duobus primis casibus error non impedit matrimonium. In tercio vero impedit contrahendum et dirimit iam ꝯtractũ nisi post cognitionem conditionis assentiat verbo vel facto. Et de hoc erit sermo infra distinctiõe tricesima sexta. Quarta conclusio. Si error consensus impedit matrimonium. puta quando alter coniugum contrahit animo simplici et alter dolose vtens verbo sine animo contrahẽdi. dico ꝙ in facie ecclesie sit matrimonium. tamen in facie dei iste error impedit matrimoniuȝ. Quia ad aliquem effectum requiruntur duo. vnum tanquam principale et alterũ tanquam minus principale. Si deficiat quod est magis principale et ponatur id quod est minus principale non sequitur ad illud effectus. Sed ad matrimonium requiritur cõsensus tanquam principale et verbum tanquam minus principale.

Occurrunt autem hic duo dubia. Primum, esto ꝙ aliquis ad extorquendam carnalem copulam dicat verba animo tamen non intendens contrahere nũquid alia persona simplici animo contrahens obligatur. videtur ꝙ sic. quia ex parte ei⁹ sunt tam cõsensus ꝙ̃ verba que sunt causa obligationis in matrimonio.

Secundum dubium. Esto ꝙ dolose contrahens processu temporis exprimat dolum suum alteri persone que contraxit secum in bono ista nõ potest recedere nec reddere debituȝ stante conscientia de dolo propter periculum fornicationis. et sic remanet perplexa.

Ad primum dubium dico ꝙ quia contractus matrimonij non claudicat vt sit matrimoniũ ex altera parte tantum et ideo si secunda persona non dat consensum non est ibi contractus matrimonij. et sic altera persona non obligatur. Sed tunc remanet secundum dubium. Ad quod dicunt aliqui ꝙ illa persona non potest reddere debitum stante conscientia de dolo alterius nec potest recedere quia exponeret se periculo fornicationis. Alia via est melior ꝙ talis persona non faciat sibi conscientiam ꝙ alter dolose cõsenserit sed ꝙ modo mentitur et alias vere consenserit. sicut est de illo qui dixit vxori ꝙ cognouisset matrem vxoris. talis enim non tenetur reddere debitum marito sic asserenti.

Sciebat d[omi]n[u]s [illegible] virginis verecundiam et lubricam fama[m] pudoris. ideo maluit alios de suo ortu q[uam] de matris pudore dubitare

Ad argumentum in contrarium de Jacob et Lya siue Jacob excusetur siue non. dico q[uod] co[n]sensit in Lyam nouo consensu et hoc forte p[ro]pter verba Laban dicentis non est consuetudinis in loco isto vt minores prius tradantur ad nuptias.

Ad secundam questionem sic proceditur. Videtur q[uod] inter Mariam et Joseph non fuit verum matrimoniu[m]. Quia .xvij.q.j. dicitur sic. Sunt quibus vouentibus non solu[m] nubere sed velle nubere damnabile est. Sed virgo vouerat virginitate[m] Juxta illud Luce.ij. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. ergo [et]c. In oppositu[m] est magister in litera et accip[it]ur ex euangelio Mathei.j. Cum esset desponsata Maria Joseph. Ad ista[m] questionem dico tres co[n]clusiones. Prima est q[uod] decuit matrem christi vouere virginitatem. Secunda conclusio est q[uod] decuit matrem christi esse virginem et alicui desponsari matrimonio. Tercia conclusio. Quomodo stant ista q[uod] aliqua cum voto virginitatis vero sit alicui m[at]rimonio sociata. Prima conclusio probatur dupliciter. Primo decuit christum qui est speculu[m] sine macula habere habitaculu[m] seu matrem incorruptam re et voluntate. Sed perfecta incorruptio voluntatis est in voto castitatis. ergo decuit matre[m] christi vouere et seruare virginitate[m]. Secundo sic. Decuit matrem christi habere omnis sanctitatis et puritatis priuilegiu[m]. sed omnis puritatis priuilegium non potest haberi sine virginitate. ergo [et]c. Secunda conclusio ad presens probatur sic triplici congruentia scilicet p[ro]pter signu[m] propter infamie vitatione[m]. et propter diuini consilij occultationem. Propter signum quide[m]. quia ecclesia debuit per aliquam significari. Sed nulla est propinquior ad signa[n]dam ecclesiam q[uam] mater christi. quia ecclesia est virgo mater et sponsa. ergo decuit matrem christi esse virginem et sponsa[m]. Propter infamie vitationem. q[uia] vt ait Ambrosius. Sciebat dominus teneram esse virginis verecundiam et lubricam fama[m] pudoris. ideo maluit alios de suo ortu q[uam] de matris pudore dubitare. Propter diuini consilij occultationem. Unde Augustinus. Que fuit necessitas vt desponsata esset virgo Joseph nisi propterea quatenus hoc sacramentu[m] diabolo celaretur. Tercia conclusio scilicet qualiter stat simul in virgine votum virginitatis et verum matrimonium. dupliciter declaratur. Q[uod] enim inter maria[m] et Joseph fuerit verum matrimoniu[m] hoc dicu[n]t multe autoritates sanctorum quas ponit magister in littera ideo hoc non est probandum sed assumptum est declarandum. sc[ilicet] quomodo inter eos cum virginitate matris christi fuerit verum matrimonium. Hoc declaratur primo sic. Beata virgo vouerat virginitatem sub conditione scilicet nisi deus aliter vellet et disponeret. Sed cum voto sic conditionato stat matrimonium ergo [et]c. Sed contra. In omni quantumcu[m]q[ue] absoluto intelligitur hec conditio si placet deo. Igitur cu[m] ista conditione sic intellecta stat

votum absolutum. Preterea. Qr votum istud fuerit absolutũ clare intelligitur ex illo verbo virginis ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virũ non cognosco. Si eni fuisset votũ ꝯditionatũ tũc nulla esset questio qr cum nõ esset sterilis si fuisset cognita ꝯcepisset. Ideo declaratur scdo modo sic. In contractu matrimonij est mutua donatio corporis ad copulã carnalẽ nõ nisi sub conditione implicita videlicet si petatur. vnde contrahẽtes cum ꝓposito statim vouendi castitatẽ vere cõtrahunt. ideo ibi est certitudo ꝙ nũꝙ ponetur in effectu talis conditio scz ꝙ neuter coniugũ nunꝙ̃ petet debitum copule carnalis ibi in nullo ꝑiudicat voto castitatis cõtractus matrimonialis. Sz hic fuit talis certificatio. igitur cum voto castitatis in virgine potuit stare et stetit contractus matrimonij. Probatio minoris. Nam habemus Mathei. j. ꝙ angelus instruxit Ioseph dicens. Noli timere accipe Mariam coniugem tuã. multo fortius concluditur ꝙ ipsa a deo vel ab angelo fuit edocta. Noli timere accipe Ioseph virum iustũ in coniugẽ tuũ. qr spiritus sanctus dabit eum in custodẽ et testem virginitatis tue qui tecũ pari voto contineat. Tunc ad argumẽtum in ꝯtrarium qñ dicitur ꝙ vouẽtibus nõ solũ vouere ⁊c̃. Dico ꝙ debet intelligi ista autoritas de vouẽtibus nubere ẽm cõmunem legez ad quoꝝ velle nubere sequitur actus.

A Terciam questionez sic ꝓceditur. Videtur ꝙ nõ sint ista tria bona matrimonij que ponit magister in litera scz fides proles et sacramẽtum. Qr nõ sacramentũ. quia sacramentum scdm se est formaliter bonũ ergo nõ est alijs bonis bonuz. Similiter nõ est ibi bonum fidei. quia inter adulterum et adulterã est verum matrimoniũ et tñ non est ibi bonum fidei. Similiter nõ est ibi bonũ ꝓlis quia inter steriles est verũ matrimonium et tñ non est ibi bonum prolis.

Contra. Aug⁹. de bono coniugali dicit ꝙ tria sunt bona coniugij scz fides proles et sacramentum. Ad istam questionem dicitur vno modo ꝙ ꝯtrahẽs mrĩmoniũ obligat se ad actum copule carnalis ad minus si petatur ⁊ certitudo de non petendo in paucissimis habetur. In illo autem actu priuatur homo magno bono scilicet vsu rationis. ẽm phm̃. vij ethicorum. quia talis actus furatur intellectum ipisse sapientis. igitur nullus debet contrahere matrimonium nisi sint aliqua bona recompẽsabilia istam iacturam vsus rationis. Ista autem bona sunt sacramẽtum fides et proles que secundum sanctos excusant istum actum carnalem. Contra. quia in statu innocentie fuisset matrimonium habens ista bona nec tamen fuissent tunc excusantia illum actum carnalem. igitur nec tunc fuissent ponenda. igitur non precise ista sunt ponenda tãꝙ̃ excusantia actum illum.

Preterea. inter Mariam et Ioseph fuit verum matrimonium ex ꝑcedenti questione in quo non oportuit ponere ista tria tanquam excusantia. Preterea. Multomagis priuatur homo vsu rationis per somnum ꝙ̃ per istum actum. quia in

somno est quasi mortuus. igitur nullus secundum rectam rationem debet se exponere somno nisi essent bona excusantia. Hic dicitur ꝙ sunt ibi bona aliqua excusantia scilicet necessitas nature et confortatio organorum. Aliter dicitur ꝙ non est simile. quia aliquis non patitur proprie damnum in somno sicut in illo actu. quia post somnum vigoratur intellectus post istum autem actum ebetatur. Quicquid autem sit de istis rationibus dicitur ad questionem ꝙ tria predicta sunt bona matrimonij. quia ad hoc vt matrimonium habeat esse completum tria sunt necessaria scilicet institutio vsus et fructus. Ratione institutionis est bonum sacramenti. Ratione vsus est bonum fidei. Sed ratione fructus est bonum prolis. Vel sic secundum Scotum. In matrimonio tria sunt Aliquod tanquam bonum intrinsecum cui correspondet bonum sacramenti. Aliud tanquam finis proximus cui correspondet bonum fidei. Aliud tanquam finis vltimus cui correspondet bonum prolis.

Tunc ad argumentū principale: habet enim illud argumentum tres partes. Ad primam partem patet ꝙ ista non sunt tria bona sacramenti matrimonij vt est signum sensibile sed sunt tria bona matrimonij proprie accepti scilicet vinculi indissolubilis manentis post contractum et illud non est inconueniens esse bonum alijs bonis. Ad secundam partem argumenti dico ꝙ semper bonum fidei est in obligatione licet nō semper sit in executione sicut est etiam in alijs contractibus mutuis.

Ad terciam partem argumenti dico ꝙ obligatio non semper est absolute ad bonum prolis sed sub conditione scilicet si eueniat et non procurādum studiose oppositum ne eueniat.

Quod vero sine ↄsensu. Circa distinctionem tricesimamsecundam et tricesimamterciam quero quatuor questiones. Primo Vtrum in matrimonio sit simpliciter necessarium reddere debitum petenti. Secundo Vtrum bigamia fuerit aliquando licita. Tercio. Vtrum bigamus ante baptismum possit post baptismum ad sacros ordines promoueri. Quarto Vtrum virginitas sit virtus.

Ad primam questionē sic proceditur. Videtur ꝙ in matrimonio nō sit simpliciter necessarium reddere debitum petenti. Quia nullus simpliciter obligatur ad peccandū mortaliter. Sed reddere debitum est peccatum mortale. ergo etc. Probatio minoris. Actus seu vsus rationis est maius bonum ꝙ̄ actus cuiuscunque virtutis. Sed in illo actu priuatur ille vsu rationis. septimo. ethicorum. ergo priuat se maximo bono et per consequens peccat mortaliter. Contra. prima ad Chorinteos. vij. dicitur. vir vxori debitū reddat similiter autem et vxor viro.

Et' ꝓbat. quia vir non habz ptātem sui corporis sed vxor. et econuerso.

In ista questione sunt tria videnda. Primo in genere si simpliciter reddere debitum est necessarium petenti. Secundo magis in specie si illud est necessarium pro omni loco et tempore. Tercio si actus coniugalis sit semper sine peccato. Quantum ad primum dico ꝙ aliquis potest iuste non reddere debitum petēti. et hoc tripliciter. Primo si alter coniugum amisit ius petendi. Secūdo si alter coniugum non habet ius reddendi pro tūc. Tercio si alter cōiugum obligatur ad non reddenduz debitum vinculo fortiori. Primum patet in fornicatione coniugis. tūc enim innocens non tenetur reddere debitum lapso. quia lapsus in fornicationem amisit ius petendi. Si autem vterqz lapsus sit vt ptz de adulterio et stupro. c. tua. paria delicta mutua compensatōne tolluntur. Secundum patet quando aliqui cōtrahunt matrimoniuz per verba de presenti est inter eos matrimonium ratum et tamen licitum est postmoduz ingredi religionez. Sed si teneretur statim reddere debitum teneretur se reddere inabilem ad religionem. qđ est falsum. Tercium patet ꝙ non tenetur reddere debitum petenti si obligatur ad non reddendum vinculo fortiori vtpote si alter coniugum infirmetur ⁊ redditio debiti vergat in detrimentum proprie incolumitatis. Tenetur enim magis diligere propriam incolumitatez q̄ꝫ istud debitum alteri coniungi. Consimiliter fortiori vinculo tenetur non occidere fetum in vtero pregnantis vel nō esse causa aborsus q̄ꝫ istud reddere. Igitur vbi est probabile periculuz de extinctōne fetus vel de aborso faciendo non tenetur reddere debitū. Similiter maiori precepto tenetur non agere vnde proles nascatur leprosa que posset alias procreari sana q̄ꝫ pro nunc satisfacere voluntati mulieris. Vt in pluribus autem puer tempore menstrui conceptus nascitur leprosus. igitur tunc nō tenetur reddere debitum. Confirmatur. Quia non sine causa in lege mosaica accedens ad mulierem menstruataz debuit mori. Mors autem non infligitur nisi pro peccato mortali et graui. Ergo non videtur probabile quin implicite sit prohibitum hoc in lege euangelica que est lex charitatis et castitatis. Sed cōtra hoc instatur. quia tunc vxori leprose vir sanus non deberet reddere debitum. quod est contra bonum prolis que nasceretur leprosa et contra incolumitatem propriam. quia posset ex tali actu incurrere lepram cuius tamen oppositum habetur extra de coniugio leprosorum. capitulo primo. ꝙ licet coniugi leprose cōiunx sanus vel leprosus debeat debitum reddere secundum istud capitulum preallegatum non tamen sequitur ꝙ mulieri tempore menstruoruz quia ibi non est contra bonum prolis ꝙ procreatur leprosa imo magis esset contra bonum prolis ꝙ nunq̄ꝫ procrearetur. de ista autem matre nunq̄ꝫ procreatur si propter lepram vitetur. hic autem et si non procreetur tempore menstruorum tamen procreabitur postea et tunc sana nunc autem leprosa.

De secūdo articulo magis videndum est in specie si pro omni loco et tempore sit debitum reddendum petenti. De tempore autem sciendū est ꝙ tempus dupliciter accipitur hic in proposito. q: est tempus quo coniuges subiacent infirmitatibus et est tempus quo vacant solennitatibus. Ad reddendum debitum tempore infirmitatum dictum est in articulo precedenti. Sed de redditione debiti tempore solennitatum dicit Apostolus. j. Chorin. vij. Nolite fraudare inuicem nisi forte ex consensu vt vacetis orationi ad temp⁹. Quia vt ponit magister debituz est reddendum illo tempore petenti. s; non petendum. et reddi potest sine culpa sed non potest peti sine culpa De alio. Si in omni loco est reddendum debitum petenti. dico ꝙ in loco sacro regulariter abstinenduz est. quia statim imminet periculum fornicationis quia possunt cito ad locum non sacrum venire. Si tamen diu necesse esset eos commanere in loco sacro et aliud non obstaret teneretur reddere debitum petenti. Nec forte ex hoc si actus esset occultus locus sacer esset interdictus nec oporteret cultum diuinum ibidē publice pretermitti. De tercio articulo. Si actus coniugalis semper sit sine peccato. Dico ꝙ coitus coniugalis est triplex. Aliquando est meritorius. aliquando licitus. aliquādo illicitus. Et intelligitur illicitus quantum ad peccatū veniale ⁊ mortale. Coitus vero meritorius est duplex. quia aliquādo fit causa prolis procreande ad cultum diuinū sicut fuit in antiquis patribus. Aliquando fit causa reddendi debitū vxori. prima ad Chorin. vij. Vir vxori debitum reddat. Iste enim coitus est iusticie et per consequens meritorius. Aliquando est coitus licitus qñ scilicet homo mouetur ad coituz cōiugalem causa fornicationis vitande secundum quod dicit Apostolus prima ad Corintheos. Ergo vnusquisq; suam propriam vxorem habeat propter fornicationem vitandā. Iterum est coitus coniugalis permissus fragilis cum aliquis coit cum vxore sua querendo in ea delectationem suam quā in alia non quereret postponendo tamen delectationem suam illi delectationi que est in deo. Et ad istum coitum sequitur peccatum. quia delectatur ī creatura sed tamen veniale eo ꝙ postponit illaz delectationem ei que est in deo. Est alius coitus qui dicitur illicitus. sicut quando quis coit cum vxore sua causa libidinis explende sicut faceret cum meretrice querēdo meretricias blandicias. et ad talem coitum sequitur pc̄cm mortale. Ad argumentum in ꝯtrarium nego minorez. Ad ꝓbationē dico ꝙ ꝑpetuus vsus rōnis est maius bonum ꝙ̄ actus cuiuscunq; virtutis. Et ideo qui ꝑ aliquam actū priuaret se perpetuo vsu rationis peccaret mortaliter. Sed carentia vsus rationis pro momento non est tantum maluz sicut actus oppositus actui virtutis. Si etiam talis carētia vsus rationis esset peccatum mortale sequeretur ꝙ dormiens semper peccaret mortaliter.

AD secundam questionem
sic ꝓceditur. Uidetur ꝙ
bigamia nunꝙ̄ fuerit lici/
ta. quia nihil est licitū qd̄
est ↄtra legem nature. sed bigamia
est ↄtra legem nature vt ponit que/
dam glosa de Lamech qui primus
induxit bigamiam. Contra. Geñ
xvj. ptȝ ꝙ Abraham habuit Saram
⁊ Agar. igitur aliquo tp̄e fuit licita
bigamia. Ad questionem patet ꝙ
bigamia aliqñ fuit licita. qꝛ non est
verisimile ꝙ sancti patres veteris
testamenti fecerint aliquid illicituȝ
maxime publice illicitum. sed patet
ex scriptura veteris testamēti ꝙ pa
tres tunc erant bigami. sicut ptȝ de
Abrahaȝ Geñ. xvj. similiter de Ia
cob Geñ. xxix. qui habuit quatuor
vxores. similiter de dauid. ij. Regū
v. qui habuit quinqȝ. et ergo biga/
mia aliqñ fuit licita. Sed difficul
tas oritur ex questione ꝓpter duo.
Primum est ꝙ iusticia cōmutatiua
requirit equalitateȝ. v. ethicoꝝ. per
hoc enī distinguitur a iusticia distri
butiua que requirit ꝓportionem. iu/
sticia aūt ↄmutatiua requirit equa/
litatem. Sȝ in matrimonio est iusti/
cia ↄmutatiua. igitur requirit equa
litatem. sed in bigamia non est equa
litas. quia vnus habet plures et plu
res non habent nisi vnum. ergo non
est ibi iusticia et ꝑ ↄseqñs nō est lici
ta. Secundum vnde oritur difficul/
tas est. qꝛ vt tangebatur in arguen/
do. quod est ↄtra legeȝ nature nullo
modo est licitum. sed bigamia est hu
iusmodi. ergo nullo modo est licita.
ideo sunt duo declaranda. Primum
quomodo in bigamia est iusticia cō
mutatiua et non equalitas. Secun/
dum quomodo bigamia non est sim/
pliciter ↄtra legem nature. Primuȝ
declaratur dupliciter. primo ex par
te. instituentis contractum. secundo
ex parte ↄtractus. Primo modo
iusticia ↄmutatiua requirit equali/
tatem ↄmutatorum quantū est possi
bile ad illum finem ꝓpter quem com
mutentur. sed in cōtractu matrimo
nij est ↄmutatio ꝓpter duplicem finē
scilicet propter prolem ꝓcreandam
et ꝓpter fornicationem vitandam.
ergo iusticia ↄmutatiua in contra/
ctu matrimonij requirit equalitatē
quantum est possibile propter dupli
cem finem predictum. sed primū cor
pus viri est maioris valoris ꝙ̄ cor/
pus mulieris. quia pro eodem tem/
pore vir potest plures fecundare et
vna nō a pluribus fecundari. igitur
propter istum fineȝ est optima equa
litas. Propter alium finem scilicet
propter fornicationem vitandā cor
pus viri et corpus mulieris sunt eq̄
lis vigoris. Et ideo ex ista parte nō
est completa ratio iusticie nisi supe/
rior dispenset legeȝ declarando vel
eam aliquo tempore reuocādo. Sic
autem in proposito fuit licet enī esȝ
institutum vt vni vna sociaretur et
econuerso tamen ad multiplicandū
et generandum dei cultores fuit ali
quando dispensatum. Secundo de/
claratur hoc idem ex parte contra/
ctus sic. Quando aliquid ordinatur
ad aliquem finem principalem et ad
alium finem minus principalem ra/
tionabile est vti illo eo mō quo ma/
gis valet ad finem principalioreȝ li
cet per hoc aliquid detrahatur fini
minus principali. Exemplū. Cibus
valet ad delectationem que minus

est principalis et ad nutritionez que magis est principalis secundum rectam rationem. Attendūz igitur est cibo eo modoquo plus valet ad nutritionem licet in hoc minus valeat ad delectationē. sed contractus matrimonij est propter prolem tanq̄ ꝓpter finem principalem et est secundario propter fornicationem vitandam. Igitur secundum rectam rationem debent contrahentes sic commutare vt commutatio plus valeat ad procreationem licet minus valeat ad illam redditionem. et sic tali modo fit commutatio corporis vnius viri ꝓ pluribus corporibus mulierum. Si autem est hoc absolute faciendum. igitur tempore necessitatis necessario faciendum. Ad euidentiam autem secunde difficultatis est sciendūz ꝙ aliquid dicitur de lege nature dupliciter. Vno modo primario quod est sicut principium practicum simpliciter notum lumine rationis naturalis vel sicut conditio demonstrata ex illis principijs. Alio modo secūdario quod est consonum dictamini rationis naturalis pro loco et tempore. Contra primum nulla cadit dispensatio et ideo oppositum eius semper est peccatum. sed contra secundum bene cadit dispensatio in casu. et isto modo monogamia est de lege nature bigamie vero contra legem nature. Sed in hoc quod dictum est in casu cadit dispensatio. et per hoc patz ad argumentum principale.

Ad terciam questionem sic proceditur. Vid tur ꝙ bigamus ante baptisinuz possit post baptismum ad sacros ordines promoueri. quia vt dicitur distinctione vicesimasexta. capitulo. j. et est Hierony. in epistola eius ad Occeanum. Qui ante baptismum coniugem habuit que habuit duos viros non ei imputatur. sed imputaretur hoc sibi si non posset ad sacros ordines ꝓmoueri. igitur ꝛc. Contra distinctione vicesimasexta. et accipitur a btō Augustino. super epistolam ad Tytum vbi dicit ꝙ acutius intelligunt qui negant bigamum ad sacros ordines promouendum. ergo ꝛc. Ad istaz questionem patet per omnes ꝙ huiusmodi bigamus non potest ad sacros ordines promoueri. vt ponitur in canone distinctione vicesimasexta. capitulo preallegato Acutius et sit vna. Sed si queras que sit causa irregularitatis in bigamia ante baptismum. Respondetur tripliciter secundum tres opiniones. Vna opinio dicit sic. per baptismum solum deletur peccatū et sequela peccati. Sed bigamia non est peccatuz nec sequela peccati. igitur. Et per hoc patet illud de homicidio ante baptismum commisso. Nam homicida ante baptismum potest ad sacros ordines promoueri post baptismum et non bigamus. quia homicidium est peccatum et maxime si peccat occidendo. sicut est in homicidio voluntario et ideo tollitur per baptismū.

Contra. Esto ꝙ bigamus peccet
in bigamia puta illicite ɔtrahendo.
sequitur ꝙ ille ɔtractus cum sit pec
ccatuz vel annexū pcc̄o delebitur in
baptismo. Preterea. Si ex ista ra
tione esset necessario irregularitas
in bigamia. q2 nō est peccatū nec se
quela peccati sequeretur ꝙ nō possz
ecclesia istam irregularitatē tollere
q2 non pt bigamia tribuere ꝙ sit ex
se pcc̄m vel sequela peccati. Pre
terea. Aug9. in. c. preallegato Acu/
tius. dicit ꝙ si femina cathecumina
viciata est nō pt post baptismū in/
ter virgines ɔsecrari. sꝫ possibile est
istam viciationē seu corruptiōnez añ
baptismū fuisse pcc̄m. ergo illud pec
catum nō deletur ꝑ baptismū quan/
tum ad sequelā correspondentē sibi
Alia opinio dicit sic ꝙ aliqua in
famia est seqñs actū ex noticia actu
ali. aliqua infamia sequēs actū ꝓpt
defectū significatōis. Primā autez
infamiā tollere pt ecclesia. scd̄az au
tem nō pt tollere. Nunc aūt homici
diū inducit irregularitatē ꝓpter sta
tutū eccl̄ie. ideo eccl̄ia pt tollere. Sed
bigamia inducit irregularitatē nō
ꝓpter statutū eccl̄ie. sꝫ ꝓper defectuz
significatōis. ideo ecclesia nō pt hāc
irregularitatē tollere. Qꝫ diceres
quomodo est ibi defectus significa/
tōis. Dicitur ꝙ sacerdos represen/
tat ꝑsonam christi. ideo nō debet ha
bere aliquid qd̄ repugnet ꝑsone cri/
sti. Sed christus est vnicus sponsus
vnius ecclesie et ecclesia vnica spon
sa christi. ergo qui habet oppositum
huius nō recte repsentat christum.
Sed bigamus qui habuit duas vel
vnā que habuit duos habet aliquid
quod repugnat isti ɔiunctioni chri
sti et ecclesie. igitur. Cōtra. Si ir
regularitas bigamie esset ex aliquo
priori ꝙ ex statuto ecclesie ecclesia
non posset ibi dispensare. cuius con
trarium habetur. dist. xxxiiij. cano/
ne. lector. vbi papa martinus dispē
sat et concedit lectorē qui duxit vi/
duam posse in subdiaconum promo
ueri. Respondetur ꝙ in primiti/
ua ecclesia subdyaconatus non erat
sacer ordo. et ideo martinus conces
sit ꝙ bigamus possꝫ ordinari in sub
dyaconum et non vltra ascendere.
Contra distinctione. v. c. Si quis
viduam. habetur ꝙ lucius papa di/
pensauit cum panormitano archie/
piscopo qui fuit bigamus. Est igi
tur tercia opinio que dicit ꝙ causa
irregularitatis non est nisi statutuz
ecclesie. Eodem modo dicit ꝙ causa
quare irregularitatis pena de homi
cidio remittatur in baptismo. irre/
gularitatis autem pena de bigamia
non remittatur in ipso baptismo nō
est nisi statutum ecclesie volentis
hanc penam remitti hanc non remit
ti. Vnde per specialem dispensati/
onem potest tolli. vt patet in duob9
casibus allegatis.
Ad argumentum in contrarium
vel Hierony. negatur sicut commu/
niter canoniste negant eum tenen/
tes Augustinum. Vel exponi po/
test crimina nō obsunt quantum sci
licet ad gratiam recipiendam. Ob/
sunt tamen quantum ad gradum di
gnitatis in ecclesia habendum. Et
accipitur ista expositio ex canone
Ambrosij vna tantum.

AD quartā questionem sic
proceditur. Videt̃ q̄ vir
ginitas non sit virtus. q̄z
cui non cōpetit diffinitio
virtutis illud nō est virtus. sed vir-
ginitati nō cōpetit diffinitio virtu-
tis. igit̃ ꝛc̃. Probatio minoris: quia
virtus ſm suā diffinitionē ꝯsistit in
medio. ex. ij. ethicoꝝ. Sed virginitas
nō cōsistit ī medio. q̄z tenet extremū
ideo nō cōpetit ei diffinitio virtutis
Contra. cui cōpetit diffinitio et
diffinitum. sed virginitati competit
diffinitio virtutis. igit̃. Probatio
minoris. quia ſm Aug⁹. virt⁹ est bo
na qualitas mentis. sed ista diffini-
tio competit virginitati. igit̃ virgi-
nitas est virtus. Hic sunt tria vi-
denda. Primo si virginitas est vir-
tus. Secūdo si ꝯtinentia virginalis
est melior cōtinentia cōiugali. Ter-
cium est quod est premiū ꝯtinentie
virginalis. De primo dico q̄ cō-
tinentia virginalis tria dicit. Pri-
mum est abstinentia ab omni coitu il-
licito. secundū est abstinētia ab omi
coitu licito. terciū est integritas mē
tis et carnis. Quantū ad primū vir
ginitas dicit virtutis habitū. q̄ntuz
ad secundū dicit virginitas statum.
quantū ad terciū dicit decorē et or-
natum. Qd aūt primo dicat virtu-
tis habitū, ꝓbatur. quia habitus cir-
ca debitum obiectū cum determina
tis circumstantijs est habitus virtu
tis. Sed virginitas vt dicit abstinē
tiam ab omni coitu illicito est hmōi.
ergo virginitas dicit habitū virtu-
tis. Sed cōtra istud instatur tripli-
citer. Primo sic. Omnis actus vir-
tutis est sub precepto. quia sunt ne-
cessarij ad salutem. sed actus virgi-
nitatis nō sunt sub precepto. Scdm
illud Apl̃i. De virginibus p̄ceptum
domini nō habeo. consiliū aūt do. er
go virginitas nō est virtus. Secun-
do sic. Nulla virtute quis male vti-
tur. sed virginitate potest quis ma-
le vti. vt patz de virginibus fatuis.
Mathei. xx. ergo. Tercio sic. Nulla
virtus perditur nisi p̄ viciū vel pec-
catum. sed virginitas potest perdi
sine peccato. vt patet in violēter de
floratis. igitur. Ad primū dico q̄
virtus est triplex scz. moralis. theo-
logica seu cardinalis. et heroica.
De prima patet p̄ phm̃. ij. ethicorū.
De secunda patet p̄ Apl̃m. j. ad Co
rinth̃. De tercia patet p̄ philosophū
in p̄ncipio septimi ethicorū. vbi di-
cit q̄ tria sunt fugienda. scz malicia
incontinētia. et bestialitas. Et tria
sunt ꝓsequenda. scz virtus moralis
que opponitur malicie. et ꝯtinentia
que opponit̃ incontinentie. et virtus
heroica que opponitur bestialitati.
Tunc ad ꝓpositum cum dicit̃. virtus
est sub precepto cōcedatur de virtu
tibus moralibus ꝛ cardinalibus. Sz
negatur de virtutib⁹ heroicis. Nūc
aūt virginitas ponit̃ virtus heroica
Ad secundū cum dicit̃. Nulla virtu
te p̄t quis male vti cōcedo vt sic. Et
cum dicit̃. virgines fatue male sunt
vse virginitate. dico q̄ nō est verum
inquantum virginitas est virt⁹. sed
hoc erat ex vicijs annexis virginita
ti et integritate carnis. Ad terciū
cum dicitur. virtus nō perdit̃ nisi p̄
peccatum cōceditur. Et cum addit̃.
virginitas potest perdi sine peccato
ꝛc̃. dico q̄ ab eis potest tolli integri
tas carnis que dicitur ornatus sed
nō tollitur virginitas q̄ dicit habi-

tum virtutis. De secundu articu/lo principali scz si cōtinentia virgi/nalis est pfectior cōtinentia cōiuga/li. Dico sicut dictū est q in virgini/tate est tria cōsiderare. scz habitum statū et integritatis decorē siue or/natum. Si aūt loquamur q̄tū ad ha/bitum sic se habent sicut excedentia et excessa. quia aliquando ex maiori virtute cōtinet cōiugata q̄ ecōuer/so. Si autē loquamur q̄tum ad de/corem sic semp virginitas prefertur cōtinentie cōiugali. quia in ptinen/tia cōiugali est corruptio. in cōtinen tia virginali incorruptio. Si aūt lo quamur de virginitate q̄tum ad sta tum tunc est dici dupliciter. Aut fm idem tempus aut fm diuersa tpa. si fm idē tempus hoc est dupliciter. qr aut fm tempus legis nature aut fm tempus legis gratie. Si scdm temp9 legis nature tunc status cōtinentie coniugalis pfertur virginitati. imo p illo tpe status virginalis phibetur et sterilis maledicitur. Si scdm sta/tum temporis gratie vbi nō requiri tur fecunditas mentis ibi virginitas pfertur ptinentie cōiugali. Si autez loquamur scdm diuersa tpa vtpote cōsideremus p tempore gratie conti nentiā piugalē. Tunc dico q vnus/quisq status optimus est et vn9 nō prefert alteri dummō ex vtraq pte charitas sit equalis. Et ad istū intel lectum loquit beatus Augustin9 in libro de bono cōiugali q virginitas Johannis euangeliste nō prefertur coiugio Abrahe. De tercio arti/culo qd est premiū ptinentie virgina lis. Dicitur pmuniter q est aureola Et pbatur p figuraz Exodi. xxv. vbi preceptū est fieri vnā magnā coronā et vnam paruam coronā. Et fm hoc ponitur a doctoribus duplex premi um scz substantiale qd est aurea ad similitudinē magne corone. et acci/dentale quod dicitur aureola ad si/militudinē parue corone. Tali autez debet coronari anima que est spon/sa christi. sed talis est virgo. igitur.

Licet igit illud satis bene dictuz sit tn possumus dicere magis cōple te scz q i virginitate vt supra dictū est tria psiderare scz habitū statum et decorem siue ornatū. Habitui cor respondet aurea. statui respōdet fru ctus. sed decori seu ornatui q̄ est car nis et mentis respondet aureola. Primū scz q habitui respondet au/rea patet p omnes. Secundū scz q statui respōdeat fructus patz. Isto enim q sint tres cōtinentes inquan tum cōtinere possunt alius in conti nentia cōiugali et alius in ptinētia viduali et alius in cōtinentia virgi/nali. fructus erit in eis maior et mi/nor fm parabolā saluatoris. Semen cecidit in terrā bonā et attulit fru/ctum aliud tricesimū aliud sexagesi mum aliud centesimuz. Tercium scz q ornatui seu integritati mentis et carnis respondeat aureola patet sic Aureola assignatur illis actib9 qui respiciunt aliquid intrinsecū et hoc tripliciter. vel ratione doctrine vel informationis. vel ratione martirij et passionis. vel ratione decoris 7 in corruptionis. Propter primum da/tur aureola doctoribus. propter se cundum martiribus. pter tercium virginibus. Ad argumentū prin/cipale dico q hoc nō est intelligen/

dum respectu obiecti. quia tunc nullus esset castus nisi cognosceret medium omnium mulierum de mundo. quia idem est mediū inter aliquā et nullam. Sed istud intelligitur vt virtus sit mediuꝫ inter delectatōnes et tristicias. Nā qui omnino nihil sentit de passionibus carnis insensibilis iudicatur si hoc habet per naturam. Qui vero omnino eis cōsentit hic luxuriosus est. qui vero excitat sed nō cōsentit eis hic virtuosus est Et quia hoc in virginibus est. ideo virginitas est virtus.

Nūc superest attendere. Circa distinctiones. xxxiiij. et xxxv. queruntur tres questiones. Prima vtrum licitum fuit in lege mosaica viro repudiare vxoreꝫ. Secunda vtrū impotētia coeundi impediat matrimonium. Tercia vtrum adulterium cum aliqua viuente marito impediat matrimoniuꝫ cum eadē post mortem mariti sui.

Ad primam questioneꝫ sic proceditur. Videtur ꝙ licitum fuit viro repudiare vxorē suam in lege mosaica. Quia i lege Deutro. xxiiij. Si acceperit homo vxorē et nō inuenerit gratiā ante oculos eius propter aliquam feditatē scribat ei libellꝰ repudij et dabit in manu eius et dimittat eam in domo sua. Contra. nunꝗ̄ licuit mulieri repudiare virū. igitur nec ecōuerso. Probatio ꝯsequentie. quia vir et mulier quantū ad ea que sunt cōiugij pares iudicant. Ad euidentiam huius questionis oportꝫ aliquid de libelli repudij formatōne premittere et cōsequenter questioni respondere. Premittitur autem hic de forma libelli repudij. qꝛ in libello illo scdm Jeronimum erit talis scriptura. promitto ꝙ nunꝗ̄ cōueniam secum ⁊ habebit mulier ex permissione legis potestatem ꝙ possit alteri copulari. Si autem alteri copulabatur non poterat redire ad primum. Et sic quedaꝫ erant hic permissiua. quedam recordatiua. quedaꝫ priuatiua. licet secundum aliquos ista dici possent punitiua. Permissiua erant. quia vir poterat vxorem repudiare et ipa repudiata poterat cum alio cōtrahere. Recordatiua erant. scriptura libelli. Priuatiua erāt qꝛ si repudiata cum alio cōtraxisset nō poterat ad primum redire. His premissis sunt tria videnda. Primo si ista repudiatio erat licita. Secundo quomodo erat permissa. Tercio qualiter nō erat cōmunis illa repudiatio vt sicut vir poterat repudiare vxorem sic econuerso ⁊c̄. Quantuꝫ ad primum dicitur tripliciter. Primo ꝙ ista repudiatō erat illicita patet autoritate Christi reprobantis eā Mathei decimonono. Ait ei sic. Dico vobis ꝙ q̄cūqꝫ dimiserit vxorē excepta cā fornicatōnis mechat.

Secundo per rationem christi ibi-
dem deus inquit a principio cõiun
xit masculum et feminam matrimo-
nialiter. Jdeo quos deus coniun
xit homo non separat. Tercio per
responsionẽ ipius christi ad questi-
onem phariseorũ. Cum enĩ illi obij-
cerent quid ergo mandauit moises
dare libellum repudij et dimittere.
ait illis. ad duriciã cordis vestri p-
misit moises dimittere vxores vrãs
ab initio autem nõ fuit sic. Quarto
extra de diuorcijs. ca. gaudemus. di
citur ꝙ repudiationẽ vxoris veritas
in euangelio reprobauit. Alia o-
pinio dicit totaliter oppositũ ꝙ re-
pudiatio licita fuit ꝓ tempore legis
moisi. quod probatᷣ sic. quia moises
promulgauit legez dei. et ideo quos
ipe cõiunxit etiam deus cõiunxit et
quos ipe sepauit deus separauit. qꝛ
nõ est verisimile ꝙ lator legis diui-
ne promulgauerit aliquid in ea illi-
citum. Secundo sic. vt ait Augusti-
nus in quadam epistola ad Jeroni
mũ. Si ad sacras scripturas admis-
sa fuerint officiosa mendacia qd in
eis remanebit auctoritatis ⁊ solidi-
tatis. quasi diceret nih l. qꝛ qua ra-
tione fuerit admissum vnum pari ra
tione aliud. ergo a simili si in lege p
missum fuit vnum illicitũ pari ratio
ne aliud illicitum. Tercio sic. lex iu-
sta vt sic nõ debet dare occasionem
peccandi mortaliter. Sed ista cõces
sio videbatur directe occasio iudeis
dimittendi vxores et per cõsequens
peccãdi mortaliter. ergo. vel ista cõ
cessio nõ est peccatũ mortale vel lex
non est iusta. Tercio modo diciᷣ
ꝙ repudium vxoris nunꝙ̃ fuit lici-
a vt fieret sine culpa. fuit tñ licituz
vt fieret sine pena. Unde aliquid li-
cere alicui potest esse duplici de cau
sa. Primo quia illi non obuiat iuris
rectitudo. Et hoc modo nõ licuit re
pudiare vxorem. Aut quia nõ obui-
at iuris punitio. et hoc modo licuit
repudiare vxorem. Sz ratiões secũ
de opinionis infringunt primã ⁊ ter
ciam opinionem. De prima patz. qꝛ
illa ponit ꝙ repudium sit illicitum.
et secunda ponit ꝙ sit licituz. de ter
cia patet. quia ponit ꝙ repudiũ nun
ꝙ̃ fuit licitũ ita ꝙ fieret sine culpa
Hec inquã nõ possunt stare. tum qꝛ
legislator diuine legis nõ possunt in
ea aliquid illicituz. tum quia qua ra
tione vnum illicitum eadez ratione
aliud illicituz. tum quia iusta lex nõ
dat alicui occasionẽ peccandi vt ar-
guebat secunda opinio. Teneo ergo
ꝙ repudium sit licitum nõ simplici-
ter sed ꝓ tempore. et sic deus dispen
sabat cũ illa gente in repudio ad vi-
tandum malũ homicidij. ¶ Ex quo
patet ad secundũ articuluz qualiter
repudium sit permissum. quia moi-
ses ad vitandum malum homicidij
repudium nõ ꝓhibuit sed permisit.
¶ Et notandũ ꝙ permissio fit qua-
drupliciter. Primo per priuationez
preceptionis. et sic Apostolus pmi-
sit virginibus nubere. Secundo per
priuationẽ ꝓhibitionis. et sic venia
lia dicuntur permissa. Tercio p pri
uationem punitionis. Quarto p pri
uationem cohabitationis. Et istis
duobus vltimis modis repudiuz est
permissum. quia nõ puniebatur nec
ꝓhibebatur. Ad rõnes autẽ pme
opinionis. Ad primã quãdo dicitur
quicunq̧ dimiserit vxorẽ suam ⁊c̃.
Dico ꝙ christus loquiᷣ ꝓ tpe legis

gratie nō pro tempore legis mosaice. Ad rōnē quam adducit quod scz deus a principio masculum et feminam matrimonialiter cōiunxit. dico quod christus loquitur p tpe legis nature. Et in hoc sufficienter reprehēdit phariseos qui nō seruabant matrimoniū sicut erat in lege nature. Ad aliud quod adducit p duriciam cordis vestri pmisit moises etc. Iā patet quō accipitur ibi pmissio. Ad aliud de diuortijs. ca. gaudemus. vbi dicitur quod repudiū veritas in euangelio reprobauit. dico quod illud capitulū loquitur quod christus reprobauit p tpe legis sue. De tercio principali scz qualiter nō erant pares viri et mulieres in dando libellū repudij vt mulier possit repudiare virum sicut econuerso. Dico quod in tribus vir et mulier in lege nō erant pares scz in lege repudij. in lege zelotipie. in lege actōnis stupri. Quorū ratio est ppter dignitatē nature. propter reatum culpe. et ppter robur serus. Propter dignitatē nature nō sunt iudicandi pares in lege zelotipie. est enim vir dignior quam mulier. Propter reatū culpe nō sunt iudicandi pares in lege actōis stupri. sicut clare dicit glosa sup legē predictam que habetur Deutro. xxij. Propter robur serus virilis nō iudicātur pares in libello repudij cuz in mulieribus sit maior pronitas pmissiue ad repudiandum viros. Et ex hoc patet ad argumentum principale.

Ad secundā questionē sic pceditur. Videtur quod impotentia coeundi nō impediat matrimoniū. quia hoc non esset nisi p eo quod ɔtrahendo obligat se ad actum illum. sed hoc ē falsum. quia potest cōtrahere cū voluntate statim intrandi religionem ergo. Cōtra. extra de fri. et male. ca. vltimo. Ad istā questionem dico duo. Primo premittā aliquas distinctiones. Secūdo eliciā aliquas conclusiones. Distinctiones autē sunt iste. quia impotētia coeundi alia est naturalis alia accidentalis. Item alia precedens alia sequens matrimonium cōsummatū. Item alia pp̄etua alia ad tempus. Tūc breuiter dico tres cōclusiones. Prima est quod omnis impotentia simpliciter et pp̄etua cui scz subueniri nō potest per naturā vel artem si precedat matrimonium simpliciter impedit cōtrahendum et dirimit cōtractuz. Ista cōclusio pbatur tripliciter. Primo sic. iste cōtractus est datio potestatis corporum ad talem actum si petatur. sed iste nullā potestatē ad talem actum habet. igitur nihil tale pōt dare et per cōsequens nec cōtrahere. Secundo sic. in cōtractu isto homo obligat se ad actum si petatur. sz actus est sibi impossibilis etiam si petatur. igitur obligat se ad impossibile. Obligatio aūt ad impossibile nulla est ex lege diuina. igitur lex diuina nō approbat talem obligationē. igitur nulla est. Tercio sic. persona alia intendit cōmutare potestatem corporis sui p potestate alterius. igitur credit alium posse cōmutare ecōuerso. sed nō potest. quia habet impedimentū perpetuū. igitur hic est error pertinens ad aliquid quod est p se requisitum ad cōtractum. Talis autem error facit cōtractuz nullum

vt supra dictum est. ergo. Secunda coclusio est q impotetia sequens matrimonium cosummatum qtumcunq sit perpetuu non impedit matrimonium. Cuius ratio est, qr iam potestas est tradita et ille cui fuit tradita intrauit possessione. igitur non potest reuocari propter impedimentum aliquod superueniens. Sed qd si impedimentu illud cocurrat post matrimonium ratum no tamen consummatum. nunquid tale impedimetum impedit cotractum matrimonij Ad hoc dicitur q sic. quia vt habet xxxiij. q. ij. capitulo primo. Coiugium cofirmatur officio. sed anteq cofirmetur impossibilitas officij soluit vinculum. Cotra. que p matrimonium ratu est data potestas corporum. igitur si impeditur vsus non propter hoc tollitur ratio precedes Responsio. q in matrimonio rato est data potestas corporum in habitudine ad actum illum si petatur ille. et ideo dicit canon q impossibilitas officij soluit vinculum. Tercia coclusio est q impotentia ad illum actum cui subueniri potest per natura vel per artem siue sit frigiditas siue maleficiu siue artatio non impedit matrimonium. Sed quomodo innotescat quando impotentia no est perpetua sed ad temp9 et illi potest subueniri. habetur extra de fri. et male. ca. laudabilem. Debent enim p triennium simul habitare et dare operam illi actui q si postea reclament tanq impotentes ad illum actu debent iurare cum septima manu. Precipitur tamen circa hoc aliqua do ecclesia et cum costat de deceptone iubet eos quos separauerat ad priora vota redire. Ad argumentum in cotrariu dico q obligat se ad actu si petatur saltem pro aliquo tempore determinato. sed infra aliquod tepus no oportet reddere istum actu si velit intrare religione. Non sic de illo qui habet impedimentu perpetuum. quia no potest se obligare ad actum q quocunq tempore si est impedimentum perpetuu. sola aut impotentia perpetua impedit matrimonium vt dictum est in prima coclusione huius questionis.

Ad terciam questione sic proceditur. Videtur q adulterari cum muliere viuente viro no impediat matrimonium cum eade post morte mariti sui. Quia dauid adulteratus est cum Bersabee. et postea interfecto viro eius cotraxit cum ea matrimonium. ergo. Cotra. xxxj. q. j. c. illud Ad euidentia huius questionis pmitto q tria sunt crimina que vnita vel separata videtur facere difficultatem circa matrimoniu cotrahendum sicut colligitur ex diuersis capitulis. extra de eo qui duxit in matrimonium qua polluit per adulterium. Sunt aut hec tria crimina scz adulteriu. machinatio in mortem legitimi coiugis. fidei datio vel cotractus de facto cum adultera. His pmissis dico quatuor per ordinem ad questione. Primo q fidei datio p se no impedit matrimoniu cotrahendum post mortem viri. Illud habet in rubrica predicta c. vltimo. vbi dicitur. q si quis vxore viuete fide data pmisit se illam ducturu vel cum ipa de facto contraxit si nihil aliud

impedimenti fuerit nō est matrimonium dirimendū quod cū ea cōtraxit post vxoris obitum. Secundo dico ꝙ fidei datio interueniente adulterio impedit matrimoniū cōtrahendum et dirimit iam cōtractum. Istud habetur ibidē eodem capitulo. Sequitur enī ibi. Tolerari nō debet si prius vel post suppłe fidem datam dum vixit vxor illam adulterio polluisset. Istud aūt intelligendum est cum ambo sint cōscij ꝙ iste actus est adulteriū. qꝛ si vir tm̄ esset cōscius et mulier inscia. puta quia nesciuit eū habere vxorē tunc ad petitionem viri nō esset diuortiū celebrandum. vt habet̄ in eadē rubrica. ca. j. Tercio dico ꝙ vbi adulter vel adultera machinat̄ in mortē legitimi cōiugis ibi impedit matrimoniū et dirimit iam cōtractum. Istud patz in ca. ꝑallegato. et extra de cōuersione infideliū. ca. laudabilez. Quarto dico ꝙ vbi adulter vel adultera non dederūt sibi fidez de matrimonio cōtrahendo nec alter eorum in mortez legitimi cōiugis est machinatus matrimoniū inter eos ꝑt legitime contrahi. vt habet̄ extra ī supradicta rubrica. ca. significasti. Ratio aūt secunde et tercie cōclusionis nō est nisi statutū ecclesie que illegitimat huiu modi personas ad cōtrahendum Sed si queras rōnem mouentē ecclesiam ad sic ordinandum. Dico ꝙ est repressio adulterij et homicidij q̄ frequenter accideret si hmōi ꝑsone possent cōtrahere. Ad argumentum in cōtrarium dico ꝙ non fuit lex ista statuta pro tempore illo.

Nunc de condicione videamus. Circa distinctionē tricesimaz sextam et duas alias sequentes quero tres questiones. Primo vtrū seruitꝰ impediat matrimonium. Secūdo vtrū ordo sacer impediat matrimoniū. Tercio vtrum votum cōtinentie impediat matrimonium.

Ad primā questionē sic ꝓceditur. Videtur ꝙ seruitus impediat matrimonium. quia nullus potest dare alienū. sed corpus serui est domini ipiꝰ fm pħm. iij. politicoꝝ. ergo seruus nō potest dare corpus alteri. sed cōtrahentes dant sibi mutuo potestatem corporū. ergo. In ꝯtrarium habet̄ extra de cōiugio seruorum. capitulo primo. In ista questione sunt tria videnda. Primo vnde est introducta seruitus. Secundo si iuste est introducta. Tercio principale quesitū. De primo dico sicut superius dictū est in tractatu de penitentia. ꝙ natura omnes sumus liberi. sed ex alia lege positiua sumꝰ serui. Non aūt hic loquor de seruitute que est subiectio filialis. sz loquor de seruitute que est subiectio seruilis de qua loquitur Arestotiles primo politicorum. vbi dicit ꝙ tanta est distantia domini ad seruuz quāta est distantia hominis ad bestiam. At sicut homo potest vendere bestiam ita dominus seruum.

Seruus etiam vt ibidem dicitur nō potest exercere actus virtutis. ꝓ eo ꝙ oportet eum ad preceptum domini sui exercere actus seruiles. Dico ergo cōclusionem istam ꝙ subiectio seruitutis ꝑdicte est a lege positiua quia cum nō sit a natura. ꝓ eo ꝙ naturaliter omnes sumus pares sequitur ꝙ sit a lege positiua. De secūdo scȝ si ista seruitus est iuste introducta. dico ꝙ seruitus nō potest esse iuste introducta nisi dupliciť. Uno modo ꝙ voluntarie se subijciat seruituti. et sic faciēs faceret cōtra legem nature. tñ ex quo factum est necesse est eaȝ seruare. Alio modo si q̄s iuste dominās cōmunitati vidēs aliquos abuti libertate ꝓpter bonū rei publice ⁊ ꝓpter bonum eius q̄ abutitur libertate potest eum reducere in statum seruitutis. sicut etiam eos in certis casibus possȝ occidere. Si autem ponatur tercia species seruitutis vtpote captus in bello preseruatur a morte et efficitur seruus. Sed hoc non apparet manifeste iusticia. quia licȝ captor poterit occidere captiuum stante ꝑtinacia ipsius cōtra bellantis. tamē ex quo desinit eē ꝑtinax inhumanum videtur sibi infligere aliquid quod sit cōtra legeȝ nature. seruitus aūt est cōtra legem nature. igitur. De tercio articulo dicunt aliqui ꝙ seruus potest cōtrahere matrimonium inuito domino. Et istud ꝓbatur. Primo sic. matrimonium est de lege nature. sȝ seruitus nō est de lege nature. imo est contra legem nature. quod aūt est de lege nature non tollitur propter aliquid q̄d est tantū de lege positiua. ergo. Secundo sic. seruus non sic est domini quin sit sui iuris quantum ad actus naturales pertinentes ad cōseruationem indiuidui. igitur a simili quātum ad actus pertinentes ad cōseruationem speciei. Antecedēs patet quia potest vti necessarijs vitam. cōsequentia ꝓbatur. quia conseruatio speciei cum sit maius bonum natura le magis est de lege nature. Quicq̄d autem sit de efficacia istarum rationum. Dicitur ad questionē sic ꝙ seruus de voluntate domini potest cōtrahere matrimoniuȝ. et si onus matrimonij sit ad aliquid repugnās seruitijs cōsuetis dominus concedens sibi cōtrahere relaxat sibi implicite ista seruitia consueta. Potest etiam cōtrahere domino inuito prout habet aliquid iuris in corpore suo proprio. nō enim priuauit se quacunqȝ libertate ad quoscunqȝ actus. ꝓ q̄nto ergo corpus est suum potest cōmutare cum alio. quia si alius siue liber siue seruus velit esse contentus ista modica potestate potest sibi preiudicare. et tenet cōmutatio. Ad argumentum in cōtrarium dico ꝙ seruus nō est domini sui ſm oīa. quia sui iuris est ad comedenduȝ et ad bibendum ⁊ ad alios actus qui nō subtrahunt domino seruitia consueta. Uel aliter potest dici et meli⁹ ꝙ seruus nō potest dare corpus suum inquantum alienuȝ. subtrahendo ipm a seruitio domini sui. sȝ alias potest dare si alter cōiugum cōtentaretur. quia vt sic nō dat alienū.

Ad secundam questionem sic proceditur. Uidetur ꝙ ordo sacer nō impediat matrimonium vt patet

prima ad Thimothe. tercio. dicitur enim ibi q episcopus debet esse vnius vxoris vir. sed episcopatus est ordo. ergo. In oppositum est illud canonis distinctione. xxxii. Placuit episcopos presbiteros diacones subdiacones scdm priora instituta abstinere ab vxoribus. id est nō cōtrahere vt dicit glosa. ergo ordo sacer impedit matrimoniū In ista questione cōclusio est certa q ordo sacer impediat matrimoniū cōtrahendum et dirimit iam ɔtractum vt patet p multas auctoritates quas magister adducit in littera. et multe ex eis habentur in canone distinctione xxxii. patet etiam extra de cle. cōiu. Sed difficultas est in assignādo causaz qualiter sacer ordo impediat matrimonium. Aliqui dicunt q hoc est propter votū castitatis annexuz ad quod obligatur qui suscepit ordinē sacrum. Cōtra hoc instatur. quia aut votum istud est sic annexuz quia suscipiens vouet. aut tantummodo. quia ex pcepto ecclesie est quasi annexum quod tenetur seruare ac si voueret. Primo modo nō. quia volens vouet volitum. sed iste suscipiens sacrum ordinem possibile est q explicite velit nō cōtinere. ergo ipse non vouet cōtinentiam. Si secundo modo. ergo cōtrahens de facto simpliciter ɔtrahit. probatur extra de matrimonio cōtracto cōtra interdictū ecclesie. licet enim cōtra interdictū ecclesie nemo debeat ad secunda vota transire tamē si transeat nō propter hoc matrimoniū dissoluitur. Si dicas ad primam partem argumenti q iste qui reciperet ordinē sacrum voueret castitatē in facto licet non in voluntate. quia antiqui latini vouerunt et iste suscipit simile signum. Hoc nō valet. quia nullus tenetur ex voto ad votū factum ab alio. maxime si habet votum cōtrarium. Preterea. orietales siue greci suscipiunt idem signum et tamen sine voto castitatis. Dico ergo q hoc nō est propter votum ɔtinentie annexum ordini sacro vt dicit precedens opinio. sed est ex hoc. quia ecclesia facit talē personā simpliciter illegitimam ad matrimoniū contrahendum. Hoc autem rationabile fuit statui per ecclesiam. quia iste q̄ deputatur in ministerio sacro requirit adminus quatuor scz mentis puritatem. intellectus perspicuitatē. affectus feruorem. et corporalis mundicie decorem. sed ad hec omnia disponit cōtinentia et ad eorum opposita inducit frequentia actus carnalis. ergo. Ad argumentum in cōtrarium dico q illud Apostoli. Vni9 vxoris virum. intelligitur non plurium nec tantuz de presenti sed de preterito. hoc est q non habuerit plures. qr tunc esset bigamus.

Ad terciam questionem sic proceditur. Videtur q votum cōtinentie nō impediat matrimonium. qr non minus obligat apud deum votum simplex q solenne. Sed votum simplex non impedit matrimonium vt patet extra qui clerici vel vouentes contrahere possunt. capitulo meminimus. In cōtrarium est

ibidem ca. insinuante. de quadã nobili que fecit votum cõtinentie & postea contraxit coacta fuit redire ad pristinũ statum. In ista questione sunt tria videnda. Primo qs potest votum cõtinentie et generaliter quodcũqꝫ votũ emittere. Secũdo qt modis votum ꝯtinentie potest emitti. Tercio ex his ad quesitum principale. De primo dico ꝙ votum ꝓcedit a libera voluntate. omnis enĩ qui libere potest facere qđ vult nullo impedimento in se existente nullo homine de facto ꝓpediente nullo iure ꝓhibente potest simpliciter vouere. Et econtrario qui in omnibus subest alteri non potest per se vouere votum continentie. Nunc autem vxor subest viro. Puer subest patri in regimine vite. seruus subest domino. religiosus subest prelato. Ideo nullus istorum potest vouere Et ideo q̃ntum ad votum cõtinentie patet ꝙ vxor nõ potest votum cõtinentie facere sine cõscientia mariti. nec puer infra annos pubertatis. De secundo articulo dico ꝙ votum ꝯtinentie potest esse publicũ vel priuatum. Item potest esse simplex et solenne. Nec iste due distinctiones sunt eedem. quia tam publicũ q̃ꝫ priuatum potest esse simplex vel solẽne votum. Uotum aũt solennizat̃ tribus modis. vt ponitur extra de voto et voti redemptione. libro sexto decretalium. c. Cursus. vbi sic habet̃. Uotum solenne est cui interuenit aliqua istaꝝ solennitatũ. videlicꝫ per susceptionẽ sacri ordinis. Item per susceptionẽ sacre vestis que tñ ꝓficientibus dari debet ꝓ̃sentibus testibus. Item tercio modo cũ per ꝓfessionẽ deuouet se alicui religioni abbati vel abbatisse. Primũ ptꝫ. xxviij distinctione. ca. diaconi. Secundum patet extra de regula. statuimus. Terciũ patꝫ ibidẽ. Et ne cõtra hoc venire possit fiat publica scriptura. xxvij. q. j. ca. omnes femine. De tercio articulo scꝫ si votum cõtinentie impediat matrimoniũ est omniũ cõmunis opinio ꝙ votum simplex non impedit simpliciter. quia licet impediat cõtrahendum nõ tamẽ dirimit iam cõtractum. Uotum aũt solenne simplicit̃ impedit. qꝛ impedit cõtrahendũ et dirimit iam cõtractum Sed difficultas est in assignãdo rõnem. vnde videlicet est hoc ꝙ votuꝫ solenne simpliciter impedit matrimonium. votum autẽ nõ solenne seu simplex nõ impedit. Ad quod diuersi diuersas inueniunt ratõẽs. Unus dicit ꝙ ratio huius differenrie est ꝓpter manifestum et nõ manifestũ. ꝓbatum et non probatum. Uotum enim solenne est probatum seu manifestum. votum autem simplex est nõ probatum seu non manifestum. Sed hoc non valet. quia votum simplex posset esse manifestum et probatũ et tamen nõ dirimit iam cõtractum. Ideo alius dicit ꝙ hoc est quia per votum solenne dat aliquis illi cui vouet ius in se ad actum sequentem illud votum et per cõsequens vouens solenniter cõtinentiam dat illi in cuius manu vouet ius in se ad faciendum illud obseruari. ergo nõ potest dare ius suum ad actum oppositum. quia illud non habet. Sed contra istud instatur. quia vouens voto pri

uato dat corpus suum deo quantum ad actũ vouendi. ergo nõ posset corpus suum postea dare coniugi ad actum oppositũ. non enim minus trãsfert aliqs a se quod immediate dat deo q̃ quod dat mediate homini vicario. Ideo datur alia ratio. qꝛ vouens solenniter mittit in possessionem illam personam cui vouet. vouens autem priuate nõ facit sic. sed quasi promittit. Sed nec illud valet quia omnia intrinseca vota vt respiciunt actum voluntatis per quem obligat se vouendo et transferendo dominium suum in alterum sunt equalia hincinde. ergo non magis est datio hic q̃ ibi nec permissio ẽ hic melior q̃ ibi. cõsequentia patet. Antecedens declaratur. quia per solã voluntatem est domin⁹ et transfert dominium. Ideo quarta ratio assignatur. quia transgressio voti solẽnis est scandalosa. et ideo ad obseruantiam eius tenetur nõ tantum sibi sed etiam toti ecclesie. transgressio autem voti priuati nõ sic est scãdalosa. Sed hoc non valet. quia hoc non plus cõcludit nisi ꝙ hoc sit grauius peccatum transgrediendo votum solenne q̃ simplex. Sed de hoc non queritur. non enim semper peccatum grauius tollit potestatem ad cõtrahenduz. Preterea. extra de regulis iuris. vtilius scandalum nasci permittit̃ q̃ veritas relinquatur. Hic ergo nõ videtur alia ratio nisi quia ecclesia illegitimauit se vouẽtem et hoc fuit rationabile. quia posuit se in potestate ecclesie quantum ad oppositum eius quod est contractus matrimonij. Vouentem autem voto priuato no illegitimauit. quia nõ sic se posuit in eius potestate. sed quia se posuit in manu dei ad oppositum seruandum cõsuluit anime sue apud deum ne transgrediatur actus et ideo ecclesia relinquit eum iudicio diuino. Ex hoc patet ad argumentum principale ꝙ non est simile de voto solenni et simplici.

Post hec dispari cultu. Circa istam distinctionez tricesimam nonam et omnes alias sequentes de sacramento matrimonij quero tres questiones. Primo vtrum dispar cultus impediat matrimonium. Secundo vtrum cognatio carnalis impediat matrimonium. Tercio vtrũ affinitas impediat matrimonium.

Ad primam questionez sic proceditur. Videt̃ ꝙ dispar cultus non impediat matrimonium. Quia Genesis quadragesimoprimo Joseph accepit filiam phutifaris cum tamẽ ipse esset fidelis et ipsa infidelis et multa similia habentur in scriptura sicut de moise qui cõtraxit cum ethiopissa. ergo ꝛc. In oppositum est illud .ij. ad Corinthios sexto. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio lucis ad tenebras aut que pars fidelis cũ infi-

cum infideli. ergo. In ista questione sunt duo videnda. Primo, si infideles possint contrahere matrimonium. Secundo quomodo fidelis potest contrahere cum infideli. De primo dicunt aliqui quod non. Primo. quia non potest ibi esse bonum fidei ex parte eius qui est infidelis. qui enim non est fidelis deo non est fidelis proximo. Secundo. quia ex parte eius non est bonum prolis. quia quanto in ipso est educaret prolem in ritu suo et ita irreligiose. Tercio. quia non est ibi bonum sacramenti. quia infidelis ex quo non habet primum sacramentum scilicet baptismum non est capax aliorum sacramentorum. ut probatur extra de presbitero non baptisato. Quarto est specialis difficultas quomodo infidelis possit corpus suum dare alteri cum non facit hoc innitens approbationis legis divine. Quinto. quia specialis difficultas est cum matrimonium includat indissolubilitatem quomodo infidelis contrahat matrimonium cum tamen illud sit postea dissolubile. quia si alter coniugum convertitur ad fidem sine altero potest discedere. Sed his non obstantibus dicendum quod inter infideles est matrimonium. quia ut ait Apostolus prima ad Corinthios. septimo. Si quis frater uxorem habet infidelem et hec consentit habitare cum illo non dimittat illam. sed ista non fuit uxor propter contractum qui fuit post fidem sed ante. Preterea. matrimonium est dictamen legis nature vel est aliquid consonum dictamini legis nature. sed lex nature communis est apud omnes. ergo et matrimonium. Preterea. matrimonium secundum diffinitionem aliquorum est maris et femine coniunctio individuam vite consuetudinem retinens. sed hoc est inter infideles. ergo. Preterea infideles heretici habent vera sacramenta ecclesie. et quamvis non habeant fidem habent tamen verborum formam. ergo si matrimonium contrahitur apud fideles per verba exprimentia consensum. et talis forma est apud infideles. ergo etiam matrimonium est apud infideles.

Ad argumenta autem alterius vie respondeo et dico quod primum non concludit. quia fides et fidelitas servari potest sine fide qua creditur in deum. et istam servant infideles fidelibus et econverso in contractibus. ut patet per Augustinum in epistola ad plebicolam. Nec sequitur non servat fidem deo. ergo non vult servare fidem idem infidelitatem cum proximo. tum quia non sequitur non vult perfectius. ergo nec minus perfectum. tum quia non potest per rationem naturalem attingere ad observantiam fidei respectu dei sicut ad observantiam fidei respectu proximi. Similiter secundum non valet. quia vult educare prolem quantum potest per rationem naturalem nosse ipsam educandam. unde ex isto argumento non plus habetur nisi quod non est completum bonum prolis scilicet quod educetur ad cultum divinum. Nec mirum. quia educator non novit ipsum sic fore educandum. Similiter tercium non valet. quia omnibus contractibus matrimonii precedentibus legem evangelicam non fuit annexum sacramentum proprie dictum nec fuit annexum contractui in statu innocentie si sp[…] in isto statu permansissent

nec tamē defuisset tunc aliquid de p
fectione pertinens ad cōtractū ma-
trimonij. Ad quartam difficulta-
tem potest dici ꝙ deus post lapsum
licentiauit homines ad talē cōmuta
tionem nō tantū ꝓpter primū finem
vt esset in officium. sed etiam ꝓpter
secundum vt esset in remediū. et tūc
vtentes ista cōmutatione si nō attē-
dant ad hoc. quia licētia est. qꝛ igno
rant legem dei nō peccant. sic enim
in alijs licentijs licet nesciat se licen
tiatum dum tamen nesciat illud esse
illicitū non peccat. Vel potest dici
breuius ꝙ sufficit sibi scire istud esse
de lege nature. qđ autē est de lege na
ture est ex approbatione diuina. Ad
vltimā difficultatē dico ꝙ matrimo
nium ratū esset nisi aliquādo supue-
niret vinculuz fortius cum quo non
posset istud stare cuiusmodi est obli
gatio noua ad deum per fidei suscе-
ptionem quādo alter cōiugum nol-
let cōmorari absq; impedimēto illi⁹
fidei ad quam magis tenet̄ ꝙ ad vin
culum cōiugale. Est ergo ratum stan
tibus rōnibus extremorū. sed nō est
ratum ꝑ tunc pro quo fortius vincu
lum supueniret cuz istius vinculi ob
seruantia repugnaret. Quantum
ad secundū articulū videlicet si fide
lis posset cōtrahere cum infideli di-
co tres cōclusiones. Prima ꝙ inter
fidelem et infidelē potest esse matri
monium. Secūda ꝙ tale matrimoni
um potest ꝯtrahi ex iure diuino Ter
cia ꝙ nō potest cōtrahi de iure posi
tiuo ecclesie. Ad euidentiā prime
cōclusionis dico ꝙ aliud est matri-
monium esse vel cōtrahi simpliciter
et absolute. aliud est matrimoniū cō
trahi licite et honeste. Vtroq; autē
modo necesse est dicere inter fidelez
et infidelem posse esse matrimonium.
et hoc ꝓbatur ex illo dicto Apostoli
Vir fidelis nō dimittat vxorē infi-
delem que cōsentit cum eo habitare
si autem nō esset matrimonium tunc
Apłus suaderet fornicationē. si aūt
nō esset licitū et honestū Apłus nō
cōsuleret. Secūda cōclusio est ꝙ
predictum matrimoniū inter fidelē
et infidelē pt cōtrahi quantū est ex
iure diuino. quia ex isto nō magis in
uenitur ꝙ cōtractus sit nullus ꝙ̄ ꝙ
obligatio ex contractu priori sit nul
la. quia nō posito nouo impedimen-
to qui potest esse alteri⁹ potest se da
re alteri. sed ex cōtractu priori pote
rat inter eos esse vera obligatio. er-
go ꝛc. Tercia cōclusio est ꝙ de iu
re positiuo ecclesie inter fidelē ꝛ in-
fidelem nō est cōtrahendū matrimo
nium. quia ecclesia illegitimauit fi-
delem ad ꝯtrahendum cum infideli
vt patet. xxviij. q. j. sic enim dicitur
ibidem. ꝙ nō nisi religionis eiusdez
et fidei maneāt copulata cōiugia.
Item ibidē ca. caueat nō nisi bapti
sata sumatur in cōiugium. qꝛ baptis
mus est primū sacramentū. Ad hoc
etiam valent alique rōnes adducte
ad primū articulum propter bonum
matrimonij que sunt fides proles et
sacramentum. Ad argumentuz in
contrarium dico ꝙ in omnibus illis
exemplis de Joseph nō erat adhuc
prohibitum cōtrahere fidelem cum
infideli.

Ad terciam questionez sic
procedit̄. Videtur ꝙ co-
gnatio carnalis nō impe-
diat matrimoniū. quia matrimoniū

strictissime seruabatur vel seruandum erat in lege nature. sed Caym cõtradixit cum sorore sua. ergo.
In oppositum est magister in litera et patz extra de cõsangui. et affi. ca. nõ debz. In ista questione primo pmittuntur alique descriptiões. Secundo alique regule seu ppositiones Tercio alique cõclusiones. Quantum ad primuz pono quinqz descriptiones. Quarũ prima est ista. qꝫ cõsanguinitas est vinculũ psonarũ ab eadẽ persona carnali ppagatione descendentium. Secũda est ista. persona a qua plures carnali ppagatiõne descendunt vocatur stipes. Tercia est ista. linea cõsanguinitatis est ordinata collectio psonarũ cõsanguinitate iunctarũ. Quarta est ista. linea diuiditur in ascendentẽ et descẽdentem et transuersalẽ. Descendẽs est a persona ppagante ad psonas ppagatas. Ascendẽs vero ecõuerso a ppagatis ad propagãtes. Transuersalis est quãdo ambe psone descendunt ab eodem sed neutra ab altera Quinta est ista. gradus est determinata pinquitas persone ad psonam fm cõsanguinitatẽ. et iste gradus inuenitur per prius in linea ascendente et descendẽte qꝫ in linea transuersali. Quantũ ad secundũ articuluz pono tres regulas seu ppositões Quarũ prima est ista. In linea recta tot sunt gradus quot sunt persone vna minus. hoc pbatur. quia tot sunt ibi gradus quot sunt ibi ppagationes. sed sunt ibi tot propagatões quot psone excepta vna. oportet enĩ ponere vnã que nõ sit ppagata. ergo Secunda regula est ista. In linea transuersali cõputantur gradus fm magis remotũ a stipite vt ptz extra de cõsanguinitate et affinitate. quia stipite. et ratio est. quia psone q̃ sũt in linea nõ habent inter se pinquitatem nisi pter stipitem. et ideo non possunt pinquius sibi cõiungi qꝫ remotior eorũ cõiungatur stipiti. Tercia regula est qꝫ efficacior est gradus in linea descendente qꝫ transuersali. Ratio est. quia plus coniungit ples parenti qꝫ ples proli. et ideo magis est cõtra legẽ nature in primo gradu cõiungi in linea recta qꝫ in linea trãsuersali. De tercio articulo dico tres ꝯclusiones. Prima cõclusio est ista. cõsanguinitas impedit matrimoniuz in aliquo gradu pter dictamen legis nature. Secunda ꝯclusio est qꝫ cõsanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu pter pbibitionem legis diuine. Tercia est ista qꝫ cõsanguinitas impedit matrimoniũ in aliquo g̃du pter statutum ecclesie. Prima cõclusio scz qꝫ consanguinitas impedit matrimonium in aliquo gradu propter dictamẽ legis nature. quia vinculum cõsanguinitatis quod est stipitis ad prolem impedit matrimonium ex dictamine legis nature. Unde naturale est apud omnes qꝫ filius nõ coniungitur matri et qꝫ filia non cõiungitur patri. et hoc est propter generatõis successionez que debet procedere nõ retroducere. vnde proles genita nõ debet cõiungi suo pncipio vt gignat Secunda cõclusio scz qꝫ cõsanguinitas impedit matrimoniũ i aliquo gradu ex lege diuina. vt patz Leui. xviij. vbi fit pbibitio vsqꝫ ad secun-

dum gradu; et rō huius fuit ꝓpter honestatē. qui enim mulierē ꝯgnoscit discooperit ignominiā eius. hoc aūt magis est inhonestum facere ꝓpinque q̄ nō propinque. Tercia cō clusio scʒ ꝙ cōsanguinitas impedit matrimoniū in aliquo gradu ex lege ecclesie patet extra de cōsanguinitate et affinitate. in multis capitulis. Sed dices vsq̄ ad quem gradu; cō sanguinitatis ꝓhibuit ecclesia ꝯtractum matrimonij. Dico ꝙ istud fuit aliquādo ꝓhibitum vsq̄ ad septimū gradum vt patet per magistrum in litera. sed sub innocentio tercio restricta est vsq̄ ad quartum gradum inclusiue. vt patet extra de cōsanguinitate. c. nō debet. Ad argumentum in cōtrarium dico ꝙ illud fuit necessarium ꝓ principio generis humani ꝙ ꝯtractus fieret in gradu primo tamen in linea transuersali non recta.

Ad terciam questionē sic proceditur Videtur ꝙ affinitas nō impediat matrimonium. quia effectus nō repugnat sue cause. sed affinitas est effectus matrimonij. ergo non repugnat matrimonio. In oppositum est illud. xxxv. q. iij. ca. de ꝓpinquis. vbi dicitur ꝙ affinitas impedit matrimonium. In ista questione primo pono quatuor ꝓpositōes. Secundo breuiter dico ꝙ affinitas simpliciter impedit matrimonium. Quantū ad primū est prima propositio ista ꝙ affinitas est vinculū quō dam persone ad personā ex copula carnali cum aliqua ꝑsona cōsanguinea cōtractum. Affinitas enim est quasi accessus ad fines. ideo omnes cōsanguinei mariti sunt affines vxoris et ecōuerso cōsanguinei vxoris sunt affines mariti. Secunda ꝓpositio est ꝙ affinitas durat quocūq̄ cō iugum mortuo vt patet extra. xxxv. q. vltima. fraternitatis. circa medium. Tercia propositio est ꝙ ita potest diuidi affinitas sicut cōsanguinitas est distincta in questione ꝓcedenti. quia ita descendit per lineam rectam et transuersalē per tot gradus vt sit talis regula. Quoto gradu aliquis distat ab alio in cōsanguinitate toto gradu distat in affinitate. Quarta ꝓpositio est ꝙ affinitas nō solum cōtrahitur per matrimonium. imo per coitum fornicariū vt patet extra de ꝓbationibus. ꝑ tuas. Secundo breuiter dico ad questionem ꝙ affinitas simpliciter impedit matrimonium. et ideo nō est nisi statutum ecclesie illegitimātis affines et in eodē gradu impedit matrimonium in quo cōsanguinitas et hoc q̄dem de affinitate ꝓprie dicta patʒ in titulo illo de cōsanguinitate et affinitate. ca. nō debet. cōsimiliter de affinitate extensiue et ꝯmuniter dicta que vocatur publice honestatis iusticia. extra de cōsanguinitate et affinitate. ca. primo. Ad argumentum cōtrarium dico ꝙ affinitas est effectus matrimonij cuiusdam precedentis et illud non impedit aliud scʒ inter illos inter quos per matrimonium est cōtracta affinitas.

Postremo de cōditione resurrectionis. Cōpleto tractatu sacramentorum accedit magister ad tractatum de resurrectione et premiatione sanctorū atq; punitione malorum. Circa istaz distinctionē .xliij. quero tres questiones. Primo vtrū resurrectio generalis hominū sit futura. Secundo vtrū possit esse notuz per rōnem naturalem resurrectionē generalem hominū esse futurā. Tercio vtrum corruptum possit redire idem numero per naturā.

Ad primā questionē sic pceditur. Videtur q resurrectio hominū nō sit futura. p illud Job. xiiij. Homo cum dormierit non resurget donec atteratur celum. sed celuz nunq atteritur cum sit incorruptibile. ergo. In oppositum est illud Apli .j. ad Corinth. xv. Omnes ictū oculi resurgemus. ergo. In ista questione sunt duo videnda. Primo si possibile est hominem resurgere. Secundo si de facto resurget. Quantum ad primū tenetur cōmuniter a theologis q sic. sed pbatur diuersimode a diuersis Vnus pbat sic. Cuius esse quidditatiuū nō est interruptum nec deperditum illud potest redire idem numero. sed esse quidditatiuum hominis nō est interruptum nec perditū. ergo potest idem redire numero et p cōsequens resurgere Maior ptz in cōtrario sensu. Nam illud cuius esse est simpliciter corruptum vel destructū nō potest redire idem numero sicut anima sensitiua que corrumpitur in bruto. Minor declaratur. quia esse anime intellectiue est idem q esse totius. sed anima intellectiua nō corrumpit materia etiam manet eadē. et sic in nullo pertinente ad substantiam hominis facta est interruptio. Cōtra istaz viam arguo primo per August. xxij. de ciuitate dei. ca. ij. loquēte de carne hominis redeunda in resurrectionem ait sic. Absit vt ad resuscitāda corpora nō possit omnipotētia creatorum omnia reuocare vel que bestie vel ignis cōsumpsit vel in cinerem puluerinuz collapsum est. Et sequit infra. Et si inquit omnibus modis perisset nec vel vlla ei9 materia in nullis nature lateribus mansisset vnde vellet eum reparet omnipotēs. Preterea per rationē. sic destructū esset annihilatum tunc nihil sequens esset eiusdem rōnis cuz nihilo quod erat terminus a quo creatōis. Sed nihil pcedens creationez nō repugnabat quin illud cui opponitur poterat creari. ergo et post annihilationē potest idem numero redire seu recreari. Preterea planum est q ex pte cause remanet eadem potestas. ex pte etiam passibilis est eadē potentia obedientialis post annihilationē q erat ante creationē. ergo sicut primo poterat creari ita et tunc per eandē virtutem poterit reformari. Preterea. in homine aliqua est entitas positiua alia a partibus. sed ista est interrupta in morte hominis. ergo ista nō redibit in resurrectione si verum est fundamentū. Minor est euidens. Probatio maioris. q2 aliquid causatū a causis intrīsecis est aliud

ab eis.ergo. Sꝫ nulla causa materia
lis nec formalis est causata a causis
intrinsecis nec ambo simul. ergo est
alia entitas a causis diuisis acceptꝭ
Preterea si illud fundamentū de
interruptione vel destructione esset
verum scꝫ ꝙ interruptū nō posset re
dire idē numero tunc sequerent̄ mul
ta inconuenientia. Primo quidem se
queretur ꝙ deus nō posset vnum ho
minē mortuū eundē numero suscita
re. Secūdo ꝙ in homine nō rediret
eadē quātitas quā primo habuit.
Tercio ꝙ non redirent generaliter
omnia accidētia q̄ fuerūt in homine
et sic homo resuscitatus nō haberet
eandē ꝓpriā passionē numero quam
prius habuit. Probatio huius. quia
omnia ista sunt interrupta. Prete
rea sequeret̄ ꝙ in hoīe nō esset idem
intellectus nec eadē voluntas sicut
prius erant. Probatio huius. qꝛ in
tellectus et volūtas ſm istū doctorē
sunt accidentia aīe. accidētia autem
sunt interrupta. Preterea ista ra
tio ꝑsupponit aliā radicē falsaꝫ scꝫ ꝙ
in hoīe nō sit alia forma ꝑter aīaꝫ in
tellectiuā q̄ȯ est falsuꝫ. vt patuit sup
tractatu de eucharistia. et scd̄o sen
tentiarū distinctōe. xvij. Alia opi
nio declarat possibilitatem resurre
ctionis sic. Nā natura nō agit nisi p
modū et mutationē. ideo non potest
redire idē numero. qꝛ motus et mu
tatio nō pn̄t redire idē numero. De
us aūt pt agere nō p motū et muta
tionē. et ideo ꝓpositū idē nume
ro pt redire. Item idē doctor dicit
alibi sic. ꝙ alio mō agens naturale
aspicit materiā ꝙ̄ agēs primū. quia
agens primū aspicit materiā vt q̄d.
id est nullo mō distinctū. agens aūt
naturale nō aspicit eam vt quid. qꝛ
aspicit eam distinctā ⁊ quantā. Tūc
arguo sic. Agēs q̄ȯ respicit materiā
vt q̄d potest sibi eandē formā impri
mere vt prius. sed deus aspicit ma
teriā vt quid. ergo pt sibi eandē for
mā imprimere hoc aūt est resurgere
Cōtra primū dictū arguo sic. Ubi
est transitus de priuatōe ad habitū
et formā ibi est vera mutatio. qꝛ ve
rissime saluat̄ ratio diffinitiua muta
tionis. sed resurrectio est transitus
de priuatōne ad formā. ergo resur
rectio est vera mutatio. Cōtra secū
dum dictū visum fuit in secūdo libro
scꝫ si agēs naturale pt attingere es
sentiam materie nudā. Alia opinio
quā teneo declarat possibilitatē re
surrectionis sic. Si n̄ esset possibilis
resurrectio. vel hoc esset ex pte agē
tis vel ex pte effectus. sed hoc nō. qꝛ
nihil ꝓcedens creationē et nihil se
quens annihilationē sunt eiusdē rō
nis sed deꝰ pt aliquid de nihilo crea
re. ergo potest aliquid dudū corru
ptum ⁊ in nihilū redactū postmodū
repare. corruptū aūt reparare est re
surgere. ergo. De secūdo articulo
scꝫ si de facto erit resurrectio hoīm
generalis. Dico ꝙ sic. Cuius ꝯclu
sionis veritas manifesta est ex fide.
hanc enī veritatē tanꝙ̄ articulum fi
dei exprimit taꝫ simbolū aplo꞉ scꝫ.
Carnis resurrectionē. ꝙ̄ simbolum
Niceni. Expecto resurrectionē mor
tuorum. ꝙ̄ simbolū Athanasij q̄ di
cit ꝙ oēs hoīes resurgere habent cū
corporibus suis. Et illud valde ex
presse habetur in multis locis sacre
scripture. vtpote in Job. xix. qui di
cit. Et in carne mea videbo deū sal
uatorem meū. Et etiā in prima epl̄a

ad Corinth.xv. vbi dicitur q i ictu oculi omnes resurgemus. Et Math. xxv. et in pluribus alijs locis. Ad argumentu in contrarium dico q celum nunq atteret quantum ad substantiam tn atteret quantu ad efficientia in ista inferiora generando et corrupendo q post iudiciu cessabit ista influentia.

Ad secundam questionem sic procedit. Videt q p ronem naturale possit esse notuz resurrectioz generale hominu esse futura. Quia naturale desideriu no pt esse frustra sm commenta tore ij. metha. Sed homo naturale desideriu habet ad sempr esse et ad illud desideriu pt esse notu p roem naturale. ergo rc. Cotra. articulus fidei no est notus p ronem naturale. sz resurrectio hoim est articulus fidei. igitur. In ista questione possunt ee tres articuli scdm tres opiniones. Vna dicit resurrectione generalem hoim esse futura no tn p ronem naturale a priori. Alia dicit q est notu a posteriori. Tercio q nec est notuz a priori nec a posteriori. sed solu fide teneт. Prima opinio nitit resurrectione pbare a priori et arguit sic Anima intellectiua est forma specifica hois. Sed aia intellectiua est incorruptibil. g forma specifica hois est icorruptibil. Sz forma specifica hois incorruptibilis non remanebit ppetuo extra corpus. ergo aliquado redibit ad corpus. sed ista iterata reditio vocat resurrectio. ergo resurrectione generale hoim esse futuraz est notu p ronem naturale a priori. Secudo dicit ista opinio q quelibz istar triu ppositionu principaliu sit naturaliter nota. Prima sic Operatio propria hominis est a forma specifica hois sed ppria operatio hominis est intelligere. ergo est a forma specifica hominis. sed istud est ab anima intellectiua. ergo anima intellectiua est forma specifica hominis. Secuda ppositio scz q anima intellectiua est incorruptibilis sit naturaliter no pbatur sic. Quod corrumpitur aut corrumpit p contrariuz aut per defectu alicuius necessario requisiti ad eius esse. Sz anima intellectiua no habet ptrarium nec esse corporis est simpliciter necessariu ad eius esse. quia habet esse ppriu. ergo rc. Preterea. simplex no potest separari a seipo. sz anima est simplex. ergo no pt separi a seipa et p consequens q anima intellectiua sit incorruptibilis est naturaliter notu. Tercia ppositio scz q forma specifica scz aia no erit ppetua sepata. Probatur sic. Pars extra totu est impfecta. sz forma tam nobilis sicut est anima intellectiua no remanebit ppetuo imperfecta. ergo nec a tota sepata. Preterea nullu violentu ppetuu. sed separatio anime a corpe est violenta. quia cotra inclinatione naturale anime. ergo ista forma specifica no esse ppetuo separata potest esse naturaliter notu. Sed cotra ista opinione tanq nihil pbante arguitur sic. Quia nulla istaru trium ppositionu est naturaliter demostrata ad minus secunda et tercia. Prima etia fuit a magnis philosophis negata. sic ptz iij. de anima p commentatore qui expsse negat eam. Similiter secuda non est naturaliter demostrata. scz q anima sit incorruptibilis cum principiu sit apud phm omne illud desinit

esse primo celi et mundi. quod habet
principiū sui esse. Nec rõnes iste cõ
uincunt vt dictū fuit in secūdo libro

De tercia ꝓpositione videt̃ ꝙ nõ
sit naturaliter demõstrata. Quia si
phs posuisset animā immortalē ma
gis posuisset eam ꝑpetuo manere si
ne corpore ꝙ̃ in corpore. Quia oīe
cõpositum ex cõtrarijs est corrupti
bile. nec rõnes adducte ꝓbant istam
ꝓpositionem. Nā cum dicit̃ ps extra
totū est impfecta. dico ꝙ verum est
de parte que recipit aliquā ꝑfectio-
nem in toto. Anima aūt non recipit
imo magis cõmunicat ꝑfectionē su
am corpori. Et tunc posset ratio tra
hi ad oppositū. quia nõ repugnat a-
licui eque ꝑfecte in se manere licz al-
teri nõ cõmunicet ꝑfectionē suam.
Sz anima manet eque ꝑfecte in esse
suo ꝓprio siue ꝯiuncta siue separata.
Ad aliud dico ꝙ inclinatio natura-
lis est duplex. Vna ad actum primū
et est impfecti ad perfectū ⁊ cõcomi
tatur potentiā essentialē. Alia est ad
actum secundū et est ꝑfecti ad perfe
ctionē cõmunicendā et cõmunicat̃
potentiā accidentalē. Et primo ve-
rum est ꝙ oppositū eius est violentū
et nõ ꝑpetuum. quia ponit imperfe-
ctionem ꝑpetuam. qd̓ phs habuit ꝓ
incõuenienti. Sed secūda inclnatio
si ꝑpetuo suspendat̃ nullū violentū
proprie dicitur quia nec impfectio.
Nunc autē inclinatio anime ad cor
pus tantū est secundo modo Vel ꝑt
dici fm Auicen. ꝙ appetitus anime
satiatus est ꝑ hoc ꝙ semel ꝑficit cor
pus. quia ista ꝯiunctio est ad hoc vt
anima mediante corpore acquirat
suas ꝑfectiones per sensus quas si-
ne corpore n̄ potest acquirere. semel
autez cõiuncta corpori acquisiuerit
ꝙ̃tum ipa petijt. Alia opinio dicit
resurrectionem esse futurā posse de-
monstrari a posteriori. Et arguit sic
Naturaliter notum est ꝙ beatitudo
naturaliter appetitur. hoc ptz ex. j.
ethicoꝝ. de beatitudine generali et
x. de beatitudine in speciali. Sed no
tum est ꝑ ratiõz beatitudinē nõ pos-
se esse nisi eternā. ergo notū est ꝑ ra-
tionē naturalē totū hominē ordina
ri ad aliquā perfectiõz sempiternā.
Probatio minoris ꝑ Augus. xiij. de
trinitate. ca. viij. vbi ꝓbat eā sic. Si
morientē vita beata deserit aut er-
go volentē deserit aut nolentem aut
neutrū. Si nolentē quomodo est be-
ata vita que ita est in voluntate vt
nõ sit in potestate. Si autē volentez
quomõ vita beata erit quā finire vo
luit qui habebat. Si dicas neutrum
ergo nec ista vita beata, est que talis
est vt quē beatū facit amore eius in-
digna sit. Sed nec ista ratio ꝯcludit
Cõcedo enī ꝙ verū est beatitudinez
nõ solum in vniuersalē sed etiam in
particulari appeti naturalit̃ ab ho-
mine. Sed nõ est notū rationali na
turali ꝙ ipa in particulari q̄ scz cõsi
stit in isto in quo nos eā credim⁹ cõ-
sistere appetat̃ naturaliter ab hoīe.
aut enī oporteret esse notū ꝑ ratio-
nem naturalem ꝙ iste actus essz no-
bis cõueniens tanꝙ̃ finis vt dictuz
est in secūda questiõe ꝑmi libri. Po
test ergo teneri tercia opinio ꝙ nec
a priori puta ꝑ rõem ꝑncipij intrin-
seci in homine nec a posteriori puta
per rationem alicuius operationis
vel ꝑfectionis ꝯgruentis hoī potest

probari resurrectionem esse necessa- rio futuram. ergo hoc tanq̄ omnino certū nō tenet nisi p fidē. Ad ar- gumentū in cōtrarium dico q aut q̄ ritur precise de desiderio naturali p prie dicto. et illud nō est aliq̄s actus elicitus sȝ sola inclinat o nature ad aliquid et tūc planū est q nō potest pbari desideriū naturale ad aliquid nisi primo pbetur possibilitas in na tura ad illud. et p cōsequēs ecōuer- so arguēdo est petitio principij. aut queritur de desiderio naturali mi⁹ pprie dicto q̄d scȝ est actus elicitus et tunc iterum nō potest pbari q aliq̄d desiderium elicituȝ sit naturale isto mō nisi prius pbetur q ad idem sit desideriū naturale primo mō.

Ad terciam questionē sic p cedit. Uidetur q corru- ptuȝ possit idē numero re dire p naturā. Quia omni potentie passiue naturali respondet potētia actiua naturalis alioq̄n es- set frustra. sed in corrupto est poten tia passiua naturalis ad idemptita- tem numeralē. q2 corruptū est in ea- dem potentia in qua erat anteq̄ ge- neraret. ideo corruptū potest redire idē numero p naturā. Cōtra. est phi losophus. ij. de generatōe in fine vbi dicit. Quorū substātia perit nō re- uertūtur eadē numero. In ista que- stione sunt tres articuli sm tres opi- niones. Una opinio dicit vt recitat Aug⁹. xij. de ciuitate dei. ca. xiij. q post circuitū magni anni id est post circuitū triginta sex miliū annorum omnia redibūt eadē numero. Quoꝝ ratio est. q2 redeunte causa eadē re- dibunt et effectus idē. Sed oīa cor- pora celestia redibūt ad eundē situȝ post circuitū illius magni anni. ergo oīa redibunt eadeȝ numero. Minor pbatur supponēdo illud ptolomei in almogesti q celū stellatū moueat in centū annis vno gradu cōtra motū diurnuȝ. tunc sequit q complebitur iste motus eius ab oriente in occidē tem in. xxxvj. milibus annorū. Sed istam opinionē improbat beat⁹ Au- gustin⁹ ibidē autoritate aplī ad Ro manos. vj. Christ⁹ resurgēs ex mor tuis ⁊c. Itē p illud. j. ad Thess. iiij. Semper cum dn̄o erimus. Item p rōnem. q2 sm circulū istū nulla esset vera beatitudo. p eo q anima beata reditura esset ad miserias quas pri- mo habuit. Alia opinio dicit q licȝ non possint oīa corrupta redire ean dem numero. p natura tamē aliqua possūt redire. Quod pbatur p illud phi. viij. meth. ij. Si agēs est ideȝ et materia eadē effectus erit idem vn- de nō assignat diuersitatē effectus possibilē nisi pter diuersitatē effici entis vel materie. Sed possibile est idem esse efficiens et eandē materiā respectu secūdi effectus pducti q̄ e- rat respectu primi pducti. ergo ali- qua possūt redire eadē numero. Mi noꝝ pbatur. q2 includat ignis intra vas vitriū et ibi corrumpat in aerē deinde ex isto aere generet ignis per radios solares. tunc materia inclusa erit eadē. Tercia opinio simpliciter negat q aliquod corruptū possit re dire idem numero p naturā. quia ad idemptitatē numeralē requirit ea- dem materia et eadē forma. xij. me thapa. Et etiā quia materia est pn cipium essentiale totius sed in gene- rato et corrupto materia diuiditur et aliquid eius depergit. igit nullȝ

